


578.15-1



PLANTAE PREISSIANAE.



PLANTAE PREISSIANAE

SIVE

ENUMERATIO PLANTARUM

QUAS

IN AUSTRALASIA OCCIDENTALI ET MERIDIONALI-
OCCIDENTALI ANNIS 1838 — 1841

COLLEGIT

LUDOVICUS PREISS,

PHIL. DR. ACAD. CAESAR. LEOPOLD. CAROL. NATUR. CURIOS. ET REG.
SOCIET. BOT. RATISBONENS. SODALIS, CET.

PARTIM AB ALIIS PARTIM A SE IPSO DETERMINATAS
DESCRIPTAS ILLUSTRATAS

EDIDIT

CHRISTIANUS LEHMANN,

M. ET PH. D., HIST. NAT. PROF. P. O., HORTI BOT. DIR., BIBL. P. CIVIT. HAMB.
PRAEF. PRIM., ORD. BORUSS. AQUIL. RUB. CL. III. EQUES, ACAD. CAESAR. LEOP.
CAROL. NAT. CURIOS. ADJUNCTUS, CET.

VOL. I.

HAMBURGI,
SUMPTIBUS MEISSNERI.

1844 — 1845.

38080

6-8 521 904 LE#

2-18-00 173-30

V I R O

CELEBERRIMO PRAECLARISSIMO

GUILIELMO JACKSONIO HOOKER

EQUITI,
HORTI BOTANICI REGII KEWENSIS DIRECTORI,
ETC. ETC. ETC.

HUNC LIBRUM AMICAE OBSERVANTIAE PUBLICUM
MONUMENTUM ESSE VOLUIT

J. G. C. Lehmann.



P R A E F A T I O.

Ludovicus Preiss, Philos. Dr. vir clarissimus, summo investigandae perscrutandaeque naturae studio commotus, ante aliquot annos adhibita Hamburgi diligenti praeparatione in occidentalem et meridionali-occidentalem Australasiam proficisci constituit. Quod iter laboribus et difficultatibus impeditissimum quam prospero successu perfecit, rebus naturalibus, e Preissiana collectione in musea translatis satis probatur, quae illorum corporum naturalium, quae antehac rara e Britannia ad nos migrare solebant, nunc opera ejus copiam non exiguam possident. Quanti vero thesauri ad botanicen, quae sine dubio imprimis ab eo adjuncta et aucta est, ex hac expeditione redmudaverint, hic ipse liber videtur testari.

In Europam Preissius anno MDCCCXXXII reversus quid in universum itinere suo consecutus sit ipse narraturus, plantarum, quas collegit, in notitiam omnium perferendarum curam mandavit mihi. Ex quarum ingenti multitudine, quae vel se-

cundum familias distribui haud brevi temporis spatio potuerat, facile cognovi, mihi soli opus suscepturo vires facultatesque ad examinandas describendasque omnes non esse suffecturas, maxime quum publici muneris officiis tum perquam occupatus otium, quo tantum opus perficerem, non haberem. Praeterea censi, in illustrandis tot plantis fore, ut conjuncta opera virorum in hoc negotio versatorum, quorum pro suo quisque commodo familias sibi describendas eligeret, non minus ad augendam doctrinam quam ad opus celerius absolvendum conferret. Quod consilium a plerisque viris rei botanicae peritis etiam extra fines Germanicos est comprobatum. Nam praeter eos viros doctos, quos ipse invitaveram, multi rei herbariae cultores, Clarissimi Preissii rogatu accessituque commoti*), sese in opere edendo mecum laborare velle ultro professi sunt, ita ut, quamquam majorem plantarum partem, quam antea describendam mihi elegeram, aliis tradebam, unicuique satis dare non possem. Quibus omnibus viris spectatissimis pro liberalitate et benevolentia mihi exhibita, pro insumpto studio et diligentia plurimas ago gratias. Nomina hic enumerare non attinet, singulis enim operis partibus, cui summae laudi sunt et decori, praescripta reperiuntur.

Etiam si certa quaedam ratio, qua omnes familiae determinarentur et explicarentur, a me proposita, a reliquis comprobata minus esset, tamen a me non potuit impediri, quin in expositionis genere inter singulos commentarios discrepantiae passim conspicuae essent. Cujus varietatis causa partim quidem in ingenio singulorum scriptorum, quorum alii accuratiore et uberiore, alii concisiore scribendi genere delectantur, partim vero et in exemplarium natura, quae haud semper eadem erat, est sita.

*) In ephemeridibus Florae 1842 No. 34.

Diversis temporibus complures investigatores, recentioribus imprimis diligentissimum J. Drummond Scotum, in eisdem fere regionibus Australasiacis, ad quas Clarissimus Preiss appulsus est, haud paucas plantas collegisse viris botanica arte eruditis satis est cognitum. Auctam Australasiae austro-occidentalis floram uno conspectu comprehendendam proposuit Vir Clarissimus J. Lindley in commentatione „a sketch of the vegetation of the Swan-River Colony“, de plantis Drummondianis Vir Celeberrimus et Excellentissimus G. J. Hooker ingeniosissime passim disseruit. Harum plantarum jam antea congestarum numeros ubicumque indicari potuerunt, indicare non praetermisimus; etiamsi neque Drummondianam neque reliquas collectiones omnes inspicere semper licuit.

Accuratissima vero diligentia collocata est in proferendis numeris, quibus eae plantae Preissianae, quarum plura exemplaria exstabant, prius quam distributa est collectio, ideoque longe prius, quam hic liber editus est, insignitae sunt. Quicumque igitur plantas a Clariss. Preissio collectas acceperunt, in libro nostro et nomina et illustrationes earum, quatenus natura plantarum id feret, invenient. Praeterea observationes, quas Clariss. Preiss inter colligendum ipse de stirpium magnitudine, florum colore, aliisque rebus scitu dignis vel adeo futuris investigatoribus utilibus fecit, signis „ „ inclusas addidimus.

Denique monendum est, nonnullas esse plantas, quae, quum exemplaria earum casu in aliarum familiarum loculos irrepserint, non ab iis, qui familias, ad quas pertinent, illustraverunt, sed ab iis, ad quos temere venerunt exemplaria, descriptae sint. Sic *Lawrencia squamata* (pag. 242) ab Illustrissimo Nees ab Esenbeck determinata est, non vero a Clarissimo Miquel Dr., qui quum reliquas omnes *Malvaceas* collectionis Preissianae adumbraret, hanc in manibus non habuit.

Ubi cumque hoc accidit, adscripto auctoris nomine suum cuique vindicavi, et, si fieri potuit, has plantarum descriptiones e loco alieno in suum locum transtuli. Quae praeterea addenda vel emendanda reperientur, indicesque integri, quorum secundus ordinem numerorum herbarii Preissiani sequetur, alteri hujus operis volumini, in quo de plantis Monocotyledonibus et Acotyledonibus agetur, subjungentur.

Dabam Hamburgi pr. Cal. Sextiles MDCCCXLV.

J. G. C. Lehmann.

In his foliis interjunctis de-
scriptae aut notatae sunt

Plantae

Novae Hollandiae colo-
niae australis,

quas

aut ipse observavit vel
aut ab aliis communica-
tas exploravit

Ferdinandus Müller,
Philos. doct. utiq.,
1847 seq.
Australis.

Abbreviationes: hb. St. = herbarium
A. Caroli Stuart, hortulani —
hb. J. = herbarium A. J. J. J.,
hortulani —

" Galapagos fortis'is, Magnificus
" infortunatus "
Chamisso.

LEGUMINOSAE.

(Auctore C. F. MEISNER.)

MIMOSEAE.

ACACIA (Linn.) Willden. Endl. gen. n. 6834.
Bentham in Hooker London Journ. of Bot. I.
p. 318. sq.

Series I. PHYLLODINEAE Benth. l. c. p. 322.

I. APHYLLAE, phyllodiis nullis. (Benth. l. c.)

1. **Acacia restiacea** Benth. l. c. p. 323, n. 1.

In locis limoso-arenosis ad radices montis Bakewell (York) d. 3. Sept. 1839. specim. florifera Herb. Preiss. No. 971.

β **scoparia**, nob., ramis iterato-ramosis, erectis, bracteis ad gemmularum basin ovato-lanceolatis.

In rupestribus ad latus occidentale montis Currie (York) d. 10. Apr. 1840. fructifera Herb. Preiss. No. 972.

Forte n. sp., sed ex specimine suppetente unico, deflorato, non definienda. Accedit ad *A. spinescentem* Benth., sed rami haud spinescunt.

„Frutex 6-pedalis, ramis pruinosis.“ *Rami* nunc simpliciores, stricti, nunc ramosi et saepius flexuosi. *Gemmulae* ad ramulorum ultimorum nodos minutae, sessiles; *bractee* squamiformes erectae, fuscae, tenuiter striatae, 2-3 lin. longae, apice bifidae (e stipulis 2 inferne connatis conflatae) basi dilatata 1-1½ lin. latae; *bracteolae* paucae, imbricato-adpressae, ovatae, obtusae, minute puberulae. *Flor.* . . . *Legumen* (fragmenta separatim sub n. 972 missa) lineari-moniliforme, continuum, 1½? poll. longum, rectiusculum, glaberrimum, 1-loculare, 2-valve, 5-6-spermum, stipitatum, stipite lineari compresso, valvis coriaceis, extus secundum longitudinem tenuiter reticulato-venosis fuscis, intus laevibus pallide rufis, marginibus haud incrassatis, foveis seminiferis ellipticis 2-2½ lin. longis 1½-2 lin. latis, isthmis planis circ. 1 lin. longis latisque. *Semina* nigra, nitida, obovata, 1½ lin. longa, 1 lin. lata, facie una rotundato-convexa, altera medio obtusissime carinata; strophiola albidula, submembranacea, ovata, acuminata, dimidiam fere partem seminis a latere amplectens eique adpressa.

2. **Acacia? tetragonocarpa** *n. sp.*, glabra, ramis ramulisque muticis, sulcatis, folii rudimento squamiformi lineari brevi suffultis; pedunculis axillaribus, subsolitariis, submonocephalis, minute bracteolatis; capitulis 3-1-floris; calyce minuto, obtuse 4-lobo; corolla striata, 4-fida; staminibus inclusis; legumine stipitato, acuto, subincurvo, acute tetraquetro, angulis nerviformibus aequalibus, faciebus lineari-lanceolatis planis, superiore et inferiore medio sutura tenui nerviformi vix prominula perennis caeterum lacyibus, lateralibus reticulato-venulosis; seminibus 2-1 longitudinalibus, oblongis, strophiolatis.

In solo subturfoso-arenoso prope villam b. Spencer (Plantagenet) d. 8. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 866.

Species facie simillima *A. restiaccae* Benth., sed foliorum vestigiis manifestis, inflorescentia et praecipue legumine distinctissima, forsitan novi generis pignus. — *Caules* e radice simplici verticali parce fibrosa numerosi, 1½-2-pedales, „decumbentes“, graciles, penna corvina fere tenuiores, teretes, egregie sulcato-striati, virides, a basi inde ramosi, nodis haud incrassatis, internodiis stricte continuis 1-3-pollicaribus. *Foliorum* rudimenta 1-2 lin. longa, fusca, ramo plus minus adpressa, supra canaliculata. *Pedunculi* filiformes, tenues, 5-6 lin. longi (nonnunquam gemini) basi apiceque (rarius etiam secundum longitudinem) bracteolis paucis squamiformibus vix semilineam longis muniti, demum recurvi. *Atabastro* oblonga, acutiuscula. *Corolla* flava? infundibuliformis, 1½ lin. longa, calyce fusco triplo longior, egregie striata, persistens, semi-4-fida, lobis erectis, acutis. *Stamina* numerosa, persistentia, haud exserta. *Legumen* coriaceum, fuscum, glabrum, circ. pollicare, stipite 2-4 lin. longo, angulis plus minus prominulis carinaeformibus, faciebus 2 lin. latis, dorsali et ventrali demum secundum suturam (facile saltem pressione fissilem) dehiscens?, valvis crassiusculis. *Semina* subsessilia, pendula, valvarum foveolis immersa, oblonga, fusca (immatura) 2-2½ lin. longa, strophiola adpressa truncata pallida triplo longiora.

II. ALATAE, phyllodiis decurrentibus. (Benth. l. c. p. 323.)

3. **Acacia alata** *R. Brown.* — DC. prodr. 2. p. 448.

a genuina nob., phyllodiorum mucrone recto v. (sursum) incurvo. — *A. alata* Benth. l. c. p. 324, n. 4. Wendl. diss. t. 1. Bot. Reg. t. 396.

In humidis umbrosis ad ripam fluvii Canning, Jul. 1841. cum flor. et fr. Herb. Preiss. No. 997. (Drummond n. 306! et ex parte 307!)

„Frutex 5-pedalis.“

β platyptera nob., phyllodiorum mucrone (deorsum) recurvo, ramorum alis plerumque latioribus. — *A. platyptera* Lindl. in Bot. Reg. 1841. misc. n. 10. Bot. Mag. t. 3933. Benth. l. c. n. 5. —

Swan River. (Drummond. n. 307! ex parte.)

Nisi graviter fallor, a genuina *A. alata* haud specificè distincta.

4. **Acacia diptera** *Lindl.* Swan River (Bot. Reg. 1839, Append.) p. XV. n. 62. Benth. l. c. n. 6.

a latior nob., canthibus ramisque latis alatis (5-8 lin. latis) inferne et in costa plus minus pilosis (raro glabris) pilis patulis mollibus. — *A. diptera β erioptera* Benth. l. c. Bot. Mag. t. 3939! (ex ic.)

Acacia macrophylla, Curran

In declivitatibus aruosis
proas fl. Murray locum
Monumide inter Casparum & Oxien
Solum lignum ad prima utile.

+ Acacia burariaea f. Mill. (v. p.)
Foliuma Phyllodia oblongo vilorato
spatulata ad 1" lg 7" lt. Ligum. oblongo
scopulatum 4-6" lg 1 1/2-2" lt. utrusq. pubis albis
Dusum. Siqu. oblonga atra pessa serrulata 1" circ. lt. 2
Prophat. atris pinge for brevione.

F. diversa Curran et Mill. acc. ex. pertinet
quoniam in part. 2010 p. folium. Arbo. plerumque humilis 12-35' ^{trunc}
diametro basi 7-2' Coria nigrescens 7-8' longus, 2 arborum 10' atq.
laevissimus forvide fuscus. fol. 7-2' longa, 1/2-1" lata paulo
rotunda junctura magis angusta glauca facibus magis convexis

5. In proas A. microbotrya? h. mi
sine trahenda, quoniam in nonnullis
exemplaribus phyllodia evidenter de-
current? Descriptio autem foliorum
primordialis curissime recedit.

Diagnosi hujus & A. microbotrya
haud in promptu est. Folia prima
sunt bipinnata pinnis, folialis ab-
eque oblongis v. ellipticis basi et
apice rotundatis apicalatis sub-
avenis 3-8 pinnis subsessilibus.

Nihilominus hae differentiae
ex aha se. ^{diversa} diclarari possunt.
~~Suberulum ad fund. 6-8 ped. ad urbem~~
~~Australis, plantat. Jun 1848.~~ Omnia
hae nota ad Acacia hydrophilam
p. h. h.

Acacia macrophylla f. Mill. (non)

Ad portum Sorell, Tasmaniae
M. 1846. Frutx 4-6.

Interit. macrophyllam & micro-
nataem medium Curran.
C. T. Nov.

In arenosis sylvae prope Perth. d. S. Maj. Herb. Preiss. No. 995, et in limoso-calculosis inter frutices sylvae prope Halfwayhouse (Darling's-range) d. 12. Sept. 1839. No. 996 cum fl. et fr.

β **angustior nob.**, caulibus vix 1-3 lin. latis, plerumque hispidulis, pedunculis solitariis v. geminis, rarius brevissime racemosis; capituli diametro plerumque vix longioribus. — *A. diptera* Hook. ic. t. 369!

In glareosis ad jugum montium Darling's-range prope cataractam, d. 3. Aug. 1839. — Herb. Preiss. No. 993. in asperis ad latus occidentale montis Wuljenup (Plantagenet) d. 14. Oct. 1840. (No. 394.) et hinc inde in arenosis subumbrosis sylvae ad fluv. Cygnorum, d. 23. Jul. 1839. (sine No.)

Caules annotini, 2-pedales. **Legumen** (unicum, separatim sub n. 995 missum) coriaceum, planum, continuum, glaberrimum, subnitidum, bipollicare, 5-6 lin. latum, falcato-oblongum, ex apice rotundato oblique minuteque mucronatum, basi in stipitem brevissimum attenuatum, suturis nerviformibus incrassatis obtusissimis laevibus, valvulis transverse pulchre venosis leviter torulosis. **Semina** 12, transversa.

5. **Acacia stenoptera** Benth. l. c. p. 325, n. 8.

In arenosis ad fl. Cygnorum ubique, d. 12. Febr. 1839. Herb. Preiss. No. 991. et inter frutices sylvae districtus Sussex, d. 19. Dec. 1839. No. 992.

„Radix lignosa, caules annotini, pedales, v. frutescentes adscendentes.“
Phyllodia, maxime infima, interdum (praecipue specim. No. 991.) rectiuscula, margine superiore prope basin obsolete glanduligera. Folia infima nonnquam perfecta, bipinnata, 1-juga, rhachi 1-1½ poll. longa anguste alata, petiolulis 3-6 lin. longis vix alatis, foliolis 2-jugis oblique obovatis medio 1-nerviis penniveniis mucronulo innocuo acutatis, jugi exterioris majoribus petiolulum aequantibus. Legumen desideratur.

6. **Acacia incurva** Benth. l. c. p. 325, n. 10.

In arenosis apertis inter frutices densos haud longe a villa col. Erwin, d. 24. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 990.

„Frutex erectus, 1-2-pedalis.“ Phyllodia medio crasse acuteque costata, quasi ancipiti-tetragona, patentissima, a basi leviter recurva, deinde vel recta vel apice paulo incurva v. rarius subrecurva, interdum bipollicaria, vix unquam linea 1 latiora.

7. **Acacia graminea** Lehm. delect. sem. Horti Hamburg.

1842, glabra, stipulis obsoletis; phyllodiis longissimis, subcompresso-filiformibus, trifariam angustissime decurrentibus, brevissime sphaecelato-mucronatis muticisve, infra medium glandula poriformi munitis, 1-nerviis, nervo crassiusculo marginibus alisque scabriusculis; pedunculis solitariis, brevibus, 1-cephalis; capitulis multifloris.

In solo humoso vallis prope Mahogany creek (Darling's-range) d. 25. Apr. 1840. Herb. Preiss., No. 984 (Drummond n. 304.)

„Frutex 12-pedalis.“ (An inventor lapsu calami 12-ped. pro 1-2-ped. scripsit, quae statura e plantae aspectu verisimilior videtur?) *Rami* ramulique gracillimi, adscendentes, inferne acute angulati nec vere alati, extremitates versus 3-alati, alis vix ½ lineam latis cum venis 3 tenuioribus alternantibus. *Stipulae* exiguae, lanceolato-subulatae, fuscae, cito deciduae. *Phyllodia* 4-8-pollicaria, ½ lin. lata, semiecta, apice saepius recurva, marginibus nerviformibus cum costa alisque sub lente papilloso-scabriusculis, glandula foveaeformi in margine superiore 10-15 lin. a basi distante. *Pedunculi* 3-6 lin. longi, subtetragoni, glabri, scabriusculi. demum patuli. *Capitula* magnit.

seminis *Viciae sativae*, circ. 20-flora. *Flor.* 5-meri. *Calyx* turbinatus, corolla dimidio brevior, lobis brevissimis obtusis. *Legum.* — Species *Alatas* inter et *Calamiformes* aubigua, illis tamen propius quam hisce affinis; valde accedit ad *A. calamifoliam* Sweet Bot. Reg. t. 839, quae ex ic. differt ramulis subteretibus, phyllodiis brevioribus, capitulis racemosis, caet.

8. ***Acacia extensa* Lindl.** Swan River p. XV. n. 64. Benth. l. c. p. 343, n. 68.

In rupestribus ad portum Princess Royal Harbour, n. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 983.

„Frutex 5-pedalis.“ *Rami* inferne acute angulati, superne 3-alati, alis $\frac{1}{2}$ -1 lin. latis margine scabriusculis. *Stipulae* obsoletae. *Phyllodia* fere *A. gramineae*, sed saepius breviora, paulo crassiora et firmiora, stricta, apice brevissime uncinato-mucronulata. *Pedunculi* vix 3 lin. longi, subteretes, laeviusculi. *Capitula* pisi magnitudine. *Legumen* (separatim adjacent) anguste lineare, rectum, 3-pollicare, $1\frac{1}{2}$ lin. latum, multiarticulatum, glaberrimum, laeve, obsolete venulosum, isthmis linea transversa (saepe obsoleta) notatis articulo oblongo (3 lin. longo) utrinque convexo parum angustioribus, suturis nerviformibus paulo incrassatis obtusis pallidis. — Species a. cel. Bentham inter *Calamiformes* suas (§. 5. l. c. p. 341.) recensita, sed secundum nostram saltem specimina (nisi, quod dubitamus, a planta Lindleyana specificè differant) certe ad *Alatas* transferenda.

III. ARMATAE, ramis apteris, stipulis spinescentibus, phyllodiis ex ovato ad lineare, pungentibus 1-v. rarius 2-3-nerviis, inflorescentia capitata simplici v. rarius subracemosa. (Benth. l. c. p. 326.)*

9. ***Acacia teretifolia* Benth.** l. c. n. 13.

In arenosis inter frutices prope praedium rusticum Maddington ad fluv. Canning (Perth) d. 2. Nov. 1839 fructifera Herb. Preiss. No. 998. et prope cataractam ad caput fl. Cygnorum, sterile, d. 26. Jul. 1839. No. 975.

„Frutex 1-1 $\frac{1}{2}$ pedalis.“ *Pedunculi* fructiferi semipollicares, crassiusculi. *Legumen* sessile, lineare, subcompresso-cylindricum, leviter arcuatum, utrinque acutum, 2-3-pollicare, 2 lin. latum, sublignoso-coriaceum, glaberrimum, laeve, fuscum, suturis obsoletis v. sulciformibus (interdum guttulas gummi sicci diaphani exsudatas ferentibus) valvula altera v. rarius utraque medio nervo longitudinali plerumque obsoleto percursa.

10. ***Acacia loricina* n. sp.**, ramis teretibus, costato-striatis ramulisque cano-tomentosis; stipulis setaceo-spinescentibus, rectis; phyllodiis tetragono-filiformibus, rectis v. recurvo-arcuatis, mucrone brevi recto pungentibus, 1-nerviis, glabris, marginibus nerviformibus eglandulosis; pedunculis axillaribus, solitariis, brevibus, erectis, monocephalis, tomentosus, fructiferis elongatis phyllodium subaequantibus deflexis; capitulis parvis, multifloris, glabris.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis n. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 973.

* ***A. crassistipula* Benth.** l. c. n. 12. (Drummond n. 295!) inter plantas Preissianas deest. — Idem valet de ***A. congesta* Benth.** l. c. p. 327, n. 9. (Drummond n. 293!) cuius legumen lineare, valde arenatum, sesquipollicare, 2-3 lin. latum, 2-5 spermium, inter semina paulo contractum, suturis obsoletis submarginatum, valvis convexis enervibus pallidis.

„Frutex pedalis, ramis flaccidis.“ *Phyllodia* 6-10 lin. longa, $\frac{1}{3}$ lin. lata. *Pedunculi* floriferi 2-3 lin. longi, niveo-tomentosi, fructiferi 6-7 lin. longi, fusci, glabrescentes, arcuato-deflexi. *Capitula* (floribus nondum apertis) vix grani piperis magnitudine; alabastra obtusa, 5-gona. Legumen (nondum perfecte maturum) lineare, attenuato-substipitatum, compressum, continuum, pollicare, lin. 1 latum, leviter arcuatum et torulosum, cano-tomentosum, demum glabrum, longitudinaliter nervoso-striatum, 3-4-spermum, suturis simplicibus acutiusculis. — Differt ab *A. teretifolia* Benth.: ramis tomentosis, haud angulatis, stipulis tenuioribus erectis ramo fere adpressis rectisque, phyllodiis tenuioribus et brevioribus mucrone fortiore pungentibus, caet.; ab *A. barbinervi* Benth.: stipulis erectis, phyllodiis glabris, tetraquetris nec planis, dimidio angustioribus, brevius mucronatis; ab *A. striatula* Benth.: phyllodiis 1-nerviis, haud divaricatis, et ab *A. sulcata* R.Br., cui etiam accedit, pubescentia, phyllodiis incurvis pungentibus, caet.

11. *Acacia barbinervis* Benth. l. c. n. 14.

In limoso-calculosis prope cataractam ad caput fluvii Cygnorum d. 16. Jun. 1840. Herb. Preiss. No. 988.

„Frutex vix pedalis.“

12. *Acacia nervosa* DC. mém. lég. p. 444; prodr. 2. p. 249, n. 6. Benth. l. c. p. 327, n. 17.

In limoso-calculosis in summitate montis Greenmountain, alt. 800 ped., d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 936. (Drummond n. 298!)

„Frutex 1-pedalis.“ *Phyllodia* constanter videmus glandula poriformi (nunc in medio fere margine superiore, nunc 2-3 lin. a basi sita) munita, modo (praecipue in specim. Drummondianis) 1-1 $\frac{1}{2}$ -pollicaria 6 lin. lata, mollo (ut a Candollio describitur) dimidio fere minima. *Legumen* (unicum, separatim sub n. 936 missum, immaturum) sesquipollicare, 2-3 lin. latum, coriaceum, laeve, glaberrimum, spiraliter tortum, utriusque attenuato-acutum, valvis planis enervibus, suturis valde incrassatis teretibus medio linea tenui nerviformi percursis. — Cum *A. hastulata* Sm., cui soli comparanda a Candollio dicebatur, nullam plane similitudinem monstrat, dum contra, ut recte jam observavit cl. Benthani, primo intuitu ad *A. myrtifoliam* Willd. valde accedere videatur.

13. *Acacia Bagsteri* (nomen rectius *Baxteri*?) Benth. l. c. n. 16?

In limoso-arenosis porrectis sylvae prope oppidum York, d. 5. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 977. (specim. manca.)

„Frutex humifusus.“ Ramuli subsperescentes. Stipulae dilapsae. *Phyllodia* semipollicaria, 3-4 lin. lata, subnatica. *Capitula* pauca, pedunculis 2 lin. longis, flor. nondum expansis.

14. *Acacia Hügelii* Benth. in Hügel. Enum. p. 42, et apud Hook. l. c. n. 22. Hügel Bot. Archiv t. 10!

In sylvaticis arenosis prope Limekiln (Perth) d. 5. Nov. fructifera No. 961. et in collentis ad portum Leschenault (Wellington) d. 13. Dec. 1839. florens No. 953. Herb. Preiss.

Legumen (fere maturum) sessile, lineare, falcatum, pollicare, 2 lin. latum, planum, obtusum, basi attenuatum, puberulum, 2-3-spermum, inter semina paululum angustatum, venis longitudinalibus tenuibus irregulariter anastomosantibus lineatum, suturis nerviformibus v. subincrassatis obtusis. *Pedunculi* fructiferi phyllodio paulo longiores; plerumque arcuato deflexi. *)

*) Nova sp. hic inserenda est: *Acacia Shuttleworthii* nob., hispido pilosa, ramis teretibus; stipulis minutis, subsperescenti setaceis; phyllodiis oblique

15. **Acacia obovata** Benth. l. c. p. 329, n. 24.

β **minor nob.**, stipulis spinescentibus, phyllodiis $\frac{1}{2}$ -1-polllicaribus pedunculo longioribus. —

In glareosis inter frutes montis Greenmountain (York) d. 26. Apr. 1840. florens, Herb. Preiss. No. 931.

„Frutex 1-1½-pedalis.“

16. **Acacia urophylla** Benth., in Bot. Reg. 1841, misc. p. 24, n. 61., et in Hook. Lond. Journ. I. p. 329, n. 25. —

In lapidoso-sublimosis umbrosis montium continuorum Darling'srange, haud longe a capite fluvii Cygnorum d. 9. Aug. 1839, Herb. Preiss. No. 918. et in humidis umbrosis ad ripam fl. Canning, m. Jul. 1841. No. 913, (steril.)

„Frut. 3-4-6-pedalis.“ Specim. glaberrima, phyllodiis summis vix 1-1½-polllicaribus 8-10 lin. latis, inferioribus duplo majoribus, margine levissime crenatis, glandula conspicua ovali concava ad basin marginis superioris, petiolo semipollicari utrinque puberulo. Variat etiam (No. 913.) phyllodiis fere lanceolatis 2 poll. longis 5-7 lin. latis.

IV. **TRIANGULARES**, ramis apteris, stipulis setaceis v. subnullis, phyllodiis parvis plus minus triangularibus 1-v. rarius plurinerviis, angulo inferiore mucronato, superiore mutico plerumque glandulifero, inflorescentia simplici capitata. (Benth. l. c. p. 330.)

17. **Acaciadecipiens** R. Br. DC. prodr. II. p. 449, n. 3. Benth. l. c. n. 27. — *Mimosa decipiens* Koen. Bot. Mag. t. 1745. —

In littore arenoso ad Middleton Bay. d. 23. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 964.

„Frutex 5-pedalis.“

$\beta?$ **incrassata** Benth. l. c. — *A. incrassata* Hook. ic. t. 370.

In regionibus interioribus Australiae merid.-occid. m. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 962. et in glareosis sylvae prope fontem Bejoording (Victoria) d. 15. Mart. 1840. fructifera No. 967 (Drummond n. 296!)

„Frut. 3-pedalis.“ Legumen pollicare, 1-1½ lin. latum, suturis incrassatis. Specim. Preissiana alia (No. 967.) ab icone paulo recedunt phyllodiis apicē plerumque truncatis, angulo superiore minus elongato marginibusque

obovatis v. suborbicularibus, mucroulatis, undulatis, 1-2-nerviis, obscure penniveniis, puocato-scabris, marginibus vix iocrassatis, superiore prope medium glandulifero; pedunculis axillaribus, solitariis, phyllodio brevioribus, capitulis parvis 10-12-floris villosis; legumine brevi, late oblongo, compresso, 2-3-articulato, utrinque rotundato, puberulo. — Swan River. (Drummond n. 294! in Herb. Shuttleworth.) — Omnes partes pube brevi, molli, in ramis pedunculis floribusque densiore, patula, in legumibus phyllodiisque parciore et brevior, tectae. Phyllodia 5-6 lin. longa, 3-5 lin. lata, nervo conspicuo parum excentrico in mucroululum excurrente, accedente saepius nervo altero tenuiore illum inter et marginem superiorem (magis arcuatum) mediani tenente plerumque obsoleta v. aote marginem evanescente. Pedunculi 5 lin. longi. Legumen circiter semipollicare, 3 lin. latum, articulis linea impressa interstinctis, valvis levissime convexis, suturis simplicibus obtusis. — Species proxime affinis **A. Hügelii**, sed notis indicatis satis superque distincta, nec non accedens ad **A. idiomorpham** et **obovatam** Benth., et **A. sertiformem** et **piligeram** Cunningham, quae abhorrent sive stipulis longioribus recurvisque, sive phyllodiorum forma et magnitudine, caet.

X A. neurophylla Ferd Mull. § IX

~~(forte in sect vij Werth pertinet,~~
~~cujus definitionem desidero)~~

~~ramis ^{perichnitis} angulatis ^{lacunulis} ^{fraximulis} ^{supulatis} ^{reflexis}~~
~~tis ^{v. oblongis} ^{phylloidiis} ^{acriacis} ^{rigidis}~~
~~la ^{supra} ^{marginibus} ^{obtusis} ^{caulinis} ^{caulinis}~~
~~supra ^{marginibus} ^{obtusis} ^{caulinis} ^{caulinis}~~
~~marginibus ^{obtusis} ^{caulinis} ^{caulinis}~~
~~caulinis ^{obtusis} ^{caulinis} ^{caulinis}~~

itaque
longe a

capitulo ^{procoribus} ^{bracteatis} ^{glabris}

Inter puberula "Murray" ^{frons} "juxta
inferiorem partem fluvii Murray" ^{Oct}
1848. ^{Frutex} 1-3' ^{erat}. ^{Phylloidia} 1-1 1/2
ly 1 1/2-2" ^{lt}. ^{Maxime} ^{affinissimam} ^{habuit}
fraximam Acaciae eglandulatae De
specim. novum florulis a et Wirth
ex eadem loca communis phyllo
diis paucis caulinibus in figura

Ab A. foliophyllae derisipiente modo

aerula capitis caulis curvis in-
ridulis mylloidiis supra medium
ne prope medium caulinibus
curvis magis eminentibus capitu-
lis parum minoribus brevis pe-
disovalatis et bracteis bractea
absente! In numero Sini fontis
prope Oppidum Caoliri!

Wangere in humido 15-16' Dumby
locus fontis 4-5' in globosis

X Acacia burjariaca Ferd Muller

A. clavata Schledl!

In olivas horibus prope fontinas Whea
Norton ⁱⁿ ^{parois} ^{horibus} ^{collibus} ^{Whea}
^{videtis} ^{et} ^{Hill} ^{fontis}

Frutex 3-5' trabim B. spinosam
aerulam capitis caulis curvis in-
ridulis mylloidiis supra medium
ne prope medium caulinibus
curvis magis eminentibus capitu-
lis parum minoribus brevis pe-
disovalatis et bracteis bractea
absente! In numero Sini fontis
prope Oppidum Caoliri!

A. folerophylla ! Ldl § IX.

ramulis angulatis viscosis puberulis
~~ramulis~~ ^{ramulis} ~~superioribus~~ angulatis ~~apiculatis~~
nigricantibus, phyllodis ^{glabris} ~~puberulis~~
ad basin et apicem fere in
angulatis obtusis ~~vel~~ brevissime
apiculatis leniter curvatis cori-
aces ^{pub.} binerviis, nervis ~~veis~~
fimbriatis parallelis conjunctis,
glandula nulla vel raro ^{in marginem}
in ~~productione~~ ^{dentatione} ~~dentatione~~ ^{dentata}
protrahente ³ laxe a basi distante,
pedunculis axillaribus ^{foliariis}
vel geminis capitulorum ^{polygamis}
rudine glabris basi bractea rotun-
dato-triangulari ^{congesta} ~~foliis~~ ^{membra}
nuda pubescentibus, calyce dentata co-
rolla duplo brevior.

~~est~~ Murray - fruib. veris ^{reantem}
Barkeri.

Frux 2-3'. Capitula crebra mul-
tiflora. Stylocodia 1-1 1/2 uncias
longa 1-2''' lata ~~in numero line~~

~~prope prope apudum bacator~~
Primo inventa vix descripta

diagnosi Ldl apud ~~Mc~~ ^{Mc} ~~Cutham~~
correspondit, sed differential
et plantae ~~et~~ aetate orientis;
quoniam ~~autonomum~~ ^{specimina} non
evoluta, desinitio ~~non~~ ^{fieri}
elaborari

Auth: vrb.

Acacia creophila f. d. Mueller.

Cortex ramis fere niger. Ramis
patentibus ^{horizontales} ~~ramis~~ ^{li}
~~ramis~~ ^{ramis} ~~puberulis~~. Flores pallide
flavi sambucum aliquando ~~redduntur~~
ramuli ~~ammatum~~ ^{horizontum} ~~vix~~
angulati ~~ramis~~ ^{horizontales}. Stylocod.
subnitens ^{laxate} ~~vix~~
In ~~partibus~~ ⁱⁿ ~~partibus~~ ^{partibus} ~~fertilibus~~

4 A. Gummifera Benth. hb. N. T. n. 380

~~Sub nomine accipit florum
forte a il Doctor definitum,
quod e. decipiente maxime
videtur affinis. Anth: primo ver.~~

St. B. Murphy, Oct. 1848. 1 alt.
Phyllodia ^{no. 380 nido} ~~procrimum~~ ~~nostrum~~
potius basi truncata quam
occasata? Epping-forest. 635
variat. J.

J. prostratas J. Mill. Ibidem.

x Acacia acutissima J. Mill.

Al. J. Galt. 1857, 31. Praecidenti proxima videtur, foli-
lorum longioribus ^{glabris} acutius angu-
lo superiore magis acuto
et legumine (immature) gla-
briusculo, plegopermo, et
foliis longo, quod in illo ~~sericeo~~
~~sericeo, folio globosum, et caro~~
discriminatur. ~~montio petraeo~~
in montium lateribus prope
cataractas, Loffy-ranges & Outkap
Anth. Exeunte hieme et inveni-
vere.

Fruites diffluo-expansus interdum
protrahitur, rami ad a. (nervu
longi. Capitula pallide lutea
In montibus scopulosis juxta
St. Outkaparinga, utroque loco
(vid. ant.) rara!

minus incrassatis; alia (No. 962.) phyllodiis saepe fatioribus quam longis, angulo superiore subinde obtusissimo.

γ? elongata Benth. l. c.

In solo sylbimoso juxta oppidum Guildford, d. 29. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 955.

„Frutex spithamaeus, erectus,“ ubique breviter molliterque puberulus. Phyllodia 4-5 lin. longa, 3-7 lin. lata, margine inferiore subrecto, nervo arcuato in mucronem brevem saepius deorsum spectantem excurrente, venis nonnullis (plerumque 2-4 magis conspicuis) e nervo ortis versus angulum superiorem obtusum glanduliferum convergentibus ibique evanescentibus.

δ? trapezoidea DC. l. c. β. — A. decipiens, var. praemorsa Bot. Mag. t. 3244!

In colliculis arenosis ad mare prope Vasse, d. 25. Dec. 1839. fructifera Herb. Preiss. No. 968.

„Frut. 12-15-pedalis.“ Phyllodia pleraque 8-10 lin. longa, 4-5 lin. lata, ramorum sterilibus nonnunquam pollicaria 8-10 lin. lata, a basi ad angulum superiorem 2-pollicaria; omnia tenuiter foliacea (nec coriacea) pallida, margine haud incrassata. Legum. lineare, arcuatum, bipollicare, 1-1½ lin. latum, obtusissime subtetragonum, suturis incrassatis marginatum, valvis planis laevibus vix tornosis.

18. *Acacia cuneata Benth.* in Hügel Enum. p. 42, n. 125; ap. Hook. l. c. p. 332, n. 32.

In clivulis calcareis juxta oppidum Freemantle, d. 19. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 957. (Drummond n. 297!)

„Frut. 4-9-pedalis.“ Pedunculi initio 3 lin. longi, demum phyllodia subaequant. Adjectae sunt leguminis valvulae separatae, lineares, 2-2½ poll. longae, 2 lin. latae, valde arcuatae, incrassato-marginatae, vix torulosae, extus pube densa patula molli canescentes, — an vere ad hanc plantam pertinentes?

β? glabra nob., glaberrima, stipulis obsoletis fugacissimis, phyllodiorum nervo parum excentrico margini inferiori approximato, angulo superiore glandulam concavam gerente, pedunculis phyllodio brevioribus.

Cum praecedente Herb. Preiss. No. 957. d. 15. Aug. 1839. No. 956.; et in arenosis inter frutices vix penetrabiles insulae Rotenest d. 19. Aug. 1839. florens No. 954.

An n. sp.? Inter A. decipientem γ. et A. cuneatam ambigua; phyllodia praeter nervum nunquam exacte centralem glandulamque magis conspicuam omnino posterioris. „Frutex 4-7-ped., erectus; flor. fragrantēs.“

19. *Acacia divergens Benth.* ap. Hook. l. c. p. 331, n. 28.

Ad sinum Regis Georgii III., m. Nov. 1840. fructifera Herb. Preiss. No. 960.

20. *Acacia horridula n. sp., ramis teretibus, pubescentibus; stipulis setaceis, rigidis, subpersistentibus; phyllodiis patentissimis, ovato-v. lanceolato-triangularibus, 1-nerviis, pungenti-mucronatis, glabris, angulo superiore parum prominente minute glandulifero; pedunculis brevibus, capitulis 2-3-floris; legumine sessili, lineari, tereti, utrinque acuto, obscure venoso-lineato.*

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, m. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 965, cum fruct. jun. et in arenosis ad fluv. Canning (Perth) d. 4. Dec. 1839. florescens No. 1151.

„Frutex 2½-pedalis.“ *Stipulae* semi-erectae, 2-3 lin. longae. *Phyllodia* patentissima, crassiuscula, rigidissima, avenia, 3-4 lin. longa, 1-2½ lin. lata, nervo recto, angulo superiore basi approximato parum prominulo subinde obsoleto, glandula minuta. *Pedunculi* fructiferi phyllodium aequantes, floriferi dimidio breviores. *Flor.* 4-meri, calyce brevissime obtuseque 4-lobo dimidiam corollam aequante. *Legum.* bipollicare, 1½ lin. latum, junius minute cano-puberulum, demum glabrescens. —

Ab *A. biflora* R.Br., cui simillima quidem, evidenter tamen differt legumine nequaquam marginato; ab *A. triangulari* Benth.: phyllodiis longioribus quam latis, rigidis, spinescentibus, nunquam 2-nerviis; à reliquis affinitibus denique (*A. divergente*, *decipiente*, *hastulata*) capitulis 2-3-floris etc.

21. **Acacia triangularis** Benth. in Hüg. En. p. 42, in not.; ap. Hook. l. c. n. 30.

In region. interior. Australiae merid.-occid., Herb. Preiss. No. 966. et in sublimoso-glareosis sterilibus sylvae eis fluv. Gordon (Hay) d. 7. Nov. 1840. fructifera No. 963.

„Frutex 3-pedalis.“ Legumen (junius) lineare, suturis crassiusculis marginatum, valvis parce puberulis mox glabris. (Flor. non vidimus.)

22. **Acacia hastulata** Sm. DC. prodr. II. p. 449, n. 5. Bot. Mag. t. 334! Benth. ap. Hook. l. c. n. 31. —

In solo arenoso-turfacco ad Stirling's terrace (Plantagenet) d. 21. Sept. 1840, florens Herb. Preiss. No. 959.

„Rami 2-3½-pedales.“

23. **Acacia bidentata** Benth. l. c. p. 333, n. 38.

β *pubescens* nob., ramis phyllodiisque minute puberulis.

In arenosis planitie ad fluv. Avon, 9 mill. ab oppido York, d. 10. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 958, florif. et in sterilibus sylvae ad montem prope praedium rusticum Dom. Barker, d. 11. Apr. 1840. sterilis No. 969. —*)

„Frutex decumbens v. 1-1½-pedalis.“ Ramuli divaricati, pallidi, saepe nivi. Phyllodia crassiuscula, dente superiore semper obtusissimo, inferiore acuto v. obtuso nunquam pungente, nervis vix conspicuis.

V. PUNAGENTES, ramis apteris, stipulis setaceis v. obsoletis, phyllodiis rigidis acuminato-pungentibus subulato-teretibus v. planis angustis 1-plurierviis, inflorescentia capitata simplici v. spicata. (Benth. in Hook. Lond. Journ. l. p. 334.)

24. **Acacia latipes** Benth. l. c. n. 40.

β *pubescens* ramis cano-tomentosis, phyllodiorum nervis minute pilosiusculis.

*) Novam hujus sectionis speciem ad calcem addere liceat: **Acacia Latrobii** nob., glaberrima, ramis gracilibus acute angulatis; stipulis obsoletis; phyllodiis oblique oblongis v. subtriangulari-obovatis planis, infra apicem obtusum mucronulatis, 1-nerviis, nervo subcentrali ante apicem evanescente, venis obsoletis, margine inferiore parum arenato, superiore curvato prope medium obscure glandulifero; pedunculis axillaribus aggregatis, 1-cephalis, phyllodium subaequantibus, capitulis parvis multifloris. In colonia ad „Port Philipp“ Australiae meridionali-orientalis legit cl. Latrobe, coloniae praefectus (v. s. in Herb. Musei Neocomensis.) Phyllodia 5-8 lin. longa, 2-3 l.

x *Acacia chordophylla!* Fendl. ex Muell.

ad f. VI

glabra, glauca, ramulis angulatis,
phyllodis ^{elongatis} pectinatis ^{subsquamatis}
pinnatis pubescentibus striatis ^{curvatis} (arminatis
vel multinatis), capitulis axilla-
ribus solitariis limbove breviter
pedunculatis, calyce corollae duplo
longiore!

1848. Murray Oct 1848. Florif. 5th
Holia. fere Bakeri rugifolia.

x *Acacia nematophylla*, Fendl. ex Muell.

Prop. Douney bay ^{Murray} arvensis
frut. pulch. 5-8' ambitu rotundus.

A. calampuliae magnae affinis sed
phyllodis duplo brevioribus & lega-
mibus curvatis

Anth. fine vasis

P. penniformis, phyllodis duplo angustioribus
frut. 10-12' ^{concentricis}

~~*B. An. pinnatis phyllodis crassioribus*
visu vatis, capitulis parvis. crassioribus.
quam *A. chlor. mu.* partibus? *B. 10'*
16' *18'* *20'* *25'* *30'* *35'* *40'* *45'* *50'* *55'* *60'*
65' *70'* *75'* *80'* *85'* *90'* *95'* *100'*
105' *110'* *115'* *120'*~~

x *A. curvifolia*, Fendl. ex Muell.

In locis prae-arvensis insulae
Saluatorum.

frut. 4-5'. A. striatulae 5th
egregie affinis, ramis tamen pul-
cherrime angulatis glabris & phyllodis
1-3-natis sane reuertit. Floris
fruturque defuit!

x *Acacia Latrobei!!* Moench.

Acacia latrobei descriptione. occidit.
Hb. J. B. Port Philipp!

A. Martiana! Walt. } #5

A. ficulniformis & hastatae & s. Benth.
A. fuligna Wendl? n. sp. nova,
cum A. Martiana! nominanda:
In montibus altioribus (3000')
insulae T. G. Laud. hb. St. 120!
Ab A. fuligna differt phyllod. uniuersis
pappis axillaribus, pappis internodiis
geminis! ad fl. maturi, form. hb. St. 1. 11. 11
1848. 4. 3. 10. 1848. et South Island

Ad fl. ... ~~A. Martiana~~
Ad fl. ...
Ad fl. ...

A. ~~Martiana~~ ~~Walt.~~
differt ab A. fuligata phyllodis

A. ~~juniperina~~ Willd.
In George Town Formosae, hb.
948 (pale. nov. et. Cypri) 2-3'

A. ~~repicata~~ Walt. hb. St. 182

Requiem (non deprec.)
tabulum & fuligatae)
In ripibus montium Formosae
ad 3000' x 3000' x 3000'

A. ~~repicata~~ Walt. } #5
arantio. Rocky-mock.

A. ~~repicata~~ Walt. } #5
habitu hirsutissimi

Differt ab A. fuligata tracta
habitu hirsutissimi
Nostra differt ab alia ad fl. Murray
liota (foris Brunonian) phyllodis
brevioribus hirsutissimis
& non mucronatis, habitu rigidissimi
retq. - Sept. Formosae hb. St.
Loffy-range & In montibus Cap
Flujus species legi monstra

1-3' formam luxuriosam, raris pub
(phyllodia scitit) foliola oblong
ovata varie connata gerit apice emarginat

In Formosae
In Singapore collium
In Java
In Sumatra

In planitie arenosa Quangen (Victoria) d. 20. Mart. 1840. sterilis Herb. Preiss. No. 989.

(Nec flores, nec fruct. vidimus, caetera vero cum diagnosi l. c. bene conveniunt.)

25. **Acacia cochlearis** Wendl. — DC. prodr. 2. p. 451, n. 24. Benth. l. c. n. 41. — *Mimosa cochlearis* Labill. Nov. Holl. t. 234!

In arenosis prope oppidum Freemantle (Perth) d. 15. Aug. 1839. florens Herb. Preiss. No. 933. (Drummond n. 288! cum fr.) — *)

„Frutex 8-pedalis.“

26. **Acacia sulcata** R.Br. — DC. l. c. p. 450, n. 15. Bot. Reg. t. 928! Benth. l. c. n. 45.

In rupestribus summitatis montis Clarence (Plantagenet) d. 30. Sept. 1840. florens Herb. Preiss. No. 978.

„Frutex 6-pedalis.“

27. **Acacia Benthamii**, n. sp., glabra, ramulis subteretibus; phyllodiis patulis, rigidis, linearibus, rectis, planis, acuminato-pungentibus, striato-plurinerviis, supra basin attenuatam obscure glanduliferis; pedunculis solitariis geminisve, brevibus, capitulis multifloris; sepalis liberis, angustis, apice sphacelato-spathulatis.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis m. Nov. 1840. Herb. Preiss. florens No. 949. (Drummond n. 284!)

Rami ramulique stricti, interdum obsoletissime angulato-striati, juniores apice minute puberuli. *Phyllodia* coriacea (in specim. Preiss. crassiuscula) 1-rarius 1½ poll. longa, vix ultra lineam lata, recta v. levissime incurva, mucrone recto fere 1 lin. longo, nervis 3 tenuibus bene tamen conspicuis. *Pedunculi* 2 lin. longi, glabri, in specim. Drummondianis semper solitarii semierecti, in Preissianis plerumque gemini divaricato-patuli. *Capitula* pisi magnit., aurea, glabra, calyce dimidium corollam aequante. Legumen ignot. — Affinis sequenti, sed glabritie fere perfecta, phyllodiis duplo majoribus, pedunculis semper conspicuis facile distinguenda; nec non *A. striatulae* Benth. (n. 47.) quae differt (ex diagn.) phyllodiis divaricatis v. recurvis, subcompressis, dimidio minoribus.

28. **Acacia sessilis** Benth. l. c. p. 336, n. 48.

In colliculosis et arenosis sylvaticis ad fluv. Cynnorum, prope praedium rusticum Dom. S. Moore, d. 29. Jun. Herb. Preiss. No. 979. cis oppidum Guildford, d. 14. Sept., No. 980. florens, et in districtu Wellington d. 23. Nov. 1839. fructifera No. 982.

lata, mucronulo mucoso, saepius obsoleto, nerva interdum margini inferiori paulo approximato. *Pedunculi* capillares, plerumque phyllodio paulo breviores. *Capitula* circ. 10-flora, magnit. sem. *Viciae* sativae. Flor. 5-meri, sepalis subliberis linearibus ciliatis. Affinis **A. translucens** Cunn. (Benth. l. c. n. 143.) et **vestitae** Ker (ib. n. 87.) sed ab illa phyllodiis 1-nerviis apice haud incrassatis, ab hac inflorescentia non racemosa distincta; nec non **A. amblygonae** Cunn. (ib. n. 35.) quae differt pubescentia, phyllodiis plurinerviis, etc. — Species inter *Triangulares* et *Uninervias* latifolias ambigua, illis tamen potius quam hisce adscienda.

*) Species, ut videtur nova, sed e speciminibus sterilibus mancis haud definienda, hinc **A. cochleari** et **venulosae** Benth. (l. c. n. 152.) inde etiam **A. spirorbi** Labill. (Benth. n. 185.) affinis, in planitie arenosa sylvae inter praedia rustica dom. Barker et Lennard d. 12. Apr. 1840. Herb. Preiss. No. 937. — „Frutex 3-pedalis.“

„Frutex 1-4-pedalis, erectus. Flor. fragrantēs.“ Legumen lineare, rectum, continuum, 1-1½ poll. longum, 1½ lin. latum, attenuato-substipitatum, mucronato-acuminatum, suturis incrassatis obtusissimis marginatum, 2-5-spermiū, inter semina quandoque constrictum, valvis leviter torulosis arachnoideo-lanatis demum glabrescentibus. — Phyllodia saepe in eodem specimine ½ et 1 poll. longa, ½ lin. lata, nunc dense approximata, nunc remotiora, semierecta v. patentia.

29. **Acacia sphacelata** Benth. l. c. p. 338, n. 54.

In lapidosis ad tergum montis Currie (York) d. 15. Apr. 1840. Herb. Preiss. No. 985. (Drummond n. 299!)

„Frutex 4-6-pedalis.“ Ramuli divaricato-patentes, pube brevi densa albidā lanato-tomentosā, v. (in n. 299.) subglabri. Phyllodia 4-8 lin. longa, patentia, 4-sulco-tetragona, recta v. vix arcuata, basi v. subtus pubescentia aut (in n. 299.) glaberrima. Legumen (separatim sub. n. 985 missum) lineare, valde arcuatum (semilunare) circ. semipollicare, 1½-2 lin. latum, 2-5?-articulatum, atrofuscum, glaberrimum, suturis obsoletis, valvis parum convexis obscure venoso-rugulosis.

VI. CALAMIFORMES, ramis apteris, stipulis obsoletis, phyllodiis elongatis subulatis v. subcompresso-linearibus, mucrone brevi vix pungente saepe recurvo, inflorescentia capitata simplici v. breviter racemosa. (Benth. l. c. p. 341.)

30. **Acacia leptoneura** Benth. l. c. n. 64.

Phyllodia pleraque pollicaria v. parum longiora, raro 2-pollicaria. (Drummond n. 303!)

β? **pungens** nob., phyllodiis duplo fere crassioribus, nervis magis conspicuis, mucrone recto pungente. An species distincta? Accedit etiam ad *A. colletioidem* et *striatulam* Benth. l. c. n. 46. 47.

In regionibus interior. Australiae merid.-occid. m. Oct. 1840. sterilis Herb. Preiss. No. 976.

31. **Acacia Hookeri**, n. sp., ramis teretibus, apice minute puberulis; stipulis linearibus, deciduis; phyllodiis anguste linearibus, rectis v. arcuatis, muticis glabris v. parce ciliatopilosiusculis, supra planis v. canaliculatis, dorso convexo obsolete nervoso-striatis; pedunculis solitariis geminisve, phyllodio demum aequalibus v. sublongioribus, capitulis parvis, multifloris.

In solo sublimoso prope villam Cl. Mitchell ad fluv. Cygnorum, d. 29. Jun. 1839. florens Herb. Preiss. No. 981. (Drummond n. 300!)

„Frutex vix pedalis.“ Rami tenues, rectiusculi, plerumque graciles, fusci, tuberculoso-cicatratis, inferne glabri nunc simpliciter foliosi a medio inde floriferi, nunc conferte ramulosi cinerascens. Stipulae subfoliaceae, rigidae (haud spinescentes) erectae, lanceolato-lineares, acutae, 1½-2 lin. longae, ½ lin. latae, paucae hinc inde superstitēs. Phyllodia erecta, 5-11 lin. longa, ¾ lin. lata, obtusa v. acuta, nunquam manifeste mucronata nec pungentia, recta v. leviter recurvo-arcuata, raro subincurva, nervis striolisque obsoletis v. nullis, marginibus obtusis, facie superiore in specim. Preiss. plus minus concava, in Drummondianis plana v. subplana. Capitula aurea, diametro 2 lin., evolutione ab apice ramorum incipiente, descendente! Peduncululi glabri, 1-cephali, filiformes, superiores phyllodia sensim decrescen-

tia aequantes v. paulo superantes, 5-6 lin. longi, inferiores dimidio breviores. *Alabastra* obtusissima. *Sepala* libera, spathulato-linearia, obtusa, apice haud sphacelata, corolla semi-5-fida dimidio breviora. *Legum.*
— Species habitu proxima *A. sulcatae*, sed distinctissima phyllodiis minoribus, iuermibus, exsulcis, caet.

32. **Acacia squamata** Lindl. Swan River (Bot. Reg. 1839. Append.) p. XV, n. 63. Hook. ic. t. 367! Benth. l. c. p. 343, n. 69.

In limoso-calculosis sylvae district. York, d. 12. Sept. 1839. deflorata Herb. Preiss. No. 970. (Drummond n. 305!)

„Frutex 2-pedalis.“ Legumeu (junius) lineare, planum, continuum, rectum v. subtortum, utrinque attenuatum, glabrum, 1-1½ poll. longum, 2 lin. latum, suturis nerviformibus acutis anguste marginatum.

VIII. *) UNINERVIAE, ramis apteris, stipulis obsoletis, phyllodiis 1-raro 2-nerviis forma variis haud pungentibus, inflorescentia capitata simplici v. racemosa. (Benth. l. c. p. 345.)

33. **Acacia Meisneri** Lehm. Delect. Sem. h. Hamburg. 1842, glaberrima, glauco-pruinosa, ramulis aneipitibus triquetrisve; phyllodiis obovato-oblongis, subcuneatis, oblique submucronato-acutis, 1-nerviis, penniveniis, planis, plerumque eglandulosis, capitula solitaria multiflora superantibus.

In limoso-arenosis sylvae prope oppidum York, d. 4. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 930.

β **angustifolia** nob. phyllodiis lineari-lanceolatis, subfalcatis, tenuioribus.

In colonia Swan River legit Jac. Drummond, n. 292!

„Frutex 7-9-ped., pruinosis.“ *Rami* stricti, inferne teretes, subangulato-lineati, cicatricibus prominulis quasi dentati, fuscis; apice ramulique acute angulati, compressi v. triquetri, plus minus glauci. *Stipulae* caducae v. nullae. *Phyllodia* nunc valde pruinosa-caesia, nunc viridia, pleraque 10-12 lin. longa (raro paulo longiora) 3-4-lin. lata (in var. β 10-15 lin. longa, 2 lin. lata) subpetiolata, plus minus obliqua, mucronulo obtusiusculo brevissimo acuminata, rarius obtusa, nervo centrali v. vix excentrico venisque copiosis parallelis tenuibus rectis parum prominulis (ubique tamen conspicuis) margine superiore circa medium obsolete glandulifero v. saepius nudo. *Pedunculi* filiformes, 3-4 lin. longi. *Capitula* magnit. grani piperis, alabastris obtusissimis, floribus minutis. *Legumen* junius lineare, tortum, laeve, glabrum, ½-1 poll. longum, 2 lin. latum, 1-3-speruum, utrinque et inter semina angustatum, valvis planis, suturis obsoletis: *maturum* (unicum, separatim sub. n. 930 missum, an vere ejusdem speciei?) 3-4-pollicare, egregie moniliforme, fere rectum, 10-12-speruum, isthmis 1-1½ lin. latis, 1-2 lin. longis haud articulatis, loculamentis ovalibus 4 lin. longis 3 lin. latis aequaliter convexis nerviis laevibus, suturis obsoletis. *Semina* lenticulari-oblonga, nigra, laevia, vix nitida, caruncula parva obtusa. — Species valde, ut videtur, affinis *A. anctipiti* DC. (nobis haud visae) et forsitan ejusdem var.??; recedit tamen glaucescens et phyllodiis angustioribus, mucronatis.

*) E Benthamii §§. VII et XI, et e serie II, inter plantas Preissianas et Drummondianas nullam speciem invenimus.

34. **Acacia celastrifolia** Benth. l. c. p. 349, n. 92.

In regionibus interior. Australiae merid.-occid., m. Febr. Herb. Preiss. No. 915. et in montosis glareosis sterilibus distr. Grantham, d. 21. Mart. 1841. No. 916. (Drummond n. 281!)

„Frutex 2½-6-pedalis, glaucus.“

35. **Acacia myrtifolia** Willd. — Bot. Mag. t. 302. DC. prodr. 2. p. 452, n. 32. Benth. l. c. n. 93.

In rupestribus promontorii Cape Riche et montis Baldhead, d. 20. Nov. 1840. cum fl. et fr. Herb. Preiss. No. 917.

„Frut. 5-pedalis.“ — Specim. cum Sieberianis (n. 437!) exacte congrua.

36. **Acacia marginata** R. Br. — Wendl. diss. t. 5. DC. l. c. n. 41. Benth. l. c. p. 350, n. 94. — *A. trigona* A. DC.! 8^c not. pl. rar. Jard. Genev. p. 20. (fide specim. ab auctore.)

In turfosis per hiemem inundatis prope villam b. Spencer (Plantagenet) d. 11. Oct. Herb. Preiss. No. 920. et in glareosis sylvae ad latus meridionale montis Clarence, d. 30. Sept. 1840. No. 927, ex parte cum fl. et fr.

„Frut. 4-8-ped.“ Legumen, ut videtur, omnino *A. myrtifoliae*, sed nondum maturum et paulo tortum.

β? *angustata* nob., phyllodiis elongato-linearibus (3-4 poll. longis, 2-raro 3-4 lin. latis) nervo crassiore, racemis abbreviatis in apice rami corymboso-approximatis. — An species distincta? Herb. Preiss. No. 927 ex parte. — *)

4. **Brachysema praemorsum** *n. sp.*, foliis ternis oppositisque v. subsparis, obverse triangularibus, penninerviis, angulis obtusis v. rotundatis, apice truncato v. breviter acuminato mucronulato, junioribus subtus cum ramulis pedunculis calycibusque pubescentibus; pedunculis axillaribus, solitariis, apice bracteatis, bifidis, bifloris, folio parum brevioribus; calyce laxo, ebracteolato; vexillo subpanduraeformi, exserto; filamento vexillari basi geniculato.

In solo limoso ad ripam fluvii Preston (Wellington) d. 13. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 824.

„Frutex 2-3-pedalis“, erectus? *Rami* primarii stricti, teretes, glabri, virescentes, crassitie calami scriptorii; secundarii ternatim verticillati, subsimplices, graciles, tenues, adscendentes, molliter pubescentes, superne compressi; internodia $\frac{1}{2}$ -3 poll. longa. *Stipulae* setaceae, 2-3 lin. longae, patulae v. recurvae, fuscae, vix rigidae, tarde deciduae. *Folia* in ramis primariis ternatim verticillata, in secundariis opposita v. rarius alterna (tumque fere semper per paria approximata) petiolo puberulo 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longo; lamina (Passiflorarum quarundam, v. g. *P. Leschenaultii* DC. *P. rotundifoliae* L., Cav. diss. t. 290, etc. forma) 9-18 lin. longa lataque, basi rotundata, lateribus leviter arcuatis, apice truncato rectilineo v. emarginato v. saepius acuminato, acumine brevi lato lobos laterales rotundatos latos vix nunquam superante, mucronulo fusco rigidulo semilineam longo plerumque recurvo armato; margines (exsiccatione?) leviter recurvi et plus minus undulati; nervatio supra impressa, subtus prominula, nervo medio recto valido, venis primariis utrinque 4-5 divaricatis intra marginem anastomosantibus, interstitiis tenuiter reticulatis. *Pedunculi* erecti v. semipatentes, tenues, stricti, glabriusculi, apice compressi et bracteis 2 membranaceis lanceolatis bifidis (stipulis connatis) pubescentibus fuscis marcescentibus muniti; *pedicelli* 2 (altero interdum abortiente) incurvi v. recurvi, 2-2 $\frac{1}{2}$ lin. longi, sicut calyces tomentoso-puberuli. *Alabastra* oblonga, subfalcata, acuta. *Calyx* late infundibuliformi-campanulatus, 6 lin. longus, coloratus (ruber? purpurascens?) semiquinquefidus, lobis (praecipue lateralibus infimoque, subcarinato-concavis) falcato-incurvis, superioribus latoribus et minus profunde divisis, infimo reliquis paulo longiore. Corollae et genitalium structura omnino *B. undulati*. *Corolla* sanguinea v. punicea? glabra, fere pollicaris; carina alaeque subaequales, longe exsertae, subfalcato-lanceolatae, obtusiusculae, basi supra auriculatae; vexilli lamina ungue longior quasi panduraeformis, sc. basi subrotunda, medio stricta, superne in processum oblongum complicato-loricatum submarginatum e calyce paulo exsertum producta. *Filamenta* glabra, longissima, capillaria, basi complanata et brevissime monadelphica, decimo basi geniculata vexilli ungui adnato. *Ovarium* ovoideum, albido-villosum, intus glabrum, 1-loculare, pluriovulatum, stipite brevi basi annulo membranaceo fusco cincto. *Legumen*

CALLISTACHYS Vent. Endl. gen. n. 6426.

Meisn. gen. p. 81. (57.)

CALLISTACHRYA Sm. Benth. in Ann. Wien. Mus. II, p. 69.

1. **Callistachys ovata** Sims., Bot. Mag. t. 1925. DC. prodr. 2, p. 104. — Forma foliis lanceolato-v. elliptico-oblongis.

In littore arenoso prope oppidum Albany (Plantagenet) 25. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 849. (fl. et fr.)

„Arbuscula 8-14-pedalis.“

2. **Callistachys lanceolata** Vent. Malm. t. 115. Bot. Reg. t. 216. DC. l. c.

In solo humoso umbroso ad fl. King'sriver (Plantagenet) 25. Nov. 1810. Herb. Preiss. No. 850. (fl. fr.)

„Arbuscula 15-pedalis.“

3. **Callistachys parviflora** Benth. in Hügel enum. p. 27, n. 68. Walpers repert. 1, p. 566.: foliis oblongo-linearibus,

* Cassia repolata, Jun Mueller.

pube brevi appressa ^{arab. glaberrima} rana ^{holosericea}
 stipulis linearibus subulatis pinguibus
 foliis bi-^{plano} spuzis ^{obovato} - ^{na} ⁱⁿ
 ciolato-oblongis obtusis. racemis ^{eruan-}
 ginatis glandula depressa ^{hemisphaerica}
 intra quovis par praeditis, ^{rhachis} ^{intra} ^{angusta}
^{4-8 floris} axillaribus & ^{terminatis}
^{intra} ^{axillaribus} ^{4-8 floris} ^{axillaribus} [&] ^{terminatis}
 (Calyce retutus - ^{composito} ^{F.} ^{legumine} ^{...})
 in terra ^{unulata} ^{arugo} - ^{angustata} ^{lumi-}
 cati ^{diffinita} ^{intra} ^{Arabia} [&] ^{Stuzena}!
 Fructu pluriquotali habitu C. p. latypoda
 fructans. Fructu 7-1" ^{long.} 3-5" ^{lat.} raro
 unijuga ^{vix} ^{apiculata}. Corymbus ^{fer-}
^{prae} ^{incidentium}, ^{sed} ^{calycis} ^{rimae}
^{F.} ^{calycis} ^{phylla} ^{extrema} ^{oblonga} ^{interiora} ^{ovata}.
^{F.} ^{terminali} ^{tubaco} ^{duplice}. ^{non} ^{solum} ^{dist-}
 non periale & legi ^{haptate} ^{rara}, ^{geria}
 neque ^{conspicuis} ^{intrinseca}, ^{quam} ^{alia} ^{divergent}
^{non} ^{solum} ^{sed} ^{etiam} ⁱⁿ ^{parte} ^{repolata}
 ma ^{vastae} ^{interioris} ^{reperitur}!
 Anth: Oct. Nov. Nulli ^{specierum} ^{supralim}
 nisi C. ^{retuja} ^{arabit}.

* Cassia platypoda, K. Br. v. araba

In ^{placis} ^{prois} ^{pupillum} ^{falinis} ^{montana}
^{proavini} ^{vagus}
^{Fructu} ^{Natura} ^{C.} ^{truncatula}
 foliata ^{haud} ^{rara} ^{bigera} ^{racis} 1" ^{longa}
 canaliculata ^{vel} ^{ovata} ^{convexitate} ^{si-}
 uaria, 1" ^{longa} ^{v.} ^{angustiora}. ^{Rhachis}
 pollinem & ^{ultra} ^{longa} 12-2" ^{longa}. ^{calycis}
 phylla ^{glabra} ^{sed} ^{marginem} ^{relicta}, ^{exte-}
 riora ^{obovato} ^{ovata}, ^{interiora} ^{magis}
 ovato ^{orbiculata}.

* S. simplicifolia Jun & Mill
^{conspicuis} ^{vel} ^{glabrata} ^{C.} ^{phyllis} ^{intra} ^{N.} ^{Nov.} ^{angustis}
^{Rhachis} ^{aphylla} ^{rarius} ^{foliis} ² ^{linearibus}
 canaliculatis ^{impressa}. ^{Longis} & ^{Latibus}
 In ^{placibus} ^{frilibus} ^{replationum} ^{variata}!
 calis, ^{montana} ^{Shipis} - ^{ang.} ^{prae} ^{per}
^{mojhu} ^{pro} ^{varii} ^{v.} ^{...}
 Nullum ^{distinmen} ^{designo} ^{mibi} ^{contigit}
 quo ^{ante}, ⁱⁿ ^{C.} ^{platypoda} ^{distingui} ^{possit}
 igitur ^{varietatem} ^{valde} ^{quidem} ^{ex} ^{cellente}
 habere ^{videtur}! ^{Erant} ^{autem} ^{quosdam}
 Anth: Oct. Nov. aliquando ^{...}

Callipachys? glabrifolia, f. Mill

In glareis rivulis et stagnis Sulteyes-ore
ubi per vallam fluit, rarissima ^{occid. usque} ~~hinc~~ ^{parie nam} ~~hinc~~ ^{et hinc}
Frutex 4-5' erectus, fructus ramosus - ^{caesp.}
Vidi absq. flore & fructu. Rami &
pupulae frequentis. Folia latius au-
gustiusve serrato oblonga, margi-
ne intus opposta. An praecedunt
var. ? & frons totam longitudinem
frons Sprengii praecedit?

Callipachys? leiophylla

Aequae ac praecedens glabritie ab
aliis sp. distincta. Folia fere formae
Pultenaeae obcordatae ^{marga} ~~et~~ ^{tanquam} ~~per~~
^{conspicua} ^{et} ^{fixa} ^{congenerum} ^{re-}
^{quae} ^{antiquis} ^{de} ^{trigloria}
focellatum venosae. Legumen ^{man-}
^{no} ^{pedicellatum} ^{trijugitatum} ^{1/2-2}
1/2" et fere compressum, ex parte in-
grossius intus obsolete septatum. Sem-
8-12 dilute fusca, prophylla coarctata
alba. Floris desunt, qua re genus
haud rite definiendum, fructus
indolis ab hinc bene videtur non
esse cum aliis speciebus conveni-
re videtur. Floris et Wilhelmsi conspici!

Frutex 2-4' Juxta lutes in vicinia
Dauvillii et. A hunc a m propu Port
Lirolos. Wilhelmsi
Auth: primo vire

mucronatis, reticulatis, basi longe angustatis, planis; racemis terminalibus, laxiusculis.

In paludosis sylvae prope Toby's Julet (Sussex) 27. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 852. (fl. fr.)

„Arbor circ. 25 pedum.“ *Flores* luteae, sequenti minores. *Legumen* coriaceum, durum, oblique nervosum, omnino *C. ovatae*.

4. **Callistachys linearis** Benth. l. c. n. 67. Walpers l. c.: foliis elongatis, linearibus, mucronatis, reticulatis, margine revolutis; racemis terminalibus, laxiusculis. — Bot. Mag. t. 3882!

In limosis umbrosis ad ripam flum. Preston (Wellington) d. 1. Jan. Herb. Preiss. No. 851. in arenosis inter frutices densos ad fl. Cygnorum (Perth) d. 27. Oct. No. 853. et in paludosis district. Sussex, m. Dec. 1839. No. 854. florens et fructifera (Drummond No. 188!)

„Frutex 8-10-pedalis. Flor. purpurei.“ Variat foliis 1-4 lin. latis et flor. flavis (No. 854.) — A praecedente vix distincta nisi floribus paulo majoribus et legumine tenuiore, magis inflato, obsolete venuloso.

5. **Callistachys carinata** n. sp., ramis cano-pubescentibus apice corymbosis; foliis exstipulatis, sparsis, sessilibus, coriaceis, oblongis, utrinque obtusis, obsolete mucronulatis v. muticis, complicato-canaliculatis, subtus pubescentibus, demum glabris; racemis terminalibus, brevibus, laxiusculis.

In glareosis inter frutices ad latus meridionale collium Konkoberuphills (Kent) d. 19. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1068.

„Suffrutex vix pedalis.“ *Rami* adscendentes, apice tantum in ramulos paucos breves subcorymbosos divisi, teretes. *Stipulae* plane nullae! *Folia* sparsa, subinde subopposite approximata, subadpressa, 4-7 lin. longa, 1½-2 lin. lata, nunc ubique aequalata, nunc apice (rarius basi) paululum dilatata, apice interdum subretusa, rigide coriacea, laete flavo-viridia, plus minus complicato-concava, nervo medio subtus prominulo carinata, caeterum laevia aut transverse venosa et subreticulata, supra glabra, subtus juniora pubescentia, marginibus simplicibus v. obsolete incrassatis nunquam recurvis. *Racemi* ½-1-pollicares (fructiferi paulo elongati) rhachi, pedicellis, calycibusque pilis albidis laxiusculis cano-hirsutis; pedicelli 1-2 lin. longi, medio bracteolis 2 oppositis lineari-setaceis 2 lin. longis pilosis muniti. *Calyx* laxus, 4 lin. longus, lobis tubo infundibuliformi longioribus lineari-lanceolatis subaequalibus. *Corolla* vitellina, glabra, calycem parum superans, petalis subaequilongis breviter unguiculatis, vexillo subrotundo, alis obovatis carinaque gibbo-semiorbiculari acutiuscula basi supra obtuse auriculatis. *Filamenta* glabra. *Ovarium* subsessile, pilosum, 1-loculare, pluriovulatum, intus glabrum. *Legumen* ventricosum-ovatum, turgidum, hirsutiusculum, bivalve, valvis intus transverse striatis nec septuligeris. *Semina* Affinis *C. sparsae* Cunn., sed jam foliis, floribus majoribus, caet. satis superque distincta.

6. **Callistachys oxylobioides** n. sp., ramulis pubescentibus; stipulis capillaribus, recurvis; foliis ternis, oppositis sparsisque, subsessilibus, oblongo-linearibus, subcuneatis, obtusis, mucronatis, utrinque reticulatis glabris, complicato-canaliculatis v. planis, margine haud recurvis; floribus axillaribus 2-3 fasciculatis, calycibus cum pedicellis (ipsis brevioribus) leguminibusque subsericeo-villosiusculis.

In arenosis sylvae prope deversorium publicum Pineapple (Perth) d. 6. Jun. Herb. Preiss. No. 842. et in calcareis inter frutices densos prope oppidum Freemantle, d. 18. Dec. 1839. No. 841.

Species inflorescentia a reliquis *Callistachyis* recedens habituque toto *Oxylobii* (praecipue *O. capitato*) similior, sed propter legumen intus manifeste, quamvis incomplete, septulatum certe priori generi accensenda. — „Frutex procumbens v. 2-pedalis erectus.“ *Rami* ramulique teretes, strictiusculi, demum glabrati, internodiis $\frac{1}{2}$ - $1\frac{1}{2}$ pollicaribus. *Stipulae* capillari-setaceae, nigrae, glabrae, 2 lin. longae, valde recurvae. *Folia* ramorum primariorum ternatim verticillata, secundariorum opposita v. rarius sparsa, coriacea, 1-2-pollicaria, $1\frac{1}{2}$ -3 lin. lata, basin versus plus minus cuneato-attenuata, pleraque (exsiccatione?) plus minus complicata, venis anastomosantibus (subtus magis prominulis, fere *Oxylobii reticulati* more) grossiuscule reticulata, nervo medio subtus parum prominulo, mucrone tenui semilineam longo rectiusculo. *Pedicelli* 1-2 lin. longi. *Calyx* ebracteolatus, campanulatus, lobis tubo aequalibus v. demum paulo longioribus. *Alae* et *carina* subaequilongae, obtusae, purpureae, (alae apice luteae) *vexillum* iis longius, amplum, orbiculare, emarginatum, medio purpureum, margine aurantiacum. *Legumen* subsessile, subglobosum, cano-subvillosum, 8-spermum, valvis coriaceis intus glabris et septulorum membranaceorum reliquias gerentibus. *Semina* (immatura) obsolete strophiolata.

OXYLOBIUM Andr. Endl. gen. n. 6427.

Meisn. gen. p. 80. (57.)

1. ***Oxylobium ovalifolium*** n. sp., stipulis setaceis, petiolum subsuperantibus; foliis quaternatim et ternatim verticillatis oppositisque, ovalibus, obtusis v. emarginatis, mucronulatis, subtus ramulisque sericeis; capitulis axillaribus terminalibusque, breve pedunculatis, dense multifloris; calycibus leguminibusque villosis.

In glareosis inter frutices densos prope montem Manypeak (Kent) d. 27. Nov. Herb. Preiss. No. 813. et in rupestribus ad radices montis Baldhead (Sinus Regis Georgii III.) d. 16. Oct. 1840. No. 820.

„Frutex 5-pedalis, elegans.“ *Rami* ramulique inferne teretes, glabri, apicem versus 3-4-angulati v. compressi cano-pubescentes. *Folia* $1-1\frac{1}{2}$ poll. longa, 6-9 lin. lata, alia perfecte ovalia, alia oblonga, alia obsolete ovata v. obovata, basi rotundata, apice truncata v. plus minus emarginata (nonnunquam obcordato-subrotunda) mucronulo brevissimo v. nullo, coriacea, supra laete viridia glabra venis venulisque elevatis dense eleganterque reticulata, subtus pube alba adpressa dense sericeo-villosa, demum glabrata, nervo medio subtus prominulo valido supra impresso. *Stipulae* 2-3 lin. longae, subulatae, rigidae, rectae, puberulae, demum subrecurvae deciduae. *Pedunculi* terminales et e summis axillis 3-6 lineas longi, angulati, tomentosi, corymbo composito in capitulum subglobosum contracto terminati, pedicellis 1 lin. longis ebracteolatis. *Calyx* 3 lin. longus, corolla dimidio brevior, sordide albedo v. flavido-villosus, infundibuliformis, semi-5-fidus, lobis aequalibus ovato-lanceolatis acutis, superioribus 2 paulo latioribus. *Vexillum* subreniforme, ungue cuneato $1\frac{1}{2}$ lin. longo, lamina $2\frac{1}{2}$ lin. longa 5 lin. lata centro purpurea marginem versus basique aurantiaca; carina purpurea alaeque subaequales luteae obovato-oblongae subincurvae, vexillo parum breviores. *Filamenta* capillaria, glabra. *Ovarium* subsessile, villosum, 4-ovulatum. *Stylus* glaber, stigmatibus acuto. *Legumen* ovatum, turgidum, pilosum. *Semina* . . . — Affinis *O. obovato* Benth., sed folia nunquam cuneata.

x *C. urbonescens* ! P. Br

Ad fl. Murphy, Tasm., hb. N. H. n.
286. Dec 1848. Altitudo 15-20
ped. caud 3-6 ped. ut vult Jan.
George - 1000 Dec 49.

x *O. ellipticum* ! P. Br. J. E. L. !

O. retusum hb. N. H. n. 285 non P. Br,
quod foliis glabris fatis peruli-
are. - Alexander - river, Western
port, 6-8', hb. N. H. n. 68
et in montibus occidentali-
bus usque ad altitudinem
3000 pedum 8-10' Jan. hb.
N. H. n. 285.

x *β latifolium* ! Juss. Mill.

foliis latioribus brevioribus
subrotundis: In monte St. Pauls
Dome Tasmannie, Nov. 1849. hb. N. 727

x *Crucaria sessilifolia* Juss. Mill.

Ad marginis fructuetonum prope
Gawley bay. Subx pliniped. ^{in cruce} ^{duplo}
(specim. p. H. & P.) et aliquid cum
& clathrophyllar proximo.

x Araria elatophylla, furt Mill.
Tubex humilis diffusus.

In apiculis montium Hiinders
A. portifera finillima, furt (folia) p
loria fere aquilata orato- obtu

x Araria prarifolia, furt Mill.

In montibus Hiinders & Elders-ran
A. Gunnii propinqua, diffut vor
phyllidis praeta manu, pro min
tu nava usq altrove ^{varietate} ~~varietate~~ furt
dicut batoo superioru magis producto.
Lignum spiralisu fortum pilafum
Lath: primo vore.
? p. glabellu montium
Ad latra propu Crystal brook.
Tubulus humilis diffusus.

2. **Oxylobium obovatum** Benth. in Lindl. Swan River p. XII, n. 42. Walpers rept. 1. p. 567: Lindl. in Bot. Reg. 1843, t. 36! foliis cuneato-obovatis oblongisve, obtusis retusisve, v. 2-3-lobis, mucronulatis, coriaceis; racemis axillaribus capituliformibus, densifloris, calycibus sericeo-villosis, ovario 4-ovulato.

α latifolium nob., foliis obovato-triangularibus, apice valde dilatato truncatis v. subtrilobis, lobis lateralibus rotundatis muticis, intermedio plerumque brevi v. obsoleto aculiusculo v. obtuso cum mucronulo recurvo.

In region. interior. Australiae meridionali-occidentalis Herb. Preiss. No. 828. (Drummond coll. I, sine No.)

β angustatum nob., foliis cuneato-spathulatis, apice modice dilatato emarginatis v. truncatis v. rotundatis mucronatis v. acuminato-subtrilobis, lobis lateralibus obtusis intermedio acuto saepe brevioribus. — *O. cuneatum* Benth. l. c. n. 41. Cfr. Lindl. l. c.

In rupestribus jugi montium Darling's-range, haud longe a cataracta ad caput fluvii Cygnorum (Perth) d. 16. Jan. 1840. specim. fructifera. Herb. Preiss. No. 818. (Drumm. n. 207, et coll. I, sine No.)

„Frutex 2-3-pedalis.“

3. **Oxylobium dilatatum** Benth. l. c. n. 43. Walpers l. c.: foliis basi angustatis, apice dilatato-subbilobis mucronulatis, crasse coriaceis; racemis axillaribus, dense capitatis, multifloris, calycibus sericeo-villosis, ovario 4-ovulato.

In glareosis sylvae inter praedia rustica Dom. Barker et Lennard (York) d. 12. Apr. 1840. No. 827 et 834. et in region. interior. Australiae No. 1132. Herb. Preiss. specim. imperfecta.

„Frutex 3-pedalis.“

? *β trilobum* nob., foliis apice dilatato 3-lobis, lobis mucronatis, intermedio minore. — Au species distincta?

In region. interior. Australiae merid.-occid. m. Febr. 1841. specimen mancum Herb. Preiss. No. 827.

4. **Oxylobium reticulatum** n. sp., foliis oppositis, obovatis oblongisve, obtusis v. emarginatis, mucronulatis, grosse reticulatis, junioribus subtus ramulisque puberulis, demum glabris; stipulis setaceis, petiolo aequalibus, deciduis; racemis axillaribus, brevibus, paucifloris, calycibus cano-sericeis.

In clivulis arenosis ad littus maris, d. 19. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 840. et in region. interior. Australiae merid.-occid., m. Febr. 1841. No. 831. (Drummond n. 215.)

Species praecedenti (maxime var. *β*) valde affinis, sed distincta: foliis nunquam vere cuneatis, reticulatione insigni multo grossiore, stipulis brevioribus (vix 1-1½ lin. longis) tenuioribus, fere capillaribus, deciduis, racemis plerumque ad umbellam 3-5-floram redactis, calycis pube albida (nec folvo-villosa) minus nitente. — „Frutex 2-pedalis, erectus.“ *Folia* pleraque pollicaria, 5-7 lin. lata. „Vexillum suborbiculatum, emarginatum, exius basi que intus purpureum, margine intusque aurantiacum, carina alaeque purpureae.“ *Ovarium* 4-ovulatum.

5. **Oxylobium capitatum** Benth. in Hügel enum. p. 28, n. 69. Walpers l. c. p. 566. Bot. Reg. 1843, t. 16!, foliis inferioribus, obovatis, superioribus oblongis v. linearibus, mucrone recurvo; racemis axillaribus, densis, capitatis, folio brevioribus, paucifloris*).

In arenosis inter frutices sylvae prope deversorium publicum Pineapple (Perth) n. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 843, 844. (Drummond n. 214.)

„Frutex 2-pedalis, ramis strictis.“

? β **ternifolium** nob., foliis ternatim verticillatis, crassiuscule coriaceis, ramis validioribus (nec gracilibus.) — An species distincta? Specimina manea, fructifera. Legumen 3-spermum. Semina strophiolata!

In glareoso-lapidoso inter frutices densos sylvae ad radices montis Manypeak v. Tjilberup (Plantagenet) d. 23. et 28. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 805 et 814.

6. **Oxylobium tricuspdatum** n. sp., humifusum, glabrum; stipulis rectis, spinuliformibus; foliis oppositis, subsessilibus, cuneato-obovatis, apice truncato 3-mucronulatis, utrinque reticulatis; floribus breve pedunculatis, paucis, axillaribus v. in ramulorum apice aggregatis; calycis dentibus setaceo-acuminatis; ovario 4-6-ovulato.

In sublimoso-glareosis districtus Hay, m. Oct. 1840. specim. florifera. Herb. Preiss. No. 1064. (fructifera. Drummond n. 266.)

„Frutex humifusus“, facie *Cliffortiarum* quarundam, ubique glaberrimus. *Radix* lignosa, tortuosa, digiti crassitie, *caules* emittens plures prostratos, spithamaeos, divergentes, inferne teretes, superne plus minus compresso-angulatos, ubique dense foliosos et ramosos. *Stipulae* erectae v. patulae, 1-2 lin. longae, e basi viridi paulo dilatata in mucrone pungentem rectum fuscum abeuntes. *Folia* 4-7 lin. longa, 2 $\frac{1}{2}$ -4 lin. lata (petiolo $\frac{1}{3}$ lin. longo) coriacea, plana, basi rotundata v. rarius acutiuscula, apice rotundato-truncata v. rarius acutata et mucronibus 3 fuscis pungentibus armata, mucrone intermedio recto 1-2 lin. longo e nervo medio subtus prominulo, lateralibus rectis v. paulo divergentibus 1-2 lin. ab illo remotis et plerumque brevioribus e summis venis primariis ortis, venis pinnatis venulisque rete acute prominulum formantibus. *Pedunculi* axillares 2-4 fasciculati (interdum solitarii) vix calycem aequantes. *Calyx* subcampanulatus, viridis, 2 $\frac{1}{2}$ lin. longus (cum pedicello sub lente parce puberulus) subbilabiatis semi-

*) **Oxylobium Drummondii** n. sp., ramis apice puberulis, mox glabris; stipulis setaceis, petiolo vix longioribus, deciduis; foliis oppositis, lineari-lanceolatis, emarginato-retusis, obsolete mucronulatis muticisve minute reticulatis, mox glabris, margine nec incrassatis nec revolutis; capitulis ramulos terminantibus, densifloris, inter folia subsessilibus, calyce ovarioque villosis. — Swan River, Drummond n. 210. — **Oxylobio capitato** valde affine, vix tamen mera ejus varietas, recedens, praeter notas indicatas, foliis basin versus vix attenuatis, rarius subcuneatis, apice magis retusis v. emarginato-bilobis, lobis rotundatis, reticulatione paulo minore et (praecipue in pagina superiore) magis obsoleta, petiolo magis conspicuo 1-2 lin. longo, maximeque racemis magis contractis, capituliformibus, nunquam immediate axillaribus, sed ramulos (etsi saepe brevissimos) semper foliosos terminantibus, floribus brevius pedicellatis v. subsessilibus folia haud superantibus, calyce fulvo-villosiusculo minus sericeo, lobis acutis non acuminatis, stylo tenuiore et paulo longiore (qui in **O. capitato** nostro est compressus, crassiusculus, inferne paulo attenuatus.) — Ab **O. obtusifolio** Sm. apprimè differt foliis margine haud revolutis, inflorescentia, floribus minoribus caet.

* Acacia tetragonophylla, Fend Mill.

In parvis fivis pubescentis & ad rivas
superiores prope Curvaku.

Fr. sphaeratae approximanda & axillari
fol. quadrilatera acicularia. Arbuscula
6-8' vel frutix divaricata ramis fissuris
ramis validis ramis nigrescentibus
Auth: Sept. 012.

* Acacia salix trifida, Fend Mill.

Arborum 15-20, cisternum 30-40' ^{rara E'} alta.
Arbor, furcas acutissimas formans
rami salinis Babyloniae in partem
peduli. ^{frutix} Frutix 7/2 - 1 1/2', rarius. Cortex
nigrescens squamidus ramis fissuris
nigrescens fol. Casuarinae quadrivalvis
ad rivas nec non in humidis locis.
Bark, rariis, bark, rariis, Ceylon
bark, rariis remarkable brought
Auth. Fend Mill. Phyllovia, palmi
A. salicina var. aggregata
Ramus paulo tenuior.

* Acacia helictifolia Fend Mill.

Port Livata, Napan point, Daulley bay
irregularis.

Frutix 3-6' rariis. Fr. & Fr. rariis,
Folia insignis obtusa

* Acacia pyramantha Vth.

f. angustifolia

In arboribus rariis rariis
Marble ranges & locus rariis
ad Daulley bay Frutix 7-8' rariis
rariis. Frutix rariis rariis
Auth: Daulley bay

* Acacia itcaphylla, furd Mill.

Prope A. retinodermi imperator!
Fruity fructus 5-8' lacte virens.
In alveis iuvulorum expiratis prope A.
Kaba, Gudnaka & Wullena! & prope
Kath: Kerup, iumbu. Jonindi! Trilhalu
nec differe videtur speciem aliud ab ea
Kath prope Wellington lectum

* Acacia cornuta, furd Mill.

Sulley-creek.
Fruity 6-8', racis cornus.
A. pyraeuthae formis aculeis
juvulis diffut vno phylloribus reti-
minis venosis immarginatis
juvibus. fl & fr. sordidatiss

* Acacia Fergysenii furd Mill.

Species A. retinodi cognata, dissona
tur habitu fruticoso, foliis mino-
ribus lactis viridibus, pedicellis
pe axillaribus foliis acris & causticis
pilopulis (nec glabris)

In alveis glaucis expirantibus am-
en prope Kaba.
Kath: vris exado.

* Acacia Wattsoniana, furd Mill.

Intra annus Braughton & Korky-creek
& in graminis ad Wild Dog creek.
Fruity sat densus parvi - 5' lacte
virens phyllis. Folia erecta. Ram-
adulti furci. Ab hac differe A. glau-
phylla inervationibus puberulis
glaberrimis, pedicellis abbreviatis nec
racum eximio, pedicellis longioribus
& limbo florescendi. Kath: calpato.

quinquefidus, lobis lanceolatis acuminatis apice fere setaceis aequilongis, superioribus paulo latioribus et altius connatis, inferiorum sinibus sphacelatis. *Corolla* calyce vix duplo longior, vexillo suborbiculato integro flavo, dorso medioque purpurascens, carina parum incurva purpurea alas oblongas flavas aequante. *Filamenta* libera, glabra. *Ovarium* sessile, basi disco brevissimo cinctum, sericeo-villosum, 4-6-ovulatum, stylum filiformem incurvum acutum glabrum aequans. *Legumen* sessile ovatum, turgidum, puberulum, intus glabrum haud septulatum. *Semina* estrophiolata.

7. **Oxylobium parviflorum** Benth., in Lindl. Swan River p. XII, n. 40. Walpers repert. I. p. 566.: foliis oblongo-linearibus emcatisve, emarginatis retusisve, muticis; racemis axillaribus et terminalibus, elongatis, laxis; calycibus subsericeis; ovario 4-ovulato.

In sterilibus sylvae prope praedium rusticum Dom. Parker (York) d. 10. Apr. 1840. Herb. Preiss. No. 798. et in lapidosis summitatis montis Bakewell. alt. 1200 ped., d. 5. Sept. 1839. No. 801.

„Frutex 5-7-pedalis. Carina alaeque purpureae, vexillum rotundatum aurantiacum, basi purpureum.“

ISOTROPIS Benth. Endl. gen. n. 6429.

1. **Isotropis striata** Benth. in Hügel Enum. p. 28, n. 73; Ann. Wien. Mus. 2, p. 70. Walpers l. c. p. 567: procumbens, piloso-pubescent; foliis sessilibus, inferioribus obovatis, superioribus emcatisve, linearibus, integris; stipulis inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis.

In arenosis umbris et glareosis montium continuorum Darling's-range, haud longe a cataracta, d. 26. Jul. 1839. (No. 1062 ex parte) et in solo turfoso divuli ad portum Princess Royal Harbour, d. 28. Sept. 1840. (No. 1065 ex parte) Herb. Preiss. (Drummond n. 274.)

„Herba perennis, humifusa“ (fide Preiss. in sched. No. 1062.) „Suffrutex dodrantalis“ (Id. No. 1065.) *Folia* saepe in eodem specimine alia apice rotundata, alia truncata, alia obsolete biloba, in formam sequentis transeuntia, quam igitur mere ejusdem speciei varietatem sistere suspicamur. *Vexillum* aurantiacum, radiatum purpureo-venosum, alae carinaque atropurpureae.

2. **Isotropis biloba** Benth. l. c. p. 29, n. 74; Ann. Wien. Mus. l. c. Walpers l. c.: caule erectiusculo; foliis emcatis, apice bilobis v. superioribus linearibus integris; stipulis inferioribus lanceolatis, superioribus parvis.

In solo sublimoso-glareoso district. Hay, d. 8. Nov. 1840. fructifera (Herb. Preiss. No. 1066.) et cum praecedente florens (No. 1062, 1065, ex parte) (Drummond n. 275, 276.)

„Suffrutex spithamaeus.“ — Variat caule folisque pilosis et fere glabris. *Legumen* clavato-lanceolatum, acutum, turgidum, 8-10 lin. longum, in stipitem calyce breviorum attenuatum, subdepressum, adpresse sericeo-pilosiusculum, albidum, suturis vix prominulis. *Semina* 6-8 (immatura) estrophiolata. An praecedentis var.? *Folia* tamen rigidiora, subcoriacea, distinctius venosa.)

*) **I. Drummondii** n. sp., caulibus subsimplicibus, strictis, striatis, adpresse pilosiusculis, superne aphyllis, inferne paucifoliis; foliis coriaceis, spatulatis v. lanceo-

CHOROZEMA Sm., Benth. Endl. gen.
n. -6431.

CHORIZEMA Labill. DC. prodr. 2. p. 102. Meisn. gen.
p. 81, (57.)

1. **Chorozema (Euchorozema) cordatum Lindl.** in Bot. Reg. 1838, t. 10! Walpers rept. 1. p. 567: foliis subsessilibus, cordatis, ovato-oblongis, obtusis, aequaliter spinuloso-dentatis, glabris; racemis terminalibus axillaribusque, laxis, nutantibus, paucifloris, calycis pubescentis dentibus tubo aequalibus.

In humidis umbrosisque ad ripas fluvii Canning prope Kelmscott (Perth) n. Jul. 1841. (No. 1042, fl. et fr.) et in arenosis sylvae ad portum Leschenault (Wellington) d. 13. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 1056. (Drummond n. 185, et coll. I. sine No.)

„Frutex 1-5-pedalis, ramis flaccidis.“ — Variat foliis saepe in eodem specimine aliis sinuato-dentatis, dentibus subspinulosis, aliisque subintegerrimis sparse minuteque ciliato-denticulatis. *Racemi* saepe fere pedales. *Legumen* clavato-oblongum, turgidum, glabrum.

2. **Chorozema (Euchorozema) varium Benth.** in Bot. Reg. 1839, misc. p. 45, n. 63, t. 49! Walpers l. c.: foliis subsessilibus, subrotundo-cordatis, undulatis, spinoso-dentatis integrisque, pubescentibus; racemis erectis, multifloris, folio paulo longioribus; calycibus pilosis, basi obtusis, dentibus tubo subaequalibus.

In clivulo calcareo Arthur'shead (Perth) d. 15. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1046. (Drummond n. 184.)

„Frutex adscendens. Flores miniati.“ *Legumen* subclavato-oblongum, turgidum, glabrum.

3. **Chorozema (Euchorozema) triangulare Lindl.** in Bot. Reg. t. 1513! Walpers l. c.: foliis subhastatis, pinatifidis, spinosis, acumine integro laciniis longiore; bracteis ad apicem pedicelli.

In calcareis inter frutices densos ad tergum montis Baldhead, d. 16. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1041.

„Frutex pedalis. Flores coccinei.“

4. **Chorozema (Euchorozema) rhombeum R.Br., DC. prodr. 2, p. 103, n. 3. Sweet. Fl. Austral. t. 40.**

latis, integris, acutis, subnervosis, demum glabris; stipulis ovato-lanceolatis; racemo terminali, laxo, pedicellis calycem aequantibus v. demum superantibus, bractea stipulaeformi suffultis. In colonia ad fl. Cygnorum legit Jac. Drummond (n. 277.) Herba basi suffrutescens? spithamaea. Rhizoma tortuosum, ex apice multicipiti emittens caules subfasciculatos, erectos v. adscendentes, fere junceiformes, basi stipulis ovatis imbricatis decoloribus squamatos. Folia vix semipollicaria, $1\frac{1}{2}$ -2 lin. lata, venis subflabellato-pinnatis plus minus conspicuis. Flores **J. striatae**, sed alae aurantiacae.

Acacia megaphylla, f. Muell.

As eadem ac A. Parviflorosissima O'Brien
Species insignis quantum diagnosi
docent A. acutipiti & elliptica propinquas
intra cas hujus "alouca" A. natalis
approximanda. Ab ultimis facillime
distinguitur: phyllodii primis ovatis
vel lanceolatis-oratis dimple
brevioribus & capitulis axillaribus
solitariis nec racemosum dispositis
tante raris petalis. Decurra petiolo
sua alatis

In montem Deffon & Greenly int
colla "Fremontian's Look out" Wilhelms
inde 20 mill. ibi ad litus (Arctidum
pretentum & in parte australi li
topis prope Port Lincoln
Arboreola 4-5' truncata laevi
vite phaeophloia, corua intrada
Nath: exodo unis & vitiis affatis.

Acacia aneura, f. Muella

In solo macro prope Ludnaka.
A. neurophyllae phyllodii admodum
finitis, qua etiam & angustiorib. & vix nervatis
Quercifolium (A. r. r. l.), leguminibus vix
& florum dispositione raris magna magnopere
differt. Habitum prae se fert Cassiar
phyllodineae var. ~~argyrophloiae~~ ~~B. r. r. l.~~
& argyrophloiae.

* Acacia lissophylla, f. v. Mel.

Posindj! Wilhelm leg. pro fl & fr.
prope rivulorum marginibus

Frut. altis.

Species ab annib. meis h. b. facile
~~separanda~~ separanda - phyllodis au-
gusto laureolatis nitidulis crasso-
riacis obtusissime nervatis & ~~sericeis~~

* Acacia imbricata f. v. Mel.

ad margines fruticum prope Dom-
bey-bay. Wilhelm dicit.

A. asperae Led (ad fl. Murray de-
scriptae mihi adhuc incognitae)
habeo affinem. Frut. annis ali-
bis indigenos maxime singulares
facit. Ericae vel Pleurae drac-
foliis imbricatis 4-6" longis bicar-
ibus obtusis non nisi mucronula
brevis latere apiculatis

Frut. 3-4' altus saepe autem ad 6'
altus

Auth: primo vore

In glareosis sylvae ad tergum montis Clarence, d. 30. Sept. 1810. Herb. Preiss. No. 1128. (fl. et fr.)

„Suffrutex decumbens.“

Obs. Ab hac specie vix satis distincta videntur *Ch. diversifolium*, Alph. DC. 7° not. pl. rar. Jard. Genev. p. 44, t. 8. et *Ch. ovatum* Lindl. in Bot. Reg. t. 1528. Cfr. Benth. in Hügel Enum. p. 28, n. 71.

5. **Chorozema (Euchorozema) angustifolium**
Benth. in Hügel Enum. p. 28, n. 72. Walpers l. c. p. 568.
Dillwynia? *glycinaefolia* Sm., DC. prodr. 2 p. 109, n. 9.
Bot. Reg. t. 1514!

In solo turfoso-arenoso ad Stirling'sterrace, d. 22. Sept. 1810. Herb. Preiss. No. 1127 et 1147. (fl. fr.)

„Suffrutex dodrantalis. *Vexillum* aurantiacum, alae carinaque coccineae.“

Folia 1/2 - 2-pollicaria, 1-2 rarius 2 1/2 - 3 lin. lata, basi constanter rotundata, subtus molliter pubescentia v. demum glabriuscula.

6. **Chorozema (Euchorozema) costatum** *n. sp.*,
ramulis pubescentibus; foliis subsessilibus, coriaceis, ellipticis v. lanceolatis linearibusve, costato-penninerviis, submarginatis, glaberrimis, margine scabriusculis, apice acuto subrecurso pungenti-mucronatis; racemis terminalibus, laxiusculis, paucifloris; calyce piloso, basi vix attenuato, lobis acuminatis.

α lanceolatum, foliis lanceolatis (semipollicaribus, 2 - 2 1/2 lin. latis.)

In solo sublimoso-glareoso ad radices montium contiaurum Darling's-range (Perth) m. Sept. 1839 et 1841. Herb. Preiss. No. 1036, fl. fr. (Drummond n. 183.)

β lineare, foliis linearibus (1 lin. latis) longius mucronatis.

In arenosis district. Victoriae, d. 22. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 1039. (sine fl.)

γ brevifolium, foliis ellipticis, parvulis (2-3 lin. longis, 1 1/2 lin. latis) apice valde recurvis, brevissime mucronatis. —

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, m. Febr. 1841. fructif. Herb. Preiss. No. 1040.

„Frutex 1 1/2 pedalis.“

„Frutex 1 1/2 - 3-pedalis“, ramosissimus, ramis ramulisque gracilibus, ascendentibus, plerumque strictiusculis, satis dense foliosis, pube brevi adpressa canescentibus, demum glabratis. *Stipulae* nullae. *Folia* sparsa, raro subopposita, rigida, laete viridia, margine tenui nerviformi sub lente parce denticulato-scabriusculo, nervo medio venisque primariis costaeformibus vix anastomosantibus utrinque prominulis, interstitiis haud reticulatis, mucrone terminali 1/2 - 3/4 lin. longo recto pungente. *Racemi* ramulos terminantes, 1 1/2 - 2 1/2 - pollicares, circ. 6-flori, laxiusculi, erecti, inferae nudi; pedicelli 1-2 lin. longi, bractea lineari minuta caducissima suffulti. *Calyx* 4 lin. longus; basi brevissime attenuata bibracteolatus, adpresse cano-v. rufo-pilosus, lobis tubo parum longioribus lanceolatis acuminatis subaequalibus, superioribus 2 paulo latioribus alte connatis. „*Corolla* coccinea“; vexillum calyce duplo longius, ungue brevi, lamina late suborbiculata (latiore quam longa) emarginata, basi macula pallidior (lutea?) notata; carina valde curvata, obtusa (purpurea?) calyce alisque obovatis (purpureis?) paulo brevior. *Ovarium* stipitatum, villosum, 8-ovulatum. *Stylus* brevis, incurvus, glaber; stigma subcapitatum, superne penicillo brevi albo barbato.

Legumen (jam apertum, vacuum) oblongum, turgidum, pilosiusculum, bivalve, 4-5 lin. longum. *Semina* . . . — Valde accedit ad *Orthotropidem pungentem* Benth., sed jam carina admodum incurva abhorret.

7. **Chorozema (Euchorozema) reticulatum** *n. sp.*, ramis gracilibus, superne pubescentibus; foliis petiolatis, lanceolatis, submarginatis, apice recto acutis vix mucronatis, glabris, margine scabriusculis, subtus reticulato-venosis; racemis terminalibus, longiuscule pedunculatis, laxis; calyce basi attenuato, adpresse eano-pilosiusculo, lobis lanceolatis vix acuminatis.

In solo subarenoso inter frutices densos prope montem Wuljenup (Plantagenet) d. 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1045.

„Frutex 1-2-pedalis.“ — Species a praecedente, cui habitu et foliorum magnitudine formaque simillima, distinguitur: foliis minus coriaceis, rectis, vix pungentibus, venis intra marginem arcuatum anastomosantibus, interstitiis plus minus reticulatis, petiolo $\frac{1}{2}$ -1 lin. longo, racemis longioribus 8-12-floris, pedunculi parte infera nuda 2-3-pollicari, pedicellis 2-3 lin. longis, calyce vix 3 lin. longo ejusque lobis vix acuminatis. Corollam, stamina et stigma non vidimus. Vexillum (teste Preiss. in sched.) retusum, basi sulphureum. Ovarium subsessile, pilosum, 10-ovulatum.

8. **Chorozema (Aciphyllum) Henchmanni** *R. Br.* in Bot. Reg. t. 986. Bot. Mag. t. 3607.

In confragosis summitatis montis Bakewell (York) m. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1048. (sine fr.)

„Frutex pedalis.“

9. **Chorozema (Aciphyllum) Baueri** *Benth.* in Ann. Wien. Mus. 2, p. 71. Walpers repert. 1, p. 568: ramis puberulis; foliis divaricatis, linearibus, pungentibus, margine revolutis, glabris, supra laevibus; floribus subsessilibus, folio subbrevioribus.


In limoso-lapidosis ad latus occidentale montis Bakewell (York) d. 8. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1037, sine fr. (Drummond n. 192.)

„Frutex 1-2-pedalis.“ *Radix* lignosa, crassa, ramosa, subflexuosa. *Folia* interdum fere pollicaria, rigidiora et paulo latiora quam *Ch. Henchmanni*, nunc patentissima v. deflexa, nunc semierecta. *Pedicelli* 1-2-raro 3 lin. longi. *Calyx* dimidio fere longior quam *Ch. Henchmanni*. *Corolla* (sive Preiss) sulphurea (in illo pallide carnea, caeterum simillima.)

Obs. Podolobium? aciculare DC. prodr. 2, p. 103, n. 6, quod jam cl. Bentham (l. c. p. 72.) „alteram hujus sectionis speciem“ esse suspicabatur, ex diagnosi saltem a speciminibus nostris *Ch. Baueri* distinguere nequimus.

10. **Chorozema (Aphyllon) daviesioides** *n. sp.*, ramosissimum, erectum, aphyllum, glabrum; ramis teretibus, costatis; ramulis folii rudimento squamaeformi adpresso acuminato suffultis, sulcato-4-6-angulatis, apice mucronato-pungentibus; racemis terminalibus lateralibusque, subflexuosis, pedicellis brevibus, basi medioque bracteolatis; floribus nutantibus; calycis labio superiore truncato, emarginato, brevissime 2-dentato, inferiore 3-fido; ovario 4-8-ovulato.





Daviesia ramulosa Benth in Lindl. Swan River p. XIV, n. 56?

• *a* **Preissianum**, calyce ovarioque glabris, pedicellis calyce multo brevioribus (plerumque vix 1 lin. longis).

In lapidosis montium cis oppidum York, d. 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1183. et in region. interior. Australiae occidentalis, d. 7. Mart. 1840. No. 1138.

β **Drummondianum**, calyce parce minuteque adpresso-puberulo, ovario setuloso-piloso, pedicellis calycem subaequantibus (2 lin. longis). — An species distincta?

In colonia ad fl. Cygnorum legit Jac. Drummond, n. 190.

Species insignis, habitu, praecipue ramificatione et foliorum gemminorum defectu *Jacksonis Daviesisque* quibusdam similis, sed calycis forma discrepans et propter ovarium pluriovulatum *Eupodalyrieis* accensenda. A *Chorozemate* re vera habitu magis quam characteribus (sc. vix nisi calycis labio superiore subintegro) abhorret, quare generice eam separare non audemus. „Frutex 5-pedalis.“ *Ramuli* rigidi, steriles plerumque trifidi, ultimi $\frac{1}{2}$ -1-polllicares, interdum minute gemmuliferi, patentes, recti v. subrecurvi, angulis nerviformibus sub lente scabrusculis, apice sphacelato fusco nunc sensim acutato nunc subito in mucronem rectum pungentem semilineam longum excurrente. *Squamae* (foliorum rudimenta) ramis ramulisque arcte adpressae, 1-2 lin. longae, e basi triangulari latiuscula viridi carinato-costata in mucronem sphacelatum fuscum sensim abeuntes. *Racemi* summos ramulos terminantes, erecti, simplices v. ramosi, 6-10-flori, subsequendi, rhachi mutica ramulis simili subflexuosa; pedicelli 1-2 $\frac{1}{2}$ lin. longi, 2-3 lin. ab invicem distantes, singuli squamula sphacelata 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longa suffulti, patuli v. recurvi, glabri v. in β puberuli, prope medium bracteolis 1-2 minutis acutis muniti. *Calyx* subcampanulatus, basi angustatus, subnervis, 2 lin. longus, dimidiam corollam aequans; labium superius inferiore paululum longius, latum, fornicatum, levissime repando-emarginatum (*Hoveae* more fere truncatum) dentibus exiguis acutiusculis divergentibus, inferioris dentibus 3 subaequalibus triangularibus acutis $\frac{2}{3}$ lin. longis rectis. „*Corolla aurantiaca*“; vexillum late orbiculare, emarginatum, centro areola atropurpurea venosa cincto marginibusque aurantiacis; alae vexillo paulo breviores, obovatae, basi brevissime auriculatae, aurantiacae, ungue falcato; carina alis brevior, ovata, ventricosa, obtusa, carnea? v. purpurascens? auriculis basilaribus minutis. *Annulus perigynus* dimidium fere calycis tubum vestiens. Genitalia calycem aequantia. *Filamenta* libera, complanata, glabra. *Ovarium* brevissime stipitatum, oblongum, stylo crassiusculo compresso glabro apice incurvo vix brevius, ovulis 4-6-8 estrophiolatis?, funiculis brevibus. *Stigma* obtusum, subcapitatum. *Legumen* (maceratione semidestructum) subsessile, oblongum, trigidulum, 4-5 lin. longum, bivalve

GOMPHOLOBIUM Sm. Endl. gen. n. 6432.

Meisn. gen. p. 81. (57.)

• I. Folia simplicia, solitaria, sparsa.

1. **Gompholobium ovatum** n. sp., glaberrimum, ramis angulatis compressis; stipulis setaceo-linearibus, patentibus; foliis subsessilibus ovatis v. suborbicularibus, subcordatis, acutiusculis v. submucronatis, planis, penninerviis, supra reticulatis; pedunculis terminalibus, geminis, elongatis, me-

dio minute bibracteolatis; calyce dimidiam corollam aequante, carina nuda.

In arenosis sylvae prope oppidum Albany (Plantagenet) m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1105.

Suffrutex? ramis gracilibus subcompresso-triquetris, angulis linea nerviformi a foliorum insertionibus decurrente obsolete marginatis. *Stipulae* angustissime lineares, 1-1½ lin. longae, rectae v. recurvo-arcuatae, pallidae, diu persistentes. *Folia* sparsa, coriacea, sessilia v. petiolo fusco vix ½ lin. longo fulta, late ovata v. quandoque subrotunda, integerrima, ½-1½ poll. longa, 6-14 lin. lata, pallide viridia, nunc obsolete attenuato-acuminata, nunc obtusa, mucronulo brevissimo obtuso (rarius nullo) terminata, basi rotundata v. leviter cordata, nervo venisque supra prominulis, subtus tenuibus subimmersis. *Pedunculi* terminales, 1-flori, gemini, aequales, sesquipollicares, filiformes, erecti, singuli basi bractea solitaria lineari squamiformi 1-1½ lin. longa medioque bracteolis 2 illi similibus approximatis (nec oppositis) muniti. *Flores* speciosi, magnitudine fere *G. barbigeri*, calyce tantum paulo minore (5 lin. longo) vix dimidium vexillum aequante, basi ebracteolata, utrinque glaberrimo, profunde 5-partito, lobis obtusiusculis. *Vexillum* amplum, coccineum? *carina* calycem aequans, alis purpureis obovato-oblongis paulo brevior, obtusa, glaberrima, pallide carnea. *Legumen*

2. **Gompholobium amplexicaule** *n. sp.*, glaberrimum; ramis graecillimis, superne subcompresso-angulatis; stipulis setaceis, minutis, recurvis; foliis subsessilibus, cordatis, semiamplexicaulibus, anguste ovato-oblongis, acutis, submueronatis, utrinque reticulatis; pedunculis axillaribus terminalibusque, solitariis geminisve, folia subaequantibus, basi et prope medium minute bracteolatis; calyce dimidiam corollam aequante, carina imberbi.

In arenosis sylvae prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1106.

„Suffrutex decumbens.“ *Rami* 1-2-pedales, subsimplices, fere filiformes, basi teretes, superne (praecedentis more, sed minus distincte) angulati. *Stipulae* vix 1 lin. longae, demum nigrescentes. *Folia* 1-1½ poll. longa, 2½-3½ lin. lata, e basi rotundata plus minus (nunquam tamen profunde) cordata sursum sensim attenuata (textura, colore et nervatione omnino praecedentis) margine (exsiccatione?) plerumque leviter recurva et subundulata. *Pedunculi* ½-1-pollicares. *Flores* praecedentis, sed ⅓ minores (magnit. *G. virgati* Sieb.!) petalorum colore eodem. *Legumen* subglobosum, cerasi minoris magnitudine, laeve, prope suturas obsolete tenuiter transverse venosum. *Semina* 12-14, funiculis longiusculis.

II. *Folia* palmatim 3-v. rarius 5-foliata, petiolo nullo v. obsolete.


3. **Gompholobium marginatum** *R.Br.* DC. prodr. 2, p. 105, n. 5. Bot. Reg. t. 1490! — Variat petiolis, praecipue plantae junioris v. cultae vix 1 lin. et 2-3 lin. longis, pedunculis 1-floris et laxe racemoso-plurifloris.

In solo glareoso-sublimoso inter frutices prope oppidum Guildford, d. 8. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1107. (Drummond n. 219.)

„Suffrutex spithamaens. Flores sulphurei.“

4. **Gompholobium pedunculare** DC. l. c. n. 6. ²

Fr. a sylvae et pl. vicinali.



Gonyptolobium Stuartii Juss.

Novae Hollandiae (prope Australiae felicis) hb. St. 828.

G. polymorpho proximum, sed omnibus partibus majus et validius, pedicellis foliis brevioribus et vexillo carina parum breviora discriminatur.

* Gonyptolobium polymorphum R. Br.
P. erectum Juss. Mill., prope portum regiorum Tasmaniae, hb. St. 639. G. latifolium Gunn. ex Stuart.

* C. forma legalis designari ex cartis Juss. quae dicitur in Legum. hb. St. 112 et St. H. Juss.

St. H. Juss. hb. St. 140
P. summeis Juss. Mill., pilularis tenuissimis subcaulis, forsan sp. nov.; hinc stipulis periclyto obfoliis longioribus foliis augustis distinguendum. florum color variabilis.

Lottj-sange hinc inde vulgare, h. St. 200. Pl. Tasmaniae distincta, an ex ea varietas melius ad G. grandiflorum vel tetratherioidem ^{non summeis} ~~subsumenda~~ an specificè separanda?

G. uncinatum
All. Cunningham

In solo turfoso inter frutices densos haud longe a monte Wulfeup (Plantagenet) d. 14. Oct. Herb. Preiss. No. 1112. et in arenosis district. Kent, d. 19. Nov. 1840. No. 1113. (Drummond, n. 221.)

„Suffrutex vix pedalis.“ Foliola etiam foliorum superiorum saepe obovata.

Obs. Specimina Drummondiana recedunt foliorum inferiorum foliolis spatulatis, sc. ratione longitudinis angustioribus (5 lin. longis, vix $1\frac{1}{2}$ lin. latis); accedunt igitur ad *G. latifolium Sm.*, quod tamen differt petiolis paulo longioribus, foliolis omnibus conformibus obtusis, carina fimbriata, caet. — *G. venulosum Lindl.* Bot. Reg. t. 1574. a nostra planta vix differt, nisi foliolis nunquam (?) obovatis, stipulis petiolo longioribus, pedunculis paulo brevioribus, petalis omnibus concoloribus vitellinis.

5. **Gompholobium tenue Lindl.** in Bot. Reg. t. 1615. Walpers repert. 1, p. 568: glaberrimum, caulibus filiformibus laevibus; foliolis 3 linearibus, angustissimis, mucronulatis, margine revolutis; floribus solitariis, pedunculatis; vexillo emarginato, carina imberbi duplo longiore.

In limoso-calculosis sylvae ad radices jugi montium Darling's-range (Perth) d. 2. Nov. (No. 1109, ex parte) in limosis sylvae prope fl. Vasseriver (Sussex) d. 24. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 1111. et in regionibus interior. Australiae meridionali-occident., m. Oct. 1840. No. 1114. (Drummond n. 222: et coll. 1 sine No.)

? β **volubile nob.**, caulibus volubilibus, stipulis (2-2 $\frac{1}{2}$ lin. longis) foliolisque longioribus (plerumque sesquipollicaribus). An spec. distincta? (Herb. Preiss. No. 1109 ex parte.)

Species admodum variabilis, a praecedente, cui foliis superioribus floribusque simillima, distinguenda foliis omnibus conformibus et petalis concoloribus vitellinis. Suffrutex (v. „herba perennis.“ fide Preiss in sched. No. 1109.) nunc digitalis, (No. 1114.) nunc pedalis. *Caules* graciles, tenues, striati v. rarius fere laeves, erecti v. (in speciminibus nonnullis sub No. 1109, a reliquis caeterum non distinguendis) volubiles! *Stipulae* 1-rarius 2-2 $\frac{1}{2}$ lin. longae. *Petioli* nunc (No. 1114.) fere nulli, nunc 1-2-rarius 3 lin. longi. *Foliola* $\frac{1}{2}$ -1-rarius (in 1109.) $1\frac{1}{2}$ -pollicaria, supra obsolete transverse venulosa v. interdum (No. 1109.) laevia. *Bracteolae* superiores nunc calyci proximae, nunc in medio fere pedicelli sitae. *Carina* aetaeque apice et interdum (in specim. Drummondianis nonnullis) etiam vexillum purpurea. *Legumen* brevissime stipitatum, ovato-subglobosum, magnit. cerasi minoris, glabrum, tenuiter denseque transverse venoso-lineatum, suturis nerviformibus. *Semina* 16, ovalia, subcompressa, cinerea, umbilici lateralis oblongi margine tumidulo diaphano rugoso, funiculis rectis 2 lin. longis strophila obsoleta emarginato-biloba subcapitatis. — Var. β forsan distinctam speciem sistit, sed specimina nostra ad eam rite definiendam insufficientia sunt et ab ipso lectore a reliquis haud distincta fuerunt. In specim. Drummond. (coll. 1) ramuli interdum etiam subvolubiles videntur.

6. **Gompholobium polymorphum R.Br.** DC. l. c. p. 106, n. 8. Bot. Mag. t. 1533. — *G. grandiflorum* Andr. Bot. Repos. t. 642. (non Sm.)

In subarenosis umbrosis sylvae prope oppidum Albany, d. 22. Sept. 1810. Herb. Preiss. No. 1108.

„Herba 4-pedalis.“ Caulis filiformis, volubilis!

7. **Gompholobium burtonioides n. sp.**, ramis ramulisque teretibus, laevibus, puberulis, demum glabris; stipulis minutis, deciduis: foliis subsessilibus, inferioribus 3-, summis 5-foliolatis, foliolis anguste linearibus v. sub-

spathulatis, obtusiusculis, muticis, margine revolutis, supra ciliato-pilosiusculis demum glabris; capitulis terminalibus, sessilibus, paucifloris; calycis pubescentis corolla vix dimidio brevioris lobis breviter aristato-acuminatis.

α subspathulatum, foliolis lineari-subspathulatis.

In arenosis prope oppidum Albany, m. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1100.

β subacerosum, foliolis angustissime linearibus.

In region. interior. Australiae merid.-occid., m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1193.

„Frutex $\frac{1}{2}$ -1-pedalis,“ erectus, a basi ramosus; rami adscendentes, subvirgati, graciles, dense foliosi. *Petiolus* foliorum inferiorum vix ullus, denticuliformis, summorum $\frac{1}{2}$ -1 $\frac{1}{2}$ lin. longus. *Foliola* 3-6 lin. longa, in *α* $\frac{2}{3}$ lin. longa, in *β* dimidio angustiora, 1-nervia, supra obsolete venosa. *Flores* 3-6 in capitula terminalia approximata, raro solitarii, pedunculis 1-2 lin. longis. *Calyx* 3-4 lin. longus, laxiuscule cano-pilosiusculus, lobis apice in aristam mollem 1 lin. longam attenuatis. *Petala* vitellina, concolora?; carina rubescente? imberbi calycem subaequante vexillo duplo brevior. *Legumen* subglobosum, calycem vix superans, pisi magnitudine, glabrum, S-sperum. — Valde accedere videtur ad *G. aspalathoides* Cunn. (Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 72) quod differt: ramulis angulatis, foliis omnibus 3-foliolatis, floribus subracemosis et vexillo carinam vix superante. — Affine etiam *G. capitatum* Cunn. et *G. aristatum* Benth. l. c., sed ab utroque differt foliolis tantum 1-2-jugis, venosis, muticis, carina haud ciliata, et a posteriore insuper floribus pedunculatis, calycibus corolla multo brevioribus, breviter aristatis, caet.

III. Folia pinnata, rhachi conspicua, foliolis 2-multijugis cum impari.

8. ***Gompholobium aristatum*** Benth. in Hüg. enum. p. 29, n. 77; Ann. Wien. Mus. 2, p. 72. Walpers repert. I, p. 569, foliis petiolo brevissimo 3-7-foliolatis; foliolis lineari-subulatis, rigidis, mucronatis, margine revolutis; floribus in axillis superioribus subsessilibus, calycibus longe aristatis corolla parum brevioribus legumen subaequantibus, carina ciliata.

α hispidum Benth. l. c.

In arenosis secundum fluv. Cygnorum prope oppidum Freemantle, d. 17. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 1199.

Specimina nostra a descriptione l. c. recedunt foliolis 5 v. rarius 3 (nunquam 7) floribus terminalibus solitariis (nec axillaribus) et carina brevissime ciliata. Caet. exacte congrunt. De identitate igitur vix dubitandum. — „Frutex 2-pedalis.“ Stipulae setaceae. Foliorum insertio transverse semilunaris, pallida. „Flores vitellini.“

9. ***Gompholobium capitatum*** Cunn. mss. Bot. Reg. t. 1563! Walp. l. c. p. 568; pilosum, foliolis 3-4-jugis, subulato-linearibus, mucronatis, supra laevibus, rhachi interdum subnulla; floribus capitatis, calycibus hirsutis, carina ciliata.

In arenosis sylvae district. Sussex, d. 17. Dec. 1839. (No. 1201 et in solo subturfoso-arenoso inter frutices ad Stirlingsterrace, m. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 1200.

X
G. uncinatum Lessingham
G. galiophyllum! ferd Mt.

Spici. propria non varietas G. poly-
morphi, quod ^{seorsim} ~~seorsim~~ ^{est} ~~est~~ ^{est} ~~est~~ longi-
coribus, caulibus glabris vili-
pubulis stipulis ^{hinc} ~~hinc~~ ^{aequilongis} ~~aequilongis~~
differt et vix a Brenoniana ^{et} ~~et~~ ^{dis-} ~~dis-
versum etiam ^{habitus} ~~habitus~~ ^{vix} ~~vix ^{differt} ~~differt
& florum color ^{trahit} ~~trahit~~.~~~~~~

Forma G. polymorphum et tetra-
theroidem inferre nostrum!

Maxillum intus ^{calis} ~~calis~~ ^{luteum} ~~luteum~~ v.
subsericeum aut aurantiacum
basi luteum! Carina luteo-al-
bida extus apice nigro-virex-
sans basi luteola.

Fruticul. prostratus. In ma-
sibus Lottz; roaze vepus
st. Oukajiruga. Dec. 28. 1848.

In umbrosis ^{per} ~~per~~ ^{lione} ~~lione ^{lens} ~~lens~~
montanis ^{Dr. M. Harkni-} ~~Dr. M. Harkni-
kand ubique ^{mart.} ~~mart. ^{1849.} ~~1849. ^{fruct.} ~~fruct.
Sepala calycis lobi denique reflexi.~~~~~~~~~~

Variat corolla atroleuca vel ra-
riss vixilla intus ^{parlatino} ~~parlatino~~

x Gympholobium capitatum! Linn.
P. macropetalum Ferd. Mee.
corolla (discolore?) calycem breviter
aristatum superante.

Spirs pythamea, simplicissima
quam e semine ad gl. regnum ⁱⁿ colonia
~~Australasia~~ Novae Hollandiae
austro-occidentali collecta
duxit ibi. Lar. Stuart. hb. N. 779

„Frutex pedalis et ultra, strictus.“ *Rami* teretes, laeves, minute puberuli. *Stipulae* setaceae, albae, $\frac{1}{2}$ -1 lin. longae, deciduae. *Petioli* cum rhachi 2-rarius 3-4 lin. longi, quandoque brevissimi. *Foliola* 7, rarius 9 v. 5-3, subfiliformia, 2-8 lin. longa, vix rigidula, nunc breviter setaceo-mucronata et interdum subuncinata, nunc (No. 1201.) mutica, pilis albis teneris laxis 1 lin. longis ciliata (juniora fere arachnoidea) demum glabra. *Capitula* plerumque, 3-flora, rarius pluri-v. 1-flora. *Calyx* dense cano-villosus, pedicello longior v. subaequalis, 3 lin. longus, lobis arista $1\frac{1}{2}$ lin. longa acuminatis petala paulo superantibus. *Petala* vitellina, concolora, carina vexillo brevior breviter densaque albo-ciliata. *Legumen* subglobo-sum, laeve, 8-spernum, magnit. seminis *Viciae* sativae. *Semina* pallida, flava. — A *G. aristato* distinguitur praecipue petiolo conspicuo, foliis tenuioribus minus rigidis et corolla calycem haud superante.

10. **Gompholobium Shuttleworthii** *n. sp.*, ramulis teretibus, puberulis; stipulis obsoletis; petiolo brevissimo, foliolis 5 (raro 7 v. 3) filiformibus, obtusiusculis, submuticis, margine revolutis, laevibus, glabris; racemis terminalibus capituliformibus, pedunculatis, 3-6-floris, alabastris carinato-5-gonis; calycis lobis acutis, muticis, extus glabris, intus ad marginem pubescentibus, corolla parum brevioribus, carina minute ciliata.

In calculosis ad radices jugi montium Darling's-range (Perth) d. 17. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 1178. (Drummond n. 200 et coll. 1 sine No.)

„Frutex $\frac{1}{2}$ -1 $\frac{1}{2}$ -pedalis,“ a basi ramosus, ramis erectis gracilibus satis dense ericoideo-foliosis. *Stipulae* lineares, semilineam longae, fugaces. *Petiolus* $\frac{1}{2}$ -1 $\frac{1}{2}$ lin. longus. *Foliola* rigidula, $2\frac{1}{2}$ -5 lin. longa. *Pedunculus* communis $\frac{1}{2}$ -1 poll. longus, nudus; pedicelli apici approximati, 2 lin. longi, bractea parum brevior lineari subpersistente fulti. *Calyx* $2\frac{1}{2}$ -3 lin. longus, atropurpureus (in sicco nigricans), ante expansionem ovatus breviter acuminatus, basi vix attenuata bracteolis 2 linearibus sinus attingentibus 1 lin. longis munitis, lobis obsolete 1-nerviis aestivatione valvata marginibus contignis in carinam prominentibus, unde alabastra egregie pentagona videntur. *Petala* „rubro-purpurea,“ breviter unguiculata; vexillum suborbiculare, leviter emarginatum, calyce $\frac{1}{3}$ v. vix dimidio longius, basi purpureum; carina falcato-oblonga, apice rotundato purpurea, margine superiore minute albo-ciliata, alas obtusas dimidio angustiores calycemque subaequans. *Genitalia* glabra. *Ovarium* breviter stipitatum, 4-ovulatum, stylo filiformi falcato acuto. *Legumen* subglobosum, valvis transverse tenuissime venulosis, suturis obsoletis. *Semina* (immatura) ovalia, pallida, funiculis vix 1 lin. longis. — Accedit ad *G. glabratum* DC. (Sieber n. 362!) sed foliolis fere teretibus, inlorescentia maximeque calyce angulato abunde distinctum.

11. **Gompholobium viscidulum** *n. sp.*, ramis subangulatis, glabris, glutinoso-viscidulis; stipulis obsoletis; foliis pinnatis, petiolatis, jugis distantibus; foliolis 5-9 filiformibus, apice obtusiusculo mutico subuncinatis, margine revolutis, laevibus, glabris v. parce ciliato-pilosiusculis; floribus terminalibus, solitariis, breviter pedunculatis, alabastris sub-5-gonis; calyce mutico, glabro, dimidiam corollam aequante, carina nuda?

In glateoso-lapidosis ad latera collium Konkoberuphills (Kent) d. 19. Nov. 1810. Herb. Preiss. No. 1196.

Præcedenti habitu, foliorum horumque forma et magnitudine et legumine simillimum, sed notis indicatis, praecipue foliorum rhachi 3-4 lin. longa,

foliorum jugis lineam ab invicem distantibus inflorescentiaque facile distinguendum. A *G. uncinato* Cunn. differt foliis pinnatis petiolatis, foliolis duplo longioribus minus uncinatis, floribusque. — „Frutex sesquipedalis, foliis viscosis.“

12. **Gompholobium venustum**, *R.Br.*, DC. prodr. 2. p. 106, n. 11. (non Reichenb. ic. exot. 1. p. 54, t. 76, quae certe ad *G. pinnatum* Sm. spectat!)

In solo torfoso-arenoso inter frutices densos planitiei prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 5. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1102.

„Flores incarnati.“ *Calyx* dimidiam corollam superans, brevissime acuminatus. *Legumen* subglobosum, pisi magnitudine, brevissime stipitatum, glabrum.

13. **Gompholobium tomentosum** *Labill.* Nov. Holl. 1. p. 106, t. 134! DC. l. c. n. 9. Bot. Reg. t. 1474.

In arenosis circa oppidum Perth, d. 20. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 1198. (Drummond No. 202.)

„Frutex 1-3-pedalis. Flores sulphurei.“

14. **Gompholobium Preissii** *n. sp.*, molliter laxaque pilosculum, stipulis minutis; foliis pinnatis, 6-8-jugis, rhacli longiuscula, foliolis anguste linearibus, margine revolutis, acutiusculis v. minute mucronulatis, apice paulo dilatatis saepiusque recurvis, punctato-scabriusculis, terminali caeteris brevioris saepius latiore obtusaque; capitulis terminalibus 3-1-floris, sessilibus, foliis superatis, floribus breve pedicellatis; calyce piloso, corollam dimidiam superante, lobis breve setacco-acuminatis, carina imberbi.

In solo subtorfoso-arenoso inter frutices ad Stirling'sterrace, m. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1194. (Drummond n. 201.)

Praeter notas indicatas praecedenti simillimum. — „Frutex 1-2-pedalis, strictus.“ Specimina Drummondiana fruticosa, semipedalia; Preissiana vero herbacea? digitalia, radice simplici, caule a basi diffuse ramoso. *Stipulae* subulatae, $\frac{1}{2}$ -1 lin. longae. *Folia* subsessilia, plerumque 14-foliolata, rhacli 3-7 lin. longa, foliolis jugorum superiorum 3-6 lin. longis $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ lin. latis, inferiorum et terminali (apice saepe 1 lin. lato) dimidio brevioribus, plerisque propter mucronulum minutum recurvum obtusa mentientibus. *Flores* paulo minores, sed (in sicco saltem) ejusdem coloris ac *G. tomentosii*.


15. **Gompholobium Knightianum** *Lindl.* in Bot. Reg. t. 1468! Walpers repert. 1. p. 568: glabrum, foliis petiolatis; foliolis 3-15, subrotundis obovatis ovatis linearibusque, mucronatis; cymulis terminalibus, pedunculatis, foliorum longitudine.

G. heterophyllum Cunn. in G. Don gen. syst. 2, p. 118.

In limoso-arenoso montis Bakewell (York) d. 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1104. et in snbarensis sylvae prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 22. Sept. 1840. No. 1103. (Drummond n. 220. et coll. I. sine No.)

„Suffrutex $\frac{1}{2}$ -1-pedalis.“ Flores et legumina *G. venusti*, paulo tantum minora.





Subtribus II. Pultenaeae, Benth. in Hügel Enum. p. 30;
Ann. Wien. Mus. II, p. 73.

BURTONIA R.Br. Endl. gen. n. 6423. Meisn.
gen. p. 81. (58.)

I. Folia trifoliolata; pedicelli axillares, ad apicem ramorum
glomerati, Benth. l. c.

1. **Burtonia scabra** R.Br. DC. prodr. 2, p. 106, n. 1.

In solo turfoso-arenoso circa oppidum Albany (Plantagenet) d. 21. Sept., et floribus albis d. 11. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1177.

„Frutex 3-pedalis.“ Flores interdum albi. Legumen subglobosum, pubescens, magnit. nuclei cerasini.

2. **Burtonia pulchella** n. sp., ramis laevibus, apice puberulis, mox glabris; foliolis laevibus, glabris, angustissime linearibus, obtusis, muticis, rectis, margine revolutis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus, calycem aequantibus, basi medioque 2-bracteolatis, calycis lobis margine intus pilosiusculis.

In arenosis sylvae inter oppida Perth et Guildford, d. 28. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 1173. (Drummond n. 199.)

Praecedenti simillima, sed distincta glabritie, foliolis laevibus obtusioribus, vix ac ne vix uncinatis, perfecte sessilibus, basi haud angustatis, et legumine plus dimidio minore, glabro. — „Frutex 2-pedalis, strictus. Flores roseo-violacei.“

3. **Burtonia villosa** n. sp., ramis foliis calycibusque breviter villosis; foliolis breviter petiolulatis, lineari-subulatis, obtusiusculis, muticis, margine revolutis, demum glabrescentibus punctato-scabris; pedunculis axillaribus, folia subaequantibus, calyce brevioribus, basi medioque bracteolatis.

In subarenosis sylvae prope montem Wuljennup (Plantagenet) d. 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1172.

Facies *B. scabrae*, sed facile distinguenda ramorum foliorumque pubescentia fortiore et longiore, foliis paulo crassioribus brevioribusque, 4-5 lin. longis (in illa saepius 6-7 lin. longis) nunquam uncinatis, floribus majoribus (pro genere maximis, speciosis) calyce 4 lin. (in illa vix 3 lin.) longo extus undique sed breviter subsericeo-villoso. — „Frutex 6-pedalis.“ *Calyx* viridis, ultra medium 5-fidus, lobis oblongo-lanceolatis acutis aequilongis, superioribus 2 paululum latioribus et altius connatis. *Vexillum*, amplum 6-7 lin. longum et paululum latius, suborbiculare, emarginatum, persicinum, basi medio luteum; ungue sesquilineam longo; *alae* parum breviores, obovato-oblongae, persicinae, basi luteae et utrinque breviter auriculatae; *carina* alis paulo brevior, obovata, acutiuscula, carnea, apice purpurascens, margine superiore recto, inferiore valde curvato. *Filamenta* filiformia, glabra, rufa, pistillum aequantia, carinam subsuperantia, antheris oblongis. *Stylus* inferne valde dilatatus, compressus, margine superiore ciliatus, apice filiformis glaber, stigmatibus subcapitato minuto glabro. *Legumen* *B. scabrae* (insecti cujusdam e Hymenopterorum ordine exuvias includens: semina destructa).

II. Folia simplicia, sparsa; corymbi terminales. Benth. l. c.

4. *Burtonia conferta* DC. prodr. 2, p. 106, n. 4. Benth. in Hügel. enum. p. 30. Bot. Rec. t. 1600.

In arenosis sylvae cis oppidum Guildford et ad radices jugi montium Darling's-range, d. 17. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 1174; in arenosis inter frutices humiles vallis prope Two peopled Bay No. 1175. et clivni ad portum Princess Royal Harbour No. 1176. nec non ad promontorium Cape Riche No. 1179. m. Nov. 1840. (Drummond n. 197, 198 et coll. I sine No.)

„Frutex 1-2-pedalis. Folia interdum No. 1176. purpurascens. Flores No. 1175. coerulei.“ — Variat foliis 3-10 lin. longis, nunc tenuiter filiformibus, nunc crassioribus, corymbis laxiusculis contractisque, pedicellis 3-10 lin. longis. *Legumen* globosum, magnit. pisi, glabrum.

5. *Burtonia diosmaefolia* Benth. in Hügel enum. p. 30, n. 82; Ann. Wien. Mus. 2, p. 73. Walpers repert. 1, p. 569: foliis confertis, oblongo-linearibus lanceolatisve, obtusis, crassis, carinatis ramisque glabris; floribus capitato-corymbosis, calycibus leguminibusque pilosissimis.

In solo turfoso-arenoso prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 13. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 857. et in limoso-arenosis sylvae ad fluv. Avon, 10 mill. ab oppido York, d. 10. Sept. 1839. No. 858.

„Frutex 1-sesquipedalis. Vexillum flavum, alae carinaque rubro-purpureae.“


β *glabrescens* nob., pedicellis calycibusque glabrescentibus glabrisve.

In arenosis ad Sinum Regis Georgii III., d. 7. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 883.

6. *Burtonia? tenella* n. sp., glaberrima; caulibus prostratis, gracillimis, ramosissimis, ramis filiformibus; foliis angustissime linearibus, acutis, subcarinatis; corymbis 3-1-floris, floribus parvulis; calyce profunde 5-partito, lobis setaceo-linearibus aequalibus; legumine subsessili, lanceolato, compresso, tenuiter marginato, parce adpresseque pilosiusculo.

In arenosis inter frutices prope oppidum Perth, d. 4. Febr. 1839. Herb. Preiss. No. 878.

An novum genus? Praeter habitum tamen et praecipue leguminis formam cum *Burtoniae* characteribus bene convenit. — „Suffrutex prostratus.“ Caulis sesquipedalis et ultra, a basi inde ramosus, penna corvina vix crassior, teres, laevis; rami multo tenuiores, filiformes, internodiis 2-4 lin. longis (in caule saepe duplo longioribus.) *Folia* sparsa, simplicia, exstipulata, semipatentia, 2-4 lin. longa, vix $\frac{1}{4}$ lin. lata, complicato-canaliculata, rigidula, acuta, margine sub lente parce punctato-scabriuscula. *Pedicelli* terminales gemini, rarius terni v. solitarii, 2-4 lin. longi, subaequales, erecti, nudi v. infra medium bracteolis 2 oppositis setaceis fugacissimis muniti. *Flores* vix 3 lin. longi. *Calyx* corolla circ. $\frac{1}{3}$ brevior, viridis, fere regularis, lobis lineari-setaceis erectis carinatis basi paululum dilatatis tubo turbinato duplo longioribus, infimo caeteris paulo longiore, sinibus acutiusculis extrorsum in denticulum exiguum saepe sphacelatum plicato-prominulis. *Petala* lutea, brevissime unguiculata; vexillum ovatum, obtusum, integrum; alae carinaeque aequales; rectiusculae, oblongae, obtusae, supra basin vix auriculatae, vexillo parum breviores. *Filamenta* libera, glabra. *Ovarium* subsessile, sericeo-pubescentis, 2-ovulatum. *Stylus* capillaris, incurvus, glaber, ovario



longior, basi vix dilatatus, stigmatē acutiusculo. *Legumen* brevissime stipitatum, 3-4 lin. longum, 1 lin. latum, lanceolatum, rectum, breviter acutēque acuminatum, pilis brevibus adpressis parce conspersum, valvis parum convexis, suturis tenuibus nerviformibus. *Semina* estrophiolata (immatura).

JACKSONIA R.Br. Endl. gen. n. 6434. Meisn. gen. p. 81. (58.)

1. **Jacksonia floribunda** Endl. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 197; nov. stirp. decad. 1. p. 76, n. 87. Walpers rep. 1. p. 569: ramulis sterilibus compressis (phyllodia referentibus) oblongis, basi cuneatis, sinuato-dentatis, utrinque venosis glabris; floribus racemosis, calycibus sericeis corolla longioribus; legumine stipitato.

In arenosis supra oppidum Guildford (Perth) d. 20. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 811 et 812.

„Frutex 2-4-pedalis, erectus.“

J. densiflora Benth. in Lindl. Swan River p. XIII., n. 44, ab hac vix satis distincta videtur.

2. **Jacksonia alata** Benth. in Hügel enum. p. 30, n. 83; Ann. Wien. Mus. 2, p. 74. Walpers l. c., ramis ramulisque subangulatis, bialatis, inermibus, apice sericeis; floribus subsessilibus, racemulosis; calycibus corolla longioribus sericeis; legumine sessili.

In colonia ad fl. Cygnorum legit Jac. Drummond (coll. I, sine No.)

Ramuli stricti v. rarius hinc inde obsolete flexuosi, $\frac{1}{2}$ - $1\frac{1}{2}$ lin. lati. *Calyx* basi minute bibracteolatus, nec (ut a cl. Benthiam describitur) ebracteolatus.

β **flexuosa nob.**, ramulis egregie flexuosis, compressissimis, foliaceo-bialatis (1-2 lin. latis.) — An distincta species? — sed praeter notam indicatam omnia *J. alatae*.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1119. (Drummond n. 193 et coll. I. sine No.)

3. **Jacksonia Sternbergiana** Hügel Bot. Archiv t. 3! Benth. l. c. n. 84. Walpers l. c., ramis laxè divaricatis; ramulis alternis, angulatis, glabriusculis, apice spinoscentibus; floribus lateralibus, laxè racemosis; legumine longiuscule stipitato, ventricosò.

In arenosis ad fluv. Cygnorum, d. 16. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 1076. (Drummond coll. I.)

„Aboriginibus *Käbbar*. Frutex 4-12-pedalis, ramis pendulis.“ *Ramuli* steriles ultimi 1- $1\frac{1}{2}$ -pollicares, stricti, pungentes. „*Flores* aurantiaci.“ *Calyx* autè expansionem 4 lin. longus, obovato-oblongus, brevissime acuminatus, teres, (sepalorum marginibus inconspicuis vel obsoletissime prominulis) glaber. *Stamina* aptera! *Ovarii* stipes $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ lin. longus.

β **puberula, nob.**, summitatibus calycibusque (leviter 5-costatis) minute sericeo-puberulis (pedicellis interdum vix 2 lin. longis.) — An species distincta? (Vidiuus specimen unicum, insufficient.)

In porrectis arenosis sylvae prope Bassandeen ad fluv. Cygnorum, d. 23. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 1072.

„Frutex 2-pedalis.“

γ **filicaulis nob.**, glaberrima, ramis ramulisque tenuissimis, angulato-filiformibus (vix $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{3}$ lin. crassis) debilibus. — An n. sp.?

In colonia ad fl. Cygnorum legit Drummond, No. 260.

4. **Jacksonia sericea Benth.** l. c. n. 85. Walpers l. c.: ramulis brevissimis spinescentibus ramisque angulatis pubescentibus; floribus solitariis geminis v. subracemosis, bracteolis infra apicem pedicelli, calycibus sericeis; legumine brevissime stipitato, ventricoso.

In arenosis inter frutices ad lacus prope Woodman's point (Perth) d. 18. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 1158.

„Frutex adscendens, divaricatus.“

5. **Jacksonia gracilis n. sp.**, ramis teretibus, striatis ramulisque angulatis gracillimis minute cano-puberulis, sterilibus indivisis inermibus; floribus laxe racemosis, subsecundis, pedicellis calyce dimidio brevioribus infra apicem bibracteolatis; calycis sericei lobis tubo triplo longioribus, linearibus, brevissime acuminatis, erectis; ovarii villosi stipite calycis tubum parum superante.

In arenosis circa oppidum Perth, d. 29. Nov. 1839.

„Aboriginibus *Waljumei*. — Frutex decumbens.“ — An *J. sericea* var.? Differt tamen ramis gracilioribus, minus acute angulatis, inferne teretibus, ramulis subfiliformibus debilibus fere omnibus floriferis, sterilibus abbreviatis spinescentibus vix ullis, floribus paululum majoribus, 4 lin. longis (in illa 3 lin. longis) magis sericeis, calycis laciniis demum egregie convolutis vix $\frac{1}{4}$ lin. latis. *Filamenta* aptera. *Legumen* non suppetit.

6. **Jacksonia dumosa n. sp.**, tota subsericeo-puberula; ramis teretibus, striatis, junioribus angulatis, sterilibus ditrichotomis indivisisve mucronato-pungentibus; floribus ad ramulorum apicem racemosis, majusculis; pedicellis calyce quadruplo brevioribus, apice v. medio bibracteolatis; calycis lobis semirectis; ovarii villosi stipite calycis tubo brevissimo duplo longiore.

In arenosis ad fluv. Cygnorum, d. 13. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 1081. in calcareo-arenosis district. Wellington, m. Dec. 1839. No. 1069. in solo sublimoso distr. Hay, m. Oct. 1840. No. 1070. et in solo humoso ad ostium fl. King's river (Plantagenet) d. 25. Nov. 1840. „Frutex 2-3-pedalis. No. 1071.“


β **glabrata**, ramis ramulisque (tenuibus, plerumque divaricato-2-3-fidis rigidis) glabratissimis, floribus sericeis.

„In Australia occidentali“ Herb. Preiss. No. 1075.

„Frutex 12-18-pedalis,“ ramosissimus, ubique (v. in β calyce tantum) eodem modo puberulus ac *J. sericea* et *gracilis*, ramis validis, strictis, ramulis sterilibus erectis v. demum squarroso-divaricatis, compresso-angulatis, $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ lin. latis, in mucronem spinescentem rectum fuscum excurrentibus, nunc valde rigidis spiniformibus, nunc tenuioribus vix rigidis, forma et magnitudine variis, 3-12 lin. longis, aliis indivisis, aliis furcatis v. bis bifid-

Fuchsia recurviana Lindl.

Fragmenta vidi plantae
e femine in Australia selice
colleto cultae a C. Ste-
artia communicat. certe q.
Steubergianaae mississippinae
max. cognatae. hb. St. 750.



dis trifidiseve, crure medio indiviso, lateralibus 2-3-fidis. *Flores* „aurantiaci“, magnitudine et forma fere *J. Sternbergianae*, sed pedicelli multo breviores et calyx extus sericeus ante expansionem subpentagonus, laciniis vix acuminatis. *Ovarii* fulvo-villosi stipes $1\frac{1}{2}$ -2 lin. longus. — Valde accedere videtur ad *J. furcellatam* DC., quae discrepat ramulis inermibus omnibus (?) furcellatis. A *J. gracili* et *sericea* distinguitur floribus circ. $\frac{1}{3}$ majoribus, calycis lobis laetioribus planisque et praecipue ramulis sterilibus plerumque 2-3-fido-ramosis; a *J. spinosa* denique, cui ramulorum sterili forma proxime accedit, differt ramis pubescentibus, floribus plus duplo majoribus et ovario longius stipitato *).

7. **Jacksonia spinosa** R.Br., DC. prodr. 2, p. 107, n. 2. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 74. — *Gompholobium spinosum* Labill. Nov. Holl. 1, p. 107, t. 136! (Lam. ill. t. 949, f. 4.)

In clivulis arenosis ad sinum Two-peopled Bay, d. 23. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1074.

„Frutex 3-4-pedalis.“ *Rami* ramulique glabri, juniores tantum minutissime puberuli. *Flores* paululum minores quam in icone citata et *legumen* subfalcatum. De identitate tamen vix dubitandum.

8. **Jacksonia horrida** DC. l. c. n. 3. Benth. l. c.

In arenosis circa oppidum Albany (Plantagenet) d. 23. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1080.

„Frutex 5-pedalis.“ *Rami* validi, fortiter costato-angulati, apice acute triquetri, pube brevi cano-villosi v. demum glabri; steriles folia simulantes, crasse coriacei, rigidissimi, $\frac{1}{2}$ -fere $1\frac{1}{2}$ lin. lati, in mucronem rectum fuscum abeantes, trifidi (raro indivisi) cruribus plerumque scumipollicaribus lanceolato-linearibus nervo excentrico valido subtus carinatis quasi triquetris, lateralibus divaricatis saepe furcatis. *Flores* fere *J. dumosae*, sericei. *Calyx* 4 lin. longus, pedicello fere duplo longior; lobis planis, brevissime acuminatis, corollam parum superantibus, demum reflexis. *Petala* subacquilonga, vexillo alisque aurantiacis, carina purpurascente. *Filamenta* aptera. *Ovarium* villosum, stipite calycis tubum superante circ. 2 lin. longo. *Legumen* oblongum, turgidum, 4-5 lin. longum, arcuatum, puberulum v. demum glabrescens, intus minutissime puberulum, epicarpio ab eudocarpio demum facile secedente.

9. **Jacksonia capitata** Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 74, n. 9. Walp. l. c.: ramis ramulisque inermibus, aphyllis, teretibus, striatis, subglabris; floribus ad apicem ramorum capitato-corymbosis; calycibus pubescentibus, corollam aequantibus, sub-5-partitis.

In solo sublimoso-glareoso district. Peel, m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1078.

* Eiusdem affinitatis nova sp. est: **J. hakeoides** nob., ramis ramulisque teretibus, leviter striatis, demum glabris, sterilibus rigidis 2-3-fidis, cruribus divaricatis pungenti-acutis mucronatisve plerumque iterum 2-3-fidis; floribus ad apicem ramulorum racemosis; pedicellis calyce triplo brevioribus, prope apicem bibracteolatis; calycis extus fulvo-villosi lobis breviter acuminatis, patulis; ovarii villosi stipite calycis tubum brevissimum vix superante. In colonia ad fl. Cygnorum legit Jac. Drummond, n. 261. Species insignis, a praecedentibus distincta praecipue ramis ramulisque (inmo sterilibus) teretibus v. vix ac ne vix compressiusculis $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ lin. crassis (duplo crassioribus quam *J. dumosae*) leviter v. obsolete sulcato-striatis (folia **Hakearum** et **Petrophilorum** quarundam imitantis.) Flores *J. dumosae*, calyce tantum pube longiore et laxiore villosiusculo.

„Suffrutex vix pedalis,“ caespitoso-multicaulis, caulibus ramisque erectis v. adscendentibus, debilibus, filiformibus, levissime striatis, subsericeo-incaenis, demum glabratis. *Capitula* plerumque 3-flora, pedicellis vix lineam longis bractea minuta ovata acuta fusca suffultis. *Calyx* 2½ lin. longus, basi adpresse bibracteolatus, sericeo-villosus, profunde 5-partitus, lobis linearibus planis breviter acuminatis semipatentibus. *Filamenta* aptera. *Ovarium* subsessile.

10. **Jacksonia restioides** *n. sp.*, aphylla, ramis ramulisque inermibus, teretibus, leviter sulcato-striatis, subsericeo-incaenis, demum glabrescentibus; racemis terminalibus, laxe paucifloris; floribus majusculis, subsecundis, brevissime pedicellatis; calyce sericeo-villoso, basi valde attenuata bracteolis 2 lanceolatis cuspidatis adpressis munito, 5-partito, lobis lanceolatis acuminatis erecto-patulis vexillo brevioribus alas carinamque superantibus, filamentis apteris, ovario stipitato.

In arenosis sylvae prope praedium rusticum Dom. S. Moore ad fl. Cygnorum, d. 14. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 1079. (Drummond n. 263.)

„Suffrutex 1-1½-pedalis, praecedenti similis, sed statura altiore, robustiore, ramis distinctius striatis, inflorescentia et praecipue floribus duplo majoribus (5-6 lin. longis) distantibus in pedicellum 1-1½ lin. longum sensim attenuatis bene distinctus. *Calycis* lobi tubo infundibuliformi vix longiores. *Vexillum* suborbiculare, emarginatum, aurantiacum; alae falcatae, flavae, carina purpurea ventricosa obtusa paulo longiores. *Cyathulus* perigynus plus dimidio calycis tubo adnatus ovarii stipitem aequans, fere 2 lin. longus, margine staminifer. *Ovarium* intus puberulum.

11. **Jacksonia Lehmanni** *Meisn.* aphylla, inermis, ramis ramulisque teretibus, profunde sulcatis, saepe incurvis, junioribus pubescentibus, mox glaberrimis; floribus laterali-bus sparsis v. laxe racemosis, majusculis, pedicellis, calycem subaequantibus medio 2-bracteolatis, alabastris incurvo-rostratis; calyce adpresse puberulo, lobis lanceolatis acuminatis corollam superantibus, petalis subaequilongis, filamentis apteris, ovario stipitato.

In arenosis planitiei prope praedium rusticum Maddington ad fluv. Canning, d. 1. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 1077. (Drummond No. 262.)

„Frutex pedalis,“ habitu florumque magnitudine et forma praecedenti similis, facile tamen distinguendus ramis fortiter sulcatis, fere angulatis, sterilibus nonnunquam subdichotomis aut flexuosis, nonnisi prima juventute pubescentibus; pedicellis circ. 4 lin. longis, medio (nec apice) bibracteolatis, alabastris egregie acuminatis; calycis pube brevissima vix sericea, tubo attenuato lobis triplo brevior ovarii stipite breviter superato. — Specimen Drummondianum nobis obvium (imperfectum) paulo recedit ramis plerisque minus profunde sulcatis, pedicellis dimidio fere brevioribus et alabastris 5-gonis.

D. egena Jud Muell. ^{Syn. rousmiffi - var.}
 In planitiebus humilibus vergul
 fl. Murray ^{locis arenoso - argilla}
 reus, non non ad ripam fluvii
 Murray ^{altam calcariam inter}
 falsalareas. Legumen flavum ^{in alio}
 Fructu 4-8 fructu erectis.
 Anthesis: vere.

D. bracifolia Lindley ? ^{falsis rousmiffi (var. rousmiffi)}
 L. Lofty-range. ^{Sors Linnoli} N. D. juncea Sm.
 dispositione florum racemulosa haud
 umbellata recidens, et exsertis bre-
 vibus ^{stipulis hujus loci hb. St. 209.}
 In pumicorum montium Lofty-range
 locis humilibus Nov. In pumicis
 praevalentibus plane a aliquo
 Flores ^{calice purpureo} alburo
marato. ^{Vipera, rula} Fr. 2-3'
 1850. Hyem in insuoribus finum
Guirhan Bay vulpes, scrub of
Concorara.

DAVIESIA Sm. Endl. gen. n. 6435. Meisn.
gen. p. 81. (58.)

1. **Daviesia juncea** Sm., DC. prodr. 2, p. 114, n. 12.
Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 75, n. 2.

In arenosis sylvae prope oppidum Perth, d. 22. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 1159. in glareosis sylvae inter praedia rustica Dom. Barker et Lennard, d. 12. Apr. No. 1181. et in solo subterfoso humido inter frutices prope montem Wuljenup (Plantagenet) d. 14. Oct. 1840 No. 1160. (Drummond No. 237.)

„Frutex 1-3-pedalis.“ *Rami* apice saepius plus minus spinescentes. *Flores* „coccinei“ (fide Preiss in sched. No. 1160.) v. „atropurpurei, vexillo margine supra aurantiaco“ (fide Preiss in sched. No. 1159.)

2. **Daviesia divaricata** Benth. in Hügel Ennm. p. 31, n. 87; Ann. Wien. Mus. 2, p. 75, n. 3. Walpers rept. I. p. 570: glabra, ramis floriferis aphyllis, teretibus, sulcatis; racemulis lateralibus, bracteis minutis.

In arenosis sylvae prope lacum Kei-er-mu-lu vel Monger'slake (Perth) d. 16. Jan. Herb. Preiss. No. 1167. et in arenosis prope Perth d. 22. Sept. 1839. No. 1166. (Drummond No. 239, ex parte.)

„Aboriginibus *Manö*.“ — Frutex (fide sched. No. 1167.) 2-4-pedalis, erectus, — v. 10-15-pedalis (fide sched. No. 1166.) „*Vexillum* rotundatum, emarginatum, aurantiacum; *alae carinae* atropurpureae.“ *Pedicelli* apice articulati. — An *D. paniculata* Benth. l. c. satis distincta? *Rami* huic apud Hügel. l. c. dicuntur „apice spinescentes“ (ut in *D. divaricata*) in Ann. Wien. Mus. l. c. vero „apice inermes.“ *Racemuli* in speciminibus nostris omnibus sunt laterales, — in *D. paniculata* vero dicuntur terminales et rami minus validi.

3. **Daviesia hakeoides** n. sp., glaberrima, ramis ramulisque teretibus, striatis, undique foliosis; foliis adscendentibus, rigidis, teretibus, striatis, mucronato-pungentibus, inferioribus compressis planisve linearibus; racemulis axillaribus, brevissimis, paucifloris, basi bracteatis; bracteis squamiformibus, imbricatis, concavis, subpersistentibus, pedicellos subaequantibus; calycis dentibus brevissimis, carina falcata obtusiuscula.

Occurunt formae tres sequentes.

α **robusta**, foliis elongatis (2-4 poll. longis) crassioribus (diametro fere lin. 1) ramisque rigidissimis (Preiss. No. 1156.)

β **intermedia**, foliis elongatis (2-4-poll.) tenuioribus (diam. $\frac{1}{3}$ lin.) ramisque modice rigidis (Preiss. No. 1157.)

γ **gracilentata**, foliis plerisque abbreviatis (1-1 $\frac{1}{2}$ -poll., raro longioribus) tenuibus (diam. $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{3}$ lin.) modice rigidis, ramis gracilibus laxis. (Drummond No. 258.)

α Inter fragmenta rupium prope Cataractam ad caput fl. Cygnorum, d. 25. Jul. Herb. Preiss. No. 1156. et β in solo sublimoso „Colonial Church Grant“ (Perth) d. 29. Jun. 1839. No. 1157. γ in colonia ad fl. Cygnor., Jac. Drummond, No. 258.

„Frutex 1-2-pedalis, erectus.“ Inflorescentia omnino *D. juncea*. *Racemi* ante expansionem strobiliformes, 2-3 lin. longi. *Bracteae* pallide

rufae, laeves, inferiores minores vix $\frac{1}{2}$ -1 lin. longae, seniorbiculares v. late ovatae, obtusae, arcte adpressae, superiores sensim majores; summae laxae, 1-2 lin. longae, obovato-oblongae, obsolete 1-nerviae, convoluto-concavae, acutiusculae (fere cochleariformes.) *Pedicelli* persistentes, apice articulati. *Calyx* rubescens? vix 1 lin. longus, corolla duplo brevior, turbinatus. *Petala* rosea? vexilli centro carinaeque apice atropurpureis. *Genitalia* glaberrima. (Legumen non vidimus.) — Folia inferiora saepe perfecte plana, 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. lata, superiora teretia v. obsolete triquetra, basi paulo dilatata sensim in ramum deliquescentia, apice in mucronem fuscum $\frac{1}{2}$ -1 lin longum sensim excurrentia. — Proxime accedit ad *D. genistifoliam* et *collettioidem* Cum. (Benth. in Ann. Wien. Mus. II, p. 75.) sed ab utraque foliis longioribus, racemulis brevioribus (?) et praecipue bracteis distincta. *)

4. **Daviesia colletioides** A. Cum., Benth. in Ann. Wien. Mus. p. 75, n. 6. Walpers rept. I. p. 570. (sphaelnate „coluteoides“⁶) glabra, ramis rectiusculis; foliis lineari-teretibus, subnerviis, crassis, rigidis, apice spinescentibus; racemis folio subduplo brevioribus; carina subrostrata calyce vix duplo longiore.

In solo turfoso planitie prope oppidum Albany, d. 5. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1180. et in region. interior. Australiae meridionali-occid. No. 1163.

„Frutex bipedalis.“ *Folia* 6 lin. (raro 10-18 lin.) longa, $\frac{1}{2}$ - $\frac{2}{3}$ lin. lata, recta, patentia, basi haud incrassata, enervia et sicut rami leviter ruguloso-striata. *Pedicelli* 2-4 e rhachi brevissima v. subnulla quasi fasciculatim orti, 2-3 lin. longi, basi bracteolis exiguis patulis cochleariformibus suffulti, apice articulati, calyce subduplo longiores. *Calyx* corolla dimidio brevior, purpureus, turbinatus, subpentagonus, dentibus brevibus acutis. „*Corolla* coccinea“, petalis subaequilongis, carina valde inflexa breviter obtusiuscule subrostrata apice purpurea. *Genitalia* glaberrima. *Ovarium* lanceolatum, falcatum, haud gibbum. — Specim. No. 1163. (mancum) recedit habitu robustiore, foliis saepe sesquipollicaribus, apice plerumque leviter recurvis; absque dubio tamen ejusdem speciei forma.

*) Hujus loci sunt novae species duae inter Preissianas haud obivae: **D. Benthamii** nob., glaberrima, ramis foliisque teretibus, leviter rugoso-striatis; foliis patentibus, strictis, rigidis, mucronato-pungentibus; racemulis axillaribus, brevissimis, paucifloris; bracteis minutis, laxis, concavis; pedicellis exsertis, calycem brevissime dentatum subaequantibus, carina acutiuscula. — Swau River Drummond No. 241. Similis **D. hakeoidi**, sed facile distinguenda foliis patentibus rectis (1-2 $\frac{1}{2}$ poll. longis, diametro $\frac{1}{2}$ lin.) basi vix ac ne vix dilatatis ramisque potius rugoso-striatis quam nervoso-sulcatis et bracteis omnibus minutis patulis. — An **D. genistifolia** Cum. quoad specimen Bauericana ex ora occidentali-australi? (cfr. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 75.) At **D. genistifolia** ex ora orientali (secundum specimen nostra Andersoniana, cum diagnosi bene congrua) certe diversam speciem sistit.

D. chordophylla nob., glaberrima, ramis gracilibus, teretibus, acute costatis; foliis longissimis, laxis, filiformibus, sulcato-striatis, scabriusculis, breviter mucronatis v. demum muticis; racemis axillaribus terminalibusque laxis, pedunculatis, basi nudis, pedicellis basi bractea exigua acuta stipatis; calycis dentibus brevissimis obtusiusculis, superioribus 2 brevioribus obtusioribus, carina obtusa. — Swau River No. 239, ex parte, et 240. — Folia 3-9-pollicaria, diametro semilineae, incurva v. varie flexa, rarius strictiuscula, parum rigida, vix pungentia, mucrone brevissimo nigricante cito deciduo, nervis sub lente dense punctulato-scabriusculis. Racemi circiter pollicares, solitarii v. in summis axillis 2-3 fasciculati, erecti, apice tantum aut a medio inde floreri, pedunculo prope basin bractea unica vix conspicua munito; pedicelli filiformes 1-2 $\frac{1}{2}$ lin. longi, nunc 1-2 lin. abinvicem distantes, nunc valde approximati et corymbum umbellamve imitantes. Calyx turbinato-campanulatus, sesquilineam longus, corolla vix dimidio brevior, coloratus, laevis. Petala aurantiaca, carina apice purpurascens. *Genitalia* glabra. *Ovarium* lanceolatum, inferne gibbum.

Davidia notabilis, Sieber & Mueller

In ^{puticulis} interioribus Nov. Hall. austr.
montem M. Krennmarkable versus
Primo vire: pinum Spencersi vafus

D. collitoidem inter et D. Ben-
thamii videtur media, ab illa
foliis (phyllodii?) vix crassis, ra-
remis folio triplo brevioribus
pedicellis brevioribus, fere lineam
longis. Longius calycem argenteo
vexillam quam ultra petala
longiare ergo corolla calyce
plus quam duplo superiore, de-
nique ovario globoso visibili
et D. Benthamii ^{natur}

Differt: phyllodii terti compressis
et virginitate etiam aliis notis
comparanda extrinsecis.

Corolla colore Platylabii marrocarpa,
ad collis marrocarpa Capidofas mape-
riuum in Cryppal brook.
Fertur paucis. ramosissimum.
auth: primo vire.

Daviesia ulivina Smith

D. aricularis hb. N. 815 non sm.
Saxae Hallandiae (ubi?)
Var: foliis angustioribus, quam
juniperinam dicere queas.

+ *Daviesia finitima* Jun Mill.

Font. borealis Wilhelmin. Dunctonum
D. phylladi valde officis, ex frustis legu-
miniferis praecipue differt: pedicellis
vulgarum vix angulatum longis adnatis
aequalibus. Tertia 3-4.
Auth: primo ore.

5. **Daviesia brachyphylla** *n. sp.*, glaberrima, foliis brevibus, crassis, rigidis, teretibus, semipatentibus, rectis, apice obtusiusculo mucrone recto pungente armatis ramisque laevibus v. obsolete rugoso-striatis; racemis axillaribus fasciculiformibus, vix folium aequantibus, paucifloris, basi minute bracteatis, pedicellis calyci subaequalibus, calycis viridis dentibus brevibus acutis, carina obtusiuscule subrostrata.

In planitie arenosa Quangen (Victoria) d. 20. Mart. Herb. Preiss. No. 1162. et in region. inter. Austr. merid.-occ., m. Nov. 1840. No. 1161. (Drummond n. 242.)

Præcedenti adeo similis, ut pro ejus varietate brevifolia et parviflora haberi posset, atamen, ni fallor, notis indicatis specificè distincta. — „Frutex bipedalis.“ *Folia* 2-3-raro 4 lin. longa, $\frac{1}{2}$ - $\frac{2}{3}$ lin. lata, saepe coerulescentia, mucrone $\frac{2}{3}$ lin. longo atrofusco recto v. raro subrecurvo. *Calyx* 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longus, sub lente punctatus, caeterum laevis v. obsolete costatopentagonus. Legumen coriaceum, triangulare, rostratum, 6 lin. longum, 4-5 lin. latum, laeve, glabrum, valvis convexis, stipite calycem haud superante. (Caet. omnia *D. colletioidis*.)

6. **Daviesia physodes** *A. Cunn.* in G. Don gen. syst. 2, p. 125. Benth. in Hügl. Enum. p. 31, n. 89; Ann. Wien. Mus. 2. p. 75. Walpers repert. 1. p. 570., glabra, ramis rectiusculis; foliis linearibus v. subteretibus, striatis, apice spinescentibus, versus apicem saepe dilatatis et ntrinque binerviis; carina subrostrata, calycem duplo superante.

In arenosis, prope oppidum Freemantle, d. 18. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 1164. in sylvâ et collinis prope Preston Creek (Perth) d. 28. Jul. 1839. No. 1184, 1170. locis depressis byeme inundatis prope oppidum Perth, d. 23. Sept. et 2. Oct. 1839. No. 1165, 1169. et in rupestribus prope Preissvelli (Darling's-range) d. 16. Jul. 1840, No. 1168. (Drummond No. 236.)

„Frutex 1-5-pedalis, erectus, pruinosis.“ *Rami* teretes, rugoso-striati, apice subsinescentes. *Folia* polymorpha, saepe glauca; nunc omnia subulata, 2-8 lin. longa, $\frac{1}{2}$ -1 lin. lata, teretia, recta v. levissime recurvo-arcuata; nunc nonnulla aut pleraque compressa, linearia, verticalia, 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. lata, apice vix dilatata aut supra obtuse gibba; nunc denique (et quidem ramorum tam fertiliū quam steriliū) aut omnia aut tantum inferiorum nonnulla plana, verticalia, emneata, $\frac{1}{2}$ -1 $\frac{1}{2}$ poll. longa, 1-2 lin. lata, apice supra in processum margini superiori continuum erectum 2-8 lin. longum 1-2 lin. latum sursum attenuatum muticum, infra in angulum triangularem pungenti-mucronatum margini inferiori continuum rectum v. refractum 1-2 lin. longum producta, nervis duobus e folii basi in apicis angulum quemque excurrentibus, interstitiis venoso-rugosis, marginibus nerviformibus. *Inflorescentia* et legumen præcedentis, *flores* tantum paululum majores „miniati,“ carina apice atropurpurea breviter rostrato-acutiuscula.

7. **Daviesia incrassata** *Sm., DC.* prodr. 2, p. 114.

In limoso-calculosis sylvæ prope Halfwayhouse (Darlings-range) 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1150 et in asperis montis Greenmountain (Perth) 26. April 1840. No. 1155.

„Frutex bipedalis.“ *Rami* spinescentes, patentissimi. *Folia* basi lata verticaliter inserta, patentissima, 1-4 lin. longa, 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. lata, enervia, leviter rugulosa, margine utroque v. rarius superiore solo arcuato, mucrone brevi recto pungente. *Pedicelli* solitarii, 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longi, basi minute bracteati, calyce colorato acute denticulato paulo longiores. *Corollae* magnitudo,

structura, color et *legumen* *D. brachyphyllae*. *Genitalia* glabra. *Ovarium* lanceolatum, margine inferiore gibbo, stipite calycem paulo superante*).

8. **Daviesia polyphylla** Benth. in Lindl. Swan River p. XIV, n. 58. Walpers rept. I. p. 570: glabra, ramis inermibus, angulatis, angulis angustissime subalatis; foliis lanceolatis, leviter recurvo-falcatis v. rarius rectiuseulis, marginatis, 1-nerviis v. striato-rugosis, pungenti-mucronatis, crassis, basi plus minus angustata haud decurrentibus; racemis fasciculiformibus, folio brevioribus; calyce pedicello sublongiore obsolete 5-gono; carina semilunari, antice subdilata vix rostrata, acutiuseula.

In limoso-calciosis ad latus occidentale montis Greenmountain (Perth) d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1149. (Drummond No. 232, 233. et coll. 1.)

Species *D. angulatae* Benth. simillima quidem, sed notis indicatis certe distincta et facile dignoscenda. „Frutex bipedalis.“ Ramorum anguli minus prominuli, vix alati; folia dimidio breviora et pro longitudine latiora, 3-6 lin. longa, 1-2 lin. lata (in illa 6-12 lin. longa, $\frac{1}{2}$ -1 $\frac{1}{2}$ lin. lata) plus minus falcata, raro recta (in illa strictissime recta, rarius levissime incurvo-falcata) flores dimidio minores, calyce semilineam longo; petala subconcolora, carnea v. purpurea? (in illa rubra v. aurantiaca? vexilli medio carinaque saturatioribus) carina 2 lin. longa, extra medium latior, apice atropurpureo minus attenuata (in illa 3 lin. longa, extra medium sensim attenuata.) — A *D. incrassata* haec et praecedens species differunt ramis inermibus folisque minus patentibus.

9. **Daviesia Preissii** n. sp., glabra, ramis inermibus, teretibus, striatis v. obsolete flexuosis; foliis verticalibus, linearibus, leviter incurvis rectisve, rigidis, pungenti-mucronatis, nervoso-pluristriatis, basi nec angustatis nec decurrentibus; racemis axillaribus, brevissimis, paucifloris, pedicellis calyce longioribus; carina falcata, erostri, acutiuseula, staminibus monadelphis, legumine stipitato, acute brevirostri.

In limboso-glareosis prope praedium rusticum D. Hassel (Hay) m. Febr. 1841. Herb. Preiss. No. 1153.

„Frutex 1 $\frac{1}{2}$ -pedalis,“ glaucus? *Folia* $\frac{1}{2}$ -1 poll. longa, 1 lin. lata, plerumque recta, rarius leviter incurvo-falcata v. apice levissime recurva, haud marginata, sed nervis 3-5 aequalibus parallelis tenuibus sulcato-striata, basi nequaquam angustata nec decurrentia, mucrone 1 lin. longo recto fusco. *Racemi* solitarii, basi minute bracteati, cum pedicellis 3-4 lin. longi. *Flores* pro genere majusculi, 4 lin. longi. *Calyx* coloratus, campanulatus, 1 $\frac{1}{2}$ lin. longus, basi attenuatus, dentibus subaequalibus acutis erectis tubo vix brevioribus. *Vexillum* luteum, late obovatum, alis parum longius; *alae* carinae, lineari-oblongae, obtusae, subrectae; *carina* purpurea, semilunaris,

* *D. angulata* Benth. in Lindl. Swan River p. XIV, n. 57. Walpers rept. I. p. 570: glabra, ramis 4-5-gonis, angulis hinc inde anguste alatis; foliis linearibus et lineari-lanceolatis, subfalcatis rectisve, spinulentibus, validis, crassis, marginatis, laevibus v. substriatis, basi vix attenuata non decurrentibus; racemulis fasciculiformibus, folio dimidio brevioribus; calyce pedicello subbreviore, laevi; carina basi subito incurva, antice attenuato-rostrata, recta, acutiuseula. In colonia Swan River legit Jac. Drummond No. 231. (Inter plantas Preissianas non occurrit.)

Danicovia latipes, ferd Mueller

non parva umbra
adregalis

glabra, foliis lanceolato-pubulatis ^{adregalis} ~~pubulatis~~
mucronatis basi latissima vorticali
diversitibus, congnibus folio duplo
brevioribus vel aequalibus, calyce
pedicellum subaequante, legumine ses-
sili vix mucronata.

in fruticetis juxta Dornbey-bay. Wilhelms

Species in genere quam maxime insignis

cum D. nitidata rospicium typum formans

Folium validus deorsum ambita glabres

ramuli 1/4-1' longi crepi basibus foliorum

diversitibus a ^{lati} Folia divaricata

plumbea 1-1 1/2" longa supin pubulata at

gestata coriacea interdum paulo falcata

venulis longitudinalibus acup striata &

prope marginem superiorem nervo primum

percurva, ^{apice} parte basin circiter 2" longa latam

divaricata, parte adnata foliorum liberam

magnitudine proaequans. Bracteolae spa-

culato-cuneatae ^{oblongae angustae} ovae paulisper riliola-

tores brevissimis ^{longis} Flore Legumen coriacea

lat campustum 4-5" longum 3-4" et ^{trilobum}

linilla (vix ^{stam} matura) ovata compressa pro-


trius pube pilosioris ^{ma} ~~ma~~ oculis

videntis nigrescentibus ^{adpressis} varie-

gata; prophylla crassa albida ^o flavo-albida

periovata integra, gemine quater brevior.

Kath, primo vov. Forthp. Dec. Jan.



acuta, 1 lin. lata, alis angustioribus aequilonga. *Stamina* omnia in tubum connata! *Legumen* coriaceum, glabrum, laeve, triangulare cum rostro (lineam longo acutissimo) 5 lin. longum, 4 lin. latum, turgidulum, stipite calycem paulo superante, suturis obtusiusculis (haud nigro-marginatis) vexillari leviter convexo-arcuata. *Semina*

10. **Daviesia spinosissima** *n. sp.*, glabra, ramis teretibus, sulcatis, multifariam densissime foliosis; foliis patentissimis, crassis, rigidissimis, verticalibus, linearibus, rectiusculis, sulcato-striatis, attenuato-spinescentibus, basi lata subdecurrentibus; pedunculis axillaribus 1-floris; subsolitariis, folio dimidio brevioribus, calycem subaequantibus, calycis lobis superioribus brevissimis; carina falcata, obtusiuscula; staminibus monadelphis; ovario sessili.

In solo glareoso inter frutices prope montem Wuljenup (Plantagenet) d. 8. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1152.

„Frutex 5-pedalis.“ *Rami* validi, penna anserina parum tenuiores, apice subcorymboso-ramosi, de facto teretes, sed costis obtuse prominulis a foliorum basi decurrentibus quasi sulcato-multanguli, undique foliis fere spiniformibus horridi. *Folia* vix lineam ab invicem distantia, ordine spirali $\frac{3}{8}$? disposita, angulo recto patentia, recta v. levissime recurvo-arcuata, 5-6 lin. longa, ex ima basi ($1\frac{1}{4}$ lin. lata) sensim attenuata et in mucrone fuscum acutissimum $\frac{1}{2}$ -1 lin. longum excurrentia. *Pedunculi* solitarii (rarisime gemini) 2-4 lin. longi, basi minutissime bracteati. *Calyx* viridis v. subcoloratus, enervis, $2\frac{1}{2}$ -3 lin. longus, campanulatus, basi attenuatus, dentibus 2 superioribus brevissimis, inferioribus 3 tubo parum brevioribus lanceolatis rigidis subcarinato-complicatis sinibusque acutis. *Vexillum* *Alae* *Carina* calyce duplo longior, semilunaris, exauriculata, apice atropurpurea, infra carnea? *Stamina* omnia in tubum connata! *Legumen* (separatim sub eodem No. missum) fere praecedentis, sed erostre, rufofuscum, laeve v. obsolete venulosum, stipite calycem subaequante, suturis linea nigra utrinque comitatis, superiore recta, inferiore angulo recto rotundato curvata. *Semina*

11. **Daviesia flexuosa** *Benth.* in Hügel Enum. p. 32, n. 90; Ann. Wien. Mus. 2. p. 75. Walp. rept. I. p. 570: glabra, ramis ancipitibus v. angulatis, flexuosis; foliis divaricatis, crassis, rigidis, linearibus, acutis, spinescentibus, sulcatis; racemis folio vix brevioribus, carina obtusa.

In turfoso-arenosis ad Stirling'sterrace (Plantagenet) d. 21. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1180 ex parte.

„Frutex 5-pedalis.“ *Rami* saepe (praecipue inferne) stricti acuteque quadranguli, superne plus minus compressi, ramuli tantum extremi vario gradu flexuosi. *Folia* verticalia, 2-5 lin. longa, apicem versus attenuata, basi vix 1 lin. lata, in ramuli angulum angustissime decurrentia. *Flores* magnit. et colore *D. polyphyllae*. *Calyx* coloratus, $1\frac{1}{2}$ lin. longus, pedicellum aequans v. paulo superans, dentibus lateralibus brevissimis obtusiusculis, infimo acuto, labio superiore truncato. *Ovarii* glabri stipes calyce brevior. *Legumen* (separatim adjacens) subcoriaceum, nitidum, glabrum, sessile, falcato-triangulare, 8 lin. longum, 4-5 lin. latum, brevissime acuteque rostratum, sordide flavo-fuscum, nigro-punctatum, margine inferiore acuto angulo recto rotundato curvato, superiore obtuso leviter arcuato, valvis parum convexis. *Semina* oblonga, fere 2 lin. longa, turgida, nitida, sordide flavovirentia, nigro-punctata, strophiola carnosissima integra vix dimidio longiora.

12. **Daviesia decurrens** *n. sp.*, glabra, ramis strictis, acute triquetris; foliis verticalibus, rigidis, linearibus, rectis v. vix falcatis, pungentibus, trifariam anguste decurrentibus, tenuiter nervoso-multistriatis; racemis axillaribus folio dimidio brevioribus, pedicellis calyce subbrevioribus bractecola cochleariformi patula suffultis; calycis dentibus brevibus; carina falcata, obtusiuscula; staminibus liberis; ovario stipitato.

In arenosis sylvae prope oppidum Perth, d. 22. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 1147 a. (Drummond No. 234.)

„Frutex 2-3-pedalis, erectus.“ *Rami* graciles, crecti, angustissime alato-triquetri. *Folia* 5-15 lin. longa, 1-2 lin. lata, a basi (in ramum anguste decurrente) ad apicem pungenti-mucronatum sensim attenuata, nunc strictissime recta, nunc levissime recurvo-falcata, semipatentia (vix unquam angulo recto patentia.) *Racemi* multiflori, rhachi brevissima; pedicelli circ. 1 lin. longi, bracteas calycesque subaequant. *Bracteae* stramineae, striatae, initio imbricatae, demum patentes, inferiores scusim breviores. *Flores* magnitudinc. Ervi hirsuti. *Calyx* coloratus, turbinato-campanulatus, labio superiore truncato, inferioris dentibus 3 triangularibus acutiusculis. „*Vexillum* rotundatum, emarginatum, planum v. subrecurvum, basi atropurpureum, apice anrantiacum; *alae carinae* (angusta) vexillo breviores, atropurpureae. *Genitalia* glabra, antherae flavae.“ *Ovarii* stipes calycem paulo superans. *Legumen* desideratur,

13. **Daviesia prionodes** *n. sp.*, glabra, ramis striatis, alato-triquetris; foliis verticalibus, rigidissimis, lanceolatis oblongisve, subrecurvo-falcatis, pungenti-acutis, basi lata decurrentibus, tenuissime striato-multinerviis; racemis axillaribus folio brevioribus; pedicellis calyce brevioribus, bractea cochleariformi patula subpersistente suffultis; calycis dentibus brevibus; carina obtusiuscula; staminibus liberis; ovario stipitato.

In limoso-calculosis jugi montium Darling's-range (Perth) d. 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1148. et in region. interior. Australiae occidentalis, d. 12. Mart. 1840. No. 1141. (Drummond No. 235.)

An prioris var.? Differt tamen ramorum frondisque colore subglaucoviridi, foliis duplo-triplo latioribus (usque ad 4 lin. latis) semper, etsi leviter, arcuatis saepeque angulo recto patentibus, magis decurrentibus ideoque ramis latius alatis, nervis tenuioribus v. interdum obsolete. Caet. omnino praecedentis. *Legumen* (immaturum) 4 lin. longum latumque, fere aequilatero-triangulare, obtuse rostratum, marginibus a basi angulo recto divergentibus, superiore leviter gibbo-convexo, inferiore in angulum obtusissimum deorsum valde producto.

14. **Daviesia quadrilatera** *Benth.* in Lindl. Swan River p. XIV, n. 59. Walpers rept. I. p. 571: glabra, glauca, ramis teretibus; foliis verticalibus, oblongo-quadrilateris, planis, angulo inferiore affixis, angulo superiore interiore rotundato, exterioribus spinulentibus, superioris spina sursum, inferioris deorsum tendente; racemulis folio sublongioribus.

In regionibus interioribus Australiae occidentalis fragmentum sterile Herb. Preiss. No. 1139. (Drummond No. 228.)

x *J. mimosaoides*. HBK! In collibus Löff-
range dictis frequentior. hb. A. 219. hb. 724.
In collibus lapideis minus parti-
tibusve montium Prele-range
alibiq. Invenitur. Par. 1848.
Frutex pedem unum vel plures
altus striatus. Flores alicquanto
fragrantis. Flidus - range!

Tota glaberrima. *Folia* $\frac{1}{2}$ -1-pollicaria, 2-4 lin. lata, nervosa. *Racemi* 6-8-flori, pedunculati, subumbelliformes, pedicellis valde approximatis 1-2 lin. longis basi minute bracteatis. *Flores* praecedentibus dimidio majores. *Calyx* viridis, turbinatus, basi attenuatus, subcostato-pentagonus, dentibus brevissimis latis acutiusculis. *Petala* carnea? *vexillum* calyce plus duplo longius; *carina* latiuscula, subacuta, apice purpurascens. *Filamenta* libera. *Ovarium* lineare, infra gibbum, stipite calycem superante, stylo capillari longiusculo. Legumen non vidimus.

15. **Daviesia pedunculata** *Benth.* l. c. n. 60. Walpers l. c. p. 571: humilis, ramis subteretibus, pubescentibus; foliis oblongis, utrinque attenuatis, spinescentibus, glabris; pedunculis folio pluries longioribus, apice umbelliferis.

In limoso-arcosis inter frutices ad radices jugi montium Darling's-range (Perth) d. 15. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 1043. (Drummond No. 229.)

β **minor nob.**, foliis linearibus, inermibus, brevissime mucronatis, subnerviis, aveniis, pedunculum aequantibus v. subsuperantibus, umbellis 2-3-floris.

In glareosis sterilibus ad radices collium Konkoberuphills (Kent) d. 21. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1154.

„Frutex procumbens v. ascendens.“ *Rami* ramulique glaberrimi, v. in β minutissime puberuli. *Folia* $\frac{1}{2}$ -1-poll. longa, $1\frac{1}{2}$ -3 lin. (in β 1-1 $\frac{1}{2}$ lin.) lata, brevissime petiolata, 1-nervia, pennivenia *Pedunculi* 1-1 $\frac{1}{2}$ -pollicares, tenues, sparse minuteque bracteati; pedicelli 4-6, umbellati, basi bracteis minutis cincti, 2-3 lin. longi, apice articulati, subpersistentes. *Calyx* coloratus, basi attenuatus, labio superiore subintegro, inferioris dentibus 3 brevibus acutis. *Petala* carnea? *carina* latiuscula, erostris, subacuta. *Filamenta* libera. *Ovarii* glabri stipes calyce brevior. *Legumen* (in α ignotum) in β parvum, sessile, mucronatum, valvis parum convexis*).

16. **Daviesia nudiflora** *n. sp.*, glabra, ramis inermibus, teretibus, apice subangulatis comosis; foliis horizontalibus, sessilibus, rigidis, lanceolatis, pungenti-acuminatis, basi valde attenuatis, planis, tenuiter marginatis, 1-nerviis, utrinque penniveniis; pedunculis axillaribus v. folii rudimento spiumiformi suffultis, unifloris, folio multo brevioribus,

* **D. Drummondii** *n. sp.*, glabra, ramis inermibus, strictis, acute triquetris; foliis sessilibus, horizontalibus, rigidis, elliptico-lanceolatis, planis v. complicatis, submarginatis, apice subrecurvo mucronato-spinescentibus, 1-nerviis, aveniis, marginibus nervoque in rami angulos decurrentibus; pedunculis axillaribus solitariis, 1-floris, folio dimidio v. plus brevioribus, calycis labio superiore truncato subintegro, inferioris dentibus 3 brevibus acutis; *carina* falcata, angusta, obtusa; filamentis liberis; ovario subsessili glabro. — Swan River, James Drummond n. 227. — *Folia* 3-6 lin. longa, $2\frac{1}{2}$ -3 lin. lata, utrinque aequaliter attenuata, laevia v. subinde obsolete pennivenia, marginibus subincrassatis fere nerviformibus apice in mucronem fuscum pungentem fere lineam longum excurrentibus basi in rami costam deorsum deliquescentem productis, nervo medio subtus conspicuo apicem versus saepe evanescente basi magis prominulo et cum rami angulo (acuto quidem, nec tamen unquam alaciformi) continuo. *Pedunculi* constanter solitarii, 2-3 lin. longi, supra medium articulati, apice vix incrassati, basi minute bracteati, bracteis paucis obtusis concavis patulis vix $\frac{1}{2}$ lin. longis. *Calyx* sesquilineam longus, corolla duplo brevior, coloratus, laevis, basi breviter et abrupte attenuatus, dentibus vix $\frac{1}{2}$ lin. longis. *Petala* carnea v. aurantiaca? *vexilli* basi *carinaeque* apice purpureis. Legumen non vidimus.

laxiuscule pluribracteatis, sursum incrassatis, persistentibus; calycis dentibus brevibus, acutiusculis; carina valde incurva, acuta, subrostrata; legumine sessili.

In arenosis sylvae prope Kei-er-mu-lu v. Monger'slake (Perth) d. 16. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 1143. (Drummond n. 226.)

„Frutex 2-pedalis, erectus.“ *Rami* inferne tenuiter sulcati, apice corymboso-ramosis, ramulis erectis gracilibus rectis hinc inde (praecipue ad pedunculorum basin) spinula subadpressa 1-2 lin. longa fusca (folio abortivo) praeditis, apice foliosis. *Folia* perfecta 1-2½-pollicaria, 3-6 lin. lata, coriacea, pallide viridia, erecta, utrinque aequaliter angustata, recta; plana v. subcomplicata, apice spinescente recto fulvo valde pungentia, venis tenuibus copiosis nervoque medio subtns magis prominulis. *Racemi* totam fere ramulorum partem aphyllam et subinde axillam unam alteramve summitatis foliosae occupantes, solitarii, erecti v. patuli; pedunculus communis vix 1-2 lin. longus, bracteis pluribus spathulatis obtusis laxis fulvis dense obsitus, transiens in pedicellum unicum 2-3 lin. longum basi filiformem pallidum sursum sensim incrassatum et nigricantem (⅓ lin. crassum) cum calycis basi indistincte articulatam persistentem, apice post floris lapsum truncato. *Flores* magnitudine et forma *D. Drummondii*, *carina* tantum apice magis attenuata et hamato-inflexa. *Filamenta* libera. *Legumen* glabrum 6-7 lin. longum, brevissime acuminatum, suturis tenuibus nerviformibus, superiore recta, inferioris angulo recto rotundato, valvis planis v. subconvexis laevibus v. tenerrime venosis. — Species insignis, a *D. Drummondii* distincta ramis teretibus, foliis angustioribus rectis venosis, ad pedunculorum basin abortientibus, pedicellis incrassatis, carinae forma, caet. — Accedit quoque ad *D. umbellatam* Sm., quae ex ic. Labill. N. Holl. t. 137. differt: ramis apice spinescentibus, foliis angustioribus, pedunculo duplo longiore apice 3-floro, pedicellis haud incrassatis, caet.

17. **Daviesia daphnoides** n. sp., glabra, glaucescens, ramis teretibus apice ramulisque angulatis; foliis horizontalibus, sessilibus, coriaceis, lanceolatis, utrinque attenuatis, mucrone brevi pungentibus, nervo venisque obsolete; racemis axillaribus brevissimis, laxe paucifloris, minute bracteatis; calyce basi attenuato, pedicello longiore; carina obtusiuscula.

In planitie arenosa Quangen (Victoria) d. 20. Mart. 1840. Herb. Preiss. No. 1144. (Drummond n. 225.)

Praecedenti primo vultu, praecipue foliorum forma et magnitudine, similis, sed bene distincta: ramis apice acute triquetris v. subaenipitibus, foliis brevibus mucronatis, nervo venisque utrinque subimmersis multo minus conspicuis, et inflorescentia. — „Frutex 2-3-pedalis.“ *Racemi* 2-4 lin. longi, 3-5-flori, pedunculo tenui, pedicellis sparsis ½-1 lin. longis basi bractea exigua concava patula fultis. *Flores* praecedente paulo minores, rubri v. aurantiaci? calyce basi magis attenuato. *Legumen* desideratur.

18. **Daviesia horrida** Preiss mss., n. sp., glabra, ramis teretibus, apice ramulisque aphyllis, spinescentibus, rigidissimis, corniformibus, simplicibus v. divaricato-2-3-fidis, squamula minuta suffultis, inferioribus foliosis: foliis horizontalibus, coriaceis, planis, lanceolatis v. linearibus, pungentibus v. demum inermibus obtusis, 1-nerviis, obsolete venosis; racemis e ramulis aphyllis lateraliter ortis, brevibus, laxe sparsifloris bracteatisque, calyce acute dentato, ovario sessili.



Dennis Mount Jan. Feb. Capella ex Bro -
a varietate

x D. umbellulata Smith. *D. angustifolia* Dc.

D. umbellata Labillardiere!

Port. Philipp! Joicef. V. 1. *D. ulivina* hb. St.

Lofty-range! Calyris laciniosa glandulosa-
fimbriolata; foliis puberulis pubescentibus. frequenter
invenitur floribus flavis; ad riv. St. Pauli 612.

D. fruticosa ^{prospiciens} fruticosa fruticosa ramis hispida;
foliis puberulis pubescentibus. Vix distincta
species; praeter nota notat datur etiam tem-
pore florificationis minus duas serione
ulteriorum! Lofty-range! hb. Stuart 200!

D. angustifolia Candolle. Lofty-range,
Barossa-range, Beryl-range, in val-
libus et montibus - vix 1845. -

Ad urbem Lammiston, Tarn, hb. St. J.
Fr. 1. 2. 1-2' (*D. ulivina* St. noal Sm)

Fruticosa erust - 5' Corolla aurantia
purpurea, fundo obscura. (atro-ignea)

nam *D. umbellulata* Nov. Holl. dicitur
exiguè *Saxmannia* et nostra haud *Stuebelii*
haud *deignosi* quadrantis *Stuebelii* *Stuebelii*
Stuebelii *Stuebelii* *Stuebelii* *Stuebelii*
D. umbellulata hb. St. J. T. n. 76.

aut speciem propriam (ha bitu du-
plo majore floribus siccatibus magis
pubescentibus vix ulla alia nota
distinguendam) praebet aut prius
formam normalis Smithianam
habet

Fr. 3. 4' ad sp. South Esk river, hb. St. J.
F. Oct. 25. 1848.

x D. divaricata fruticosa

validior, ramulis horizontalibus
patentibus, foliis laciniosis,

In convallibus super saxos petraeas
prope portum cygnorum hb. St.
J. 606. 4-5' alt. Nov. 49.

In regionibus interior, Australiae meridionali - occidentalis m. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1142. et in limoso-arenosis ad latus montis prope cataractam ad caput fl. Cygnorum, d. 26. Jul. 1839. No. 1171. (Drummond n. 230.)

„Frutex 3-pedalis.“ *Rami* tenuiter striati, aphylli, nunc validi circiter pollicares basi fere lineam crassi, nunc tenues longiores et magis sulcati, recti v. levissime incurvi, squamula triangulari acuta vix lineam longa adpressa fusca suffulti, hinc inde minute gemmuliferi. *Folia* sessilia, 1-5-pollicaria, 2½-5 lin. lata, obsolete marginata, nervo venisque nunc semiimmersis (faciebus potius dense leviterque rugosis quam nervoso reticulatis) nunc acutiuscule prominulis, mucrone brevi recto demum saepius deciduo. *Racemi* ½-1-pollicares, interdum ramosi, pedicellis 1-2 lin. longis bractea patula concava obtusa vix 1 lin. longa fusca suffultis. *Calyx* corolla dimidio brevior sesquilineam longus, subhemisphaericus, basi attenuatus, laevis, dentibus brevibus acutis. „*Petala* flava“, *carina* falcata obtusa. *Filamenta* libera. *Ovarium* glabrum, lanceolatum, inferne gibbum, stipite calycem laud aequante. — Species inter Benthamii §§. 2, 3 et 5 ambigua, proxima *D. umbellatae* Sm., praecipue var. *angustifoliae* Labill. N. Holl. t. 137, quae differt foliis multo brevioribus, inflorescentia etc.; nec non ramis sterilibus et inflorescentia simillima *D. divaricatae* Benth., sed distincta ramis sulcato-angulatis foliosis, caet.

19. **Daviesia longifolia** Benth. in Lindl. Swan River p. XIV, n. 61. Walp. rep. I. p. 571: glabra, foliis longe linearibus, compressis, apice subincurvo muticis, striatis; racemulis axillaribus, laxis, folio brevioribus; ovario sessili.

In arenosis plantitiae district. Sussex, d. 23. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 1184.

„Frutex decumbens.“ *Rami* graciles, pedales et ultra, compresso-angulati, angustissime subalati. *Folia* 3-6-pollicaria, 1-2 lin. lata. *Racemi* axillares et terminales, erecti, 1-3-pollicares, saepe gemini; pedunculi filiformes, a medio inde laxe-pluriflori; pedicelli patuli, 2-6 lin. ab invicem distantes, tenues, 2-4 lin. longi, persistentes, bractea foliacea setacea 1-5 lin. longa decidua suffulti. *Flores* magnitudine, forma et? colore praecedentis. *Calyx* viridis, labio superiore truncato subintegro, inferioris dentibus brevissimis obtusiusculis. *Petala* parum inaequilonga, purpurea? carina obtusiuscula. *Filamenta* libera. *Legumen* non suppetit.

20. **Daviesia alternifolia** Endl. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 149; Nov. Stirp. decad. I. p. 48, n. 54. Walp. l. c. p. 570: foliis alternis, oblongis, apice subspinescentibus; involucri subtriflori bracteis scarioso-membranaceis, ovalibus, planis.

In solo turfoso-arenoso plantitiae prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 11. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 855.

„Frutex decumbens. *Bractae* post anthesin clausae. *Vexillum* emarginatum, igneum, basi sulphureum; *alae* purpureae.“ *Legumen* acutum, vix ½ lin. latum, basi turgidum.

21 **Daviesia oppositifolia** Endl. l. c.; decad. p. 49, n. 56. Walpers l. c.: foliis oppositis v. ternis, elliptico-oblongis, marginatis submucronatis; involucri triflori bracteis coriaceis, complicatis.

In glareosis inter frutices densos sylvae prope montem Waljenap (Plantagenet) d. 20. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 856.

„Frutex 5-pedalis.“ *Legumen* inaequilatero-triangulari, 6 lin. longum, 3 lin. latum, obtusum, vix mucronulatum, sutura superiore levissime arcuata, inferioris angulo fere recto rotundato, valvis levissime convexis tenuiter re-

ticulato-venosis. *Semina* ovalia, turgida, fusca, laevia, subnitida, stropholiola pallida vix $\frac{1}{3}$ longiora.

22. **Daviesia cordata** Sm. DC. prodr. 2, p. 114, n. 10.
Bot. Reg. t. 1005!

In limoso-calculosis sylvae cis Halfwayhouse (Darling's-range) d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1137. et in rupestribus sylvae montis Wuljenup (Plantagenet) d. 14. Oct. 1840. No. 1136. (Drummond No. 223.)

„Frutex 2-3-pedalis.“ *Folia* patentia, 2-6-pollicaria, 1-2 $\frac{1}{2}$ poll. lata. *Pedunculi* axillares 1-3, folium subaequantur v. dimidio breviores, infra apicem corymbiflorum bracteis nonnullis minutis dentiformibus sparsis, apice vero bracteis cordatis 4-6 lin. longis 4-5 lin. latis submembranaceis corymbum involucentibus deciduis praediti; pedicelli 2-3 lin. longi, singuli bracteolis minutis linearibus suffulti. *Flores* pro genere majusculi. *Calyx* corolla dimidio brevior, coloratus, campanulatus, basi breviter angustatus, 3 lin. longus, costato-5-nervis v. laevis, labio superiore truncato subintegro, inferioris dentibus 3 late triangularibus acutiusculis $\frac{2}{3}$ lin. longis. *Carina* obtusa. *Filamenta* libera. *Ovarium* subsessile.

23. **Daviesia rhombifolia** n. sp., ramis internodiis, teretibus, apice angulatis, glabris v. pubescentibus; foliis sparsis, subsessilibus, torsione baseos verticalibus, rigide coriaceis, rhombeo-subrotundis ellipticisve, mucronato-pungentibus, planis, 1-nerviis, reticulato-venosis; racemis axillaribus brevissimis fasciculiformibus, basi bracteatis, pedicellis persistentibus apice demum incrassatis; calycis subcostati labio superiore truncato subintegro, inferioris dentibus brevibus acutiusculis, carina obtusa, legumine sessili.

In arenosis sylvae districtus Sussex, d. 17. Dec. 1839, fructifera Herb. Preiss. No. 1145. et in glareosis prope fontem Ronau'swell (Darling's-range) d. 25. Apr. 1840. No. 1146. (Drummond n. 224.)

„Frutex 1 $\frac{1}{2}$ -2-pedalis,“ subcorymboso-ramosus. *Rami* graciles, recti v. ascendentes, semipatentes, apice sulcati acutique compresso-angulati, nunc (sicut reliquae partes) glaberrimi, nunc No. 1146 superne pube brevi patente hispiduli. *Folia* 6-15 lin. longa, 3-16 lin. lata, basi apiceque acuta, lateribus rotundatis, margine nerviformi paululum incrassato, nervo venisque irregulariter anastomosantibus utrinque prominulis, apice plus minus acuminato in mucronem rectum validum acutissimum $\frac{1}{2}$ -1 lin. longum rufum excurrente. *Racemi* 2-6-flori, sessiles, rhachi subnulla, bracteis squamiformibus $\frac{1}{2}$ -1 lin. longis obtusis concavis imbricatis demum patentibus diu persistentibus, pedicellis filiformibus 2-3 lin. longis apice articulato demum paulo incrassatis. *Calyx* coloratus, sesquilineam longus, corolla dimidio brevior, nervis interdum prominulis, dentibus tubo triplo brevioribus. *Petala* purpurea? *Filamenta* libera. *Legumen* 7 lin. longum, 4-5 lin. latum, subacuminato-acutum, laeve, glabrum, angulo inferiore fere recto, margine superiore levissime incurvo. — Proxima *D. ruscifoliae* Cunn., quae differre videtur ramulis spinescentibus et foliis ovatis 4 lin. longis*).

*) *D. virgata* Cunn. Bot. Mag. t. 3196. Walpers l. c. p. 569. ad Port Philipp lecta est a cl. Latrobe, fide specim. in Herb. Mus. Neocom.

x Viminaria demedata Smith.

1. Ad fluv. Torrens, hb. St. n. 213. hb. 759.
Onkaparinga, Tamuda, et
paluds circa montem Gambir.

VIMINARIA Sm. Endl. gen. n. 6436. Meisn.
gen. p. 81. (58.)

1. **Viminaria denudata** Sm. Exot. Bot. t. 27. Bot. Mag. t. 1190. DC. prodr. 2. p. 107. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 76. — *Daviesia denudata* Vent. choix t. 6. — *Sophora juncea* Schrad. Sert. Hannov. t. 3.

In solo subarenoso ad fluv. Cygnorum, d. 19. Jan. 1839. Herb. Preiss. No. 1023. (Drummond n. 249.) Vidi etiam specimina ad Port Philipp lecta. (Herb. Mus. Neocomens.)

„Frutex 12-20-pedalis, ramis pendulis.“ — Specimina Drummondiana cum Sieberianis (Herb. Nov. Holl. n. 369; fl. mixt. n. 553.) exactissime congruunt; Preissiana nonnihil recedunt calyce quidquam minore et ramis acutius lineatis.

2. **Viminaria? Preissii** n. sp., floribus racemosis, calyce lilabiato impunctato, labio superiore latiore sublongiore acute bifido, inferioris laciniis erectis angustis acutissimis.

In subarenosis hyleme inundatis ad fluv. Canning m. Aug. 1841. Herb. Preiss. No. 1024.

An potius *Sphaerolobii* sp.? Sed praeter calycem omnia *Viminariae*. „Frutex bipedalis.“ *Racemi* laxiflori, pedicelli remotiores et solitarii, calyce breviores, vix 1 lin. longi, calycis labium superius fere lineam longum.

SPHAEROLOBIUM Sm. Endl. gen. n. 6437.
Meisn. gen. p. 81. (58.)

1. **Sphaerolobium stenopterum** n. sp., ramis angulatis, anguste alatis; calycis impunctati tubo labiis brevior; carina obtusa, alas superante; ovario stipitato; stylo subexserto, apice line membranula auriculato.

In subarenosis sylvae prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 22. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1117.

Ramorum alae inferne 1-2 lin. latae, superne multo angustiores et in angulum acutum nerviformem abeuntes. *Racemi* 4-6-flori. *Calyx* pedicello fere duplo longior, circ. 2 lin. longus, corolla dimidio brevior, dentibus plerumque nigro-marginatis. *Legumen* subglobosum, vix grani piperis magnitudine, laeve, glabrum, atrium. — Species proxima *S. alato* Benth., sed notis indicatis, praecipue stylo alato, bene distincta.

2. **Sphaerolobium grandiflorum** Benth. in Hügel Enum. p. 32, n. 93; Ann. Wien. Mus. 2. p. 76. Walpers rept. 1. p. 571.: ramis teretibus; calycis tubo labiis aequilongo; carina arcuata, extus obtusissima, intus obtuse producta; stylo a basi arcuato, apice subexserto recurvo hinc membranaceo.

In solo turfoso-arenoso clivuli prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 21. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1116. (sine fr.)

„Frutex 2-3-pedalis. Flores ignei.“ *Calyx* dense nigro-punctatus.

3. **Sphaerolobium fornicatum** Benth. l. c. n. 94. Walp. l. c.: ramis teretibus; calycis tubo labiis subaequilongō; carina apice extus fornicato-producta, intus obtusa; stylo supra basin geniculato, apice incluso hinc membranaceo.

In solo humoso inter gramina alta prope villam Dom. Helus (Perth) d. 24. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 1124, et in turfoso-humidis ad radices montis Melville (Plantagenet) d. 21. Oct. 1840. No. 1122.

„Frutex 3-5-pedalis. Rami patentes,“ saepius, steriles praecipue, foliis oppositis capillaceis 1-2 $\frac{1}{2}$ lin. longis patulis remote obsiti. Flores nunc subverticillati, nunc sparsi, „igneo-aurantiaci v. purpurei.“ Legumen subglobosum, latius quam longum, vix grani piperis mole.

4. **Sphaerolobium medium** R.Br. DC. prodr. 2. p. 107. n. 2.

In solo humoso in umbrosis inter frutices densos prope lacum Kei-er-mu lu vel Monger'slake (Perth) d. 4. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1115 b, (Drummond coll. I. sine No.)

Species inter praecedentem et *S. vimineum* vere intermedia, illi styli carinaeque forma, huic florum magnitudine calyceque similis, ab illa distinguenda floribus minoribus et calycis labio superiore minus cuneato, ab utraque calycis tubo labiis brevior et corolla amoene rubra (purpurea?).

5. **Sphaerolobium acuminatum** Benth. l. c. n. 95. Walp. l. c.: ramis teretibus; calycis tubo labiis multo brevior; carina oblonga, recta, acute acuminata, vexillum superante; stylo basi rectiusculo, apice incurvo hinc anguste membranaceo.

In limoso-calculosis montium continuorum Darling's-range (Perth) d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1123. —? in sublimoso-arenosis sylvae district. Wicklow, m. Oct. 1840. (No. 1126, specim. imperfect.) — in solo subarenoso inter frutices densos prope montem Wuljenup, d. 13. Oct. No. 1120.) alibique in distr. Plantagenet, m. Dec. 1840. No. 1118. (Drummond n. 216, 218.)

ROEA Hügel. Endl. gen. n. 6438. Meisn. gen. comm. p. 350.

1. **Roea linophylla** Hügel mss. Benth. in Hügel. en. p. 34, u. 99; Ann. Wien. Mus. 2. p. 77. Walpers rept. 1. p. 571: caulibus procumbentibus v. adscendentibus, filiformibus, tenuissime striatis; foliis anguste linearibus; pedicellis calycis tubum aequantibus, bracteis bracteolisque diu persistentibus.

In solo sublimoso ultimorum arborum Peninsulae (Perth) d. 30. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 880, et in distr. Plantagenet, m. Dec. 1840, No. 1115 a et 1121. (Drummond n. 252.)

„Herba perennis, procumbens v. adscendens, 1-1 $\frac{1}{2}$ pedalis.“

*) *S. vimineum* Sm. DC. l. c. n. 1. Bot. Mag. t. 969. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2. p. 76. — *S. minus* Labill. N. Holl. t. 138. (Lam. fil. t. 952.) Swan River, Drummond n. 217 et coll. I. — A cl. Preiss. non lectum.

Sphaerolobium viridulum Jeddall

In monte ^{range} ~~bluff~~ *S. viridulum* hb. K. 219.
 - *In rusticis* ⁱⁿ ~~rupibus~~ *fl. Ankaparinga*
 frut. 2-1 1/2' *erectus*. Floribus *con-*
coloribus paullo *majoribus*, *raris*
parum *profundius* *stipitis* *cliffae*
videtur *a* *S. viridulo* *et* *habitu*
minus *compacto*. Dec. 20. 1848 *Jm*
An *ruera* *S. viridulum* *Sm.* *?*
minus *Lacillard*. *Synonyma* *?*
Anne *illud* *nostrum* *hoc* *Die-*
menicum *designat* *?*
Near *Cyprus* - *Bay* *Nov* *49*, *hb.* *S. C. K.*
Nidippinina *ad* *2* *alla* *stridissima*!
S. viridulum! *Sm.* *V. D. L.* *hb.* *Stuart*. *48*!
Smith *Isk* *river* *Port* *Phillip*, *George* *town*
1 *an* *9* *cor.* *rubicundis*!

+ *Pultenaea* ^{prostrata} ~~*lacunculata*~~! *Sm.* *ma-*
pome *S. vestitam* & *S. pedunculata*
habitu *infer*.

~~*Rosa* *Calyptrata* *factitima*~~
~~*Mejor* *quavis* *videtur* *ab* *duplex*~~
~~*crassicaulis* *minor* *definitio* *non* *est*~~
~~*definitio*~~ *V. D. L.* *Stuart*.

In *strata*, *raris* & *angustis* ^{et} *gracilibus*
foliis *caudiculatis* ~~*incurvatis*~~ *acutis*
lis *spatulato* *limbibus* *glabris*, *pedunculatis* *axi-*
~~*laribus* *velut* *ramulorum* *apicem* *perforato* *hinc* *perforata*~~
~~*et* *ramulos* *terminantibus* *non* *est*~~
~~*conjugatis* *et* *non* *est*~~
caulis *caulis*, *calyptra* *pubescens*, *lobatis*
tubo *longioribus* *pedunculatis*, *ovillo* *fibro-*
so, *et* *ramum* *superantibus* *longiore*
bractea *pedicellum* *involante* *fragilis*
lima *bracteis* *ratiori* *radialis* *pedunculatis*
stipulum *inflatum* *et* *cum* *aliis* *an-*
raciacum, *causa* *opure* *violacea*.
In *solo* *humido* *tractus* *litorali* *In*
causa *Bay* *diori* *hb* *Stuart*
An *Pultenaea* *species* *affinitas* *S. pe-*
dunculatae?

Affinis hinc videtur *Oxylobium Pultenaeae*
Hb., *Pultenaea striata* Liebm.

Comp. *Microthamnus spinulosus* ^{Michx.}

Phyllota ? *elaeagnifolia* fere mihi.

Ab omnibus apud Bon. *elaeagnifolia*
foliis canaliculatis et bracteis flore
brevioribus diversa. An haece sub-
jugenda cupis descriptionum elipsero
N. Ph. *laevata* Benth. dignoscitur
glabritie calycis ramulorumque
& erecta. Gardn. Hb. St. V. 197. 207. 208.
P. pinnatifida. Hb. Jays N. 26.

2. **Roea nudiflora** *n. sp.*, caulibus erectis v. adscendentibus, costato-angulatis; foliis confertis, spathulato-lanceolatis, acutiusculis, planis; pedicellis calycis tubo brevioribus, bracteis bracteolisque nullis v. fugacissimis.

In solo subturfoso-arenoso circa oppidum Albany (Plantagenet) Cape Riche et Toby's Julet (Sussex) d. 27. Dec. 1839. et 25. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1018.

„Suffrutex dodrantalis.“ *Caules* praecedente vix crassiores, attamen haud laxi, simplices, conspicue sulcati et superne fere angulati, inferne dense foliosi, apice in racemum aphyllum simplicem $1\frac{1}{2}$ -2-pollicarem erectum 10-16-florum abeuntes. *Folia* 3-6 lin. longa, 1-2 lin. lata, basi attenuata subsessilia, avenia, nervo medio vix conspicuo immerso. *Flores* patuli v. nutantes aut demum deflexi, 4-5 lin. longi, structura et colore praecedentis. *Pedicelli* vix 1 lin. longi, apice basi que cicatriculas bractearum et bracteolarum jam ante floris expansionem delapsarum (nusquam superstitum) exhibentes. *Stylus* apice refracto barbatus. *Leguminis* stipes calycem paulo superans.

PHYLLOTA (DC.) Benth. Endl. gen. n. 6439.
Meisn. gen. comm. p. 350. Pulteneae sect. II:
DC. prodr. 2. p. 113.

Phyllota barbata *Benth.* in Hügel. Enum. 2. p. 33, n. 97; Ann. Wien. Mus. 2, p. 77. Walp. rep. 1. p. 572: ramulis subsericeis; foliis glabris, muticis, minute tuberculis, floralibus bractcolisque flore brevioribus; spicis terminalibus, brevibus, paucifloris; corollis calyce sericeo plus duplo longioribus, vexillo integro; stylo hinc a medio ad apicem dense barbato, caeterum glabro v. basi villosulo.

Inter frutices densos in turfosis promontorii Cape Riche (Kent) d. 17. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 846.

„Frutex 4-pedalis.“

AOTUS Sm. Endl. gen. n. 6440. Meisn. gen.
p. 81. (58.)

1. **Aotus gracillima** *n. sp.*, ramis gracilibus, laevibus, glabris, apice minute puberulis; foliis sparsis v. suboppositis, erectis patulisve, anguste linearibus, obtusis v. mucronulo exiguo innocuo recurvo apiculatis, laevibus, glabris, margine revolutis, supra convexis v. obsolete 1-sulcis, axillis 1-3-floris; pedicellis brevissimis calycibusque adpresse pilosis, calycis labio superiore truncato levissime emarginato.

Inter frutices in depressis arenosis prope oppidum Perth d. 20. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 863. (Drummond n. 246 et coll. I.)

β **uncinata**, foliis patentibus, brevibus (vix $2\frac{1}{2}$ lin. longis) apice magis recurvo-mucronulatis.

In region. interior. Australiae meridionali-occidentalis. Herb. Preiss. No. 869.

Ab *A. villosa* Sm. (fide specim. Sieber.) cui habitu, foliorum, longitudine florumque dispositione structura et magnitudine convenit, differt: glabritie, foliis laud punctato-scabris et floribus copiosissimis, spicas 3-5-pollicares foliosas satis densas formantibus. Specimina Drummondiana No. 246. forsau identica cum planta Hügeliana quam cl. Bentham (Ann. Wien. Mus. 2. p. 78.) aut *A. villosae* var. *microphyllam* aut propriam speciem sistere suspicatur. Var. β nostra fortassis species distincta, sed specimina insufficientia. Flores in axillis solitarii, subsessiles, rari, calyx paulo major et villosior. Petala non vidimus. Legumen calyce paulo majus, subrotundum, compressum, pilosum, 2-valve. Caet. omnia ut in α .

2. ***Aotus intermedia* n. sp.**, ramis gracilibus, strictis, laevibus foliisque junioribus tomentoso-pubescentibus; foliis sparsis et suboppositis, patulis, anguste linearibus, obtusis, muticis, laevibus, mox glabris, margine revolutis, supra 1-sulcis, axillis 1-3-floris; floribus subsessilibus, calycis laxo cano-villosi labio superiore acute bifido.

In subarenosis planitiei inter frutices densos prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 11. et 14. Oct. Herb. Preiss. No. 864, 1192. et in region. interior. Australiae merid.-occid. m. Oct. 1840. No. 871.

Species pubescentia ad *A. virgatam*, habitu et foliis laevibus vero ad *A. gracillimam* accedens, ab utraque tamen, ni fallor, bene distincta. A posteriore differt ramis strictioribus, foliis plerisque duplo longioribus (semipollicaribus) floribusque paulo majoribus. Bracteolae duae ad pedicellorum basin laterales, oppositae, ovatae, obtusae, concavae, 1 lin. longae, puberulae, saepius diu persistentes, in *A. gracillima* vero fugacissimae, ante florum expansionem jam defluentes.

3. ***Aotus procumbens* n. sp.**, procumbens, ramis pubescentibus, apice adscendentibus et cum foliis junioribus patentim pilosis; foliis sparsis oppositisque v. ternatim approximatis, patulis, linearibus, obtusiusculis, muticis, mox glabris, margine revolutis subscabris laevibusve, supra convexis laevibus nitidis exsulcis, subtus canaliculatis, saepius subtortis; pedicellis geminis v. solitariis, brevissimis, calycis laxo cano-pilosiusculi labio superiore acute bifido.

In arenosis sylvae ad fluv. Cygnorum, d. 9. Sept. 1841. Herb. Preiss. No. 845. et in region. interior. Australiae merid.-occid. No. 882.

A praecedente, cui proxime affinis, dignoscitur statura humili, ramis „procumbentibus“, vix spithamaeis debilibus adscendentibus apice pilis patentibus fere lineam longis mollibus albis (ctiam in foliis novellis parce obvis) dense tectis, foliis 5-11 lin. longis more *Dillwyniarum* saepius tortis, supra rotundato-convexis exsulcis (v. basi tantum obsolete 1-sulcis) laevissimis v. rarius secus margines punctis prominulis paucis scabriusculis. Calyx nunc No. 845. ejusdem magnitudinis ac *A. intermediae*, runc vero (No. 882, cui etiam folia pleraque majora, 8-11 lin. longa, et robustiora) paulo major. Species in speciminibus perfectioribus denuo examinanda.

4. ***Aotus? dillwynioides* n. sp.**, ramis gracilibus, erectis, glabris, apice pubescentibus; foliis sparsis v. suboppositis, anguste linearibus, obtusis, muticis v. submucronulatis, laevissimis, glabris, supra canaliculatis, subtus convexis; floribus axillaribus, subsolitariis, spicam terminalem foliosam saepe interruptam formantibus; pedicellis brevissimis,

Notus villosa! Smith.

In arundinis ad portum regiarum
Tasmaniae, Hb. N. III, 645. Nov. 49.
Frutic. Lpidalis. Cum in eodem
loco ubi St. Stuart hanc ^{speciem} detexit
genae occurrunt aliae plantae
Novae Hollandiae pro australi
proprie, hanc non diverfam
considero ab Australi ^{specie}
nisi non nisi e brevissima
phrasi auctoris cognitam.

Nota: Noti species a Dillwynis
solicorum marginis revoluta mi
si involuta facillime sunt disting
enda,

x *A. ferruginea* Labillardiere

P. laevis Juss. Mill.

Folius lanceolatis supra leu-
vibus. Cuius folium modo
progenitum in promptu
visio, an character notatus
stabilis et specificè valoris
annon.

F. D. L. ! hb M. J. Ing. 3.

deussatim 4-braeteatis, braetis 2 inferioribus ovatis, superioribus 2 longioribus angustioribusque; calyce albo-viloso, labio superiore bifido, inferiore 3 partito, lobis omnibus acuminatis; vexillo dilatato; stylo brevi, crassiusculo, glabro.

In arenosis subhumidis planitie ad fluv. Canning. m. Sept. 1841. Herb. Preiss. No. 872.

Species *Aotum* inter *Dillwyniam* que ambigua, praecedentibus habitu simillima, nec generice ab iis separanda, nisi invita natura, quamvis characteribus pluribus, sc. pedicellis bracteolatis, vexilli lamina latiore quam longa et foliis marginum involuente *supra* (nec subtus) canaliculatis potius cum *Dillwynia* quam *Aoto* conveniat immoque stylo brevi crassiusculo ab utroque genere recedat. *Semina* non vidimus, sed ovula ne vestigium quidem strophylarum ostendunt. — „Frutex 4-5-pedalis.“ *Rami* teretes, tenues, striati, purpureo-fusci, laeves v. minute denseque papilloso-punctati. *Folia* 3-4-lin. longa, plerumque subteretia (diametro vix $\frac{1}{4}$ lin.) raro explanata $\frac{1}{2}$ - $\frac{2}{3}$ lin. lata, apiculo vel nullo vel brevissimo innocuo subrecurvo. *Flores* in axillis plerumque gemini; pedicelli 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longi, bracteis fuscis puberulis tecti, bracteis 2 inferioribus circ. 1 $\frac{1}{2}$ lin. longis 1 lin. latis ovatis obtusiusculis subconvexis, superioribus 2 paulo longioribus et dimidio angustioribus acutiusculis. *Alabastra* ovato-oblonga, breviter acuminata. *Calyx* dimidiam corollam paulo superans, 3 lin. longus, labiis aequilongis tubo paulo longioribus, lobis lanceolatis acuminatis, superioribus vix latioribus sed altius connatis. *Vexillum* emarginatum, dimidio latius quam longum, aurantiacum v. miniatum? basi purpurascens, *alis* concoloribus anguste oblongis obtusis parum longius; *carina* carnea? calycem haud superans, rectiuscula, oblonga, obtusa, *alis* brevior, pistillum totum includens. *Ovarium* sessile, oblongum, villosum, stylo brevissimo (vix $\frac{2}{3}$ lin. longo) crassiusculo incurvo longius; *stigma* capitatum; *ovula* 2, funiculis brevissimis affixa, subrotundo-reniformia, estrophiolata.

5. ***Aotus cordifolia* Benth.** in Hügel Enum. p. 33, n. 96; Ann. Wien. Mus. 2, p. 78. Walpers rept. 1. p. 572: foliis ternatim verticillatis, ovato-lanceolatis, basi cordatis, margine revoluta undulato-denticulatis, supra reticulato-venosis.

Inter frutices densos in solo humoso ad marginem lacus prope oppidum Perth, d. 14. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1050. (Drummond n. 251.)

„Frutex 4-6-pedalis.“

6. ***Aotus passerinoides* n. sp.**, ramis erectis, gracilibus; foliis ternis v. subinde sparsis, sessilibus, erectis, ovato-oblongis, obtusiusculis, muticis, margine leviter revolutis ramisque adpresse sericeo-villosis, supra demum glabrescentibus; floribus axillaribus, subsolitariis, sessilibus, folio brevioribus; calyce parvo, membranaceo, basi villosa, superne glabro, labii superioris truncato-emarginati inferiorisque 3-fidi lobis ciliatis; stylo inferne barbato.

In turfoso-humidis inter frutices densos planitie prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 8. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 868.

Species praecedenti affinis, distinctissima, pulchella, habitu *Passerinarum* et *Gniditarum* quarundam Capensium. *Caules* „sesquipedales, stricti“, vix penna corvina crassiores, nunc simplicissimi, nunc parce ramosi v. apice subcorymbosi, inferne nudi et foliorum cicatrilibus levissime prominulis notati.

superne dense foliosi, pube molli adpressa albida sericea canescenti-villosi, internodiis 3-5 lin. longis. *Folia* plerumque exacte ternato-verticillata, nonnunquam (praecipue inferne) verticillorum solutione sparsa, 3-5 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, basi minus quam apicem versus attenuata. *Flores A. cordatae*, petalis, excepta carina atropurpurea, flavis. *Ovarium* sessile, subtundum, compressum, calycem subaequans, stylo triplo brevius, apice longe comoso-villosum, 2-ovulatum. *Stylus* lateralis, capillaris, subrectus, apice incurvus, ad medium usque laxe pilosiusculus, superne glaber. *Legumen* non visum.

DILLWYNIA Sm. Endl. gen. n. 6441. Meisn. gen. p. 81. (58.)*

1. *Dillwynia (Xeropetalum) acicularis* Sieb. DC. prodr. 2. p. 109, n. 5. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2. p. 79, n. 10.

In solo limoso-lapidoso ad radices montium continnorum prope cataractam, d. 25. Jul. Herb. Preiss. No. 881. et in lapidosis cacuminis montis Bakewell (York) d. 5. Sept. 1839. No. 875, (Drummond n. 243, 244, et coll. 1.)

„Frutex 1-3-pedalis, strictus.“ *Ramuli*, praecipue steriles, apice plerumque spinescentes. — Duplicem distinguere licet formam, *a longifoliam*, foliis rectis et subrectis, 5-9 lin. longis No. 881. et *β brevifoliam*, foliis patentibus saepiusque leviter recurvo-arcuatis, vix 3-4 lin. longis No. 875. Inter utramque specimina Drummondiana medium tenent foliis raro ultra 5-6 lin. longis saepiusque patulis. — Variat praeterea racemis terminalibus dense multifloris ovatis et sphaeroideis calycibusque canescentibus v. parce puberulis (specim. Preiss.) et racemis laxiuscule paucifloris, calycibus parce puberulis (Drumm. n. 244 et coll. 1) et glabris pauloque minoribus (Drumm. n. 243.) — A. sequente differt praecipue foliis firmioribus, plerumque strictis, nunquam tortis.

2. *Dillwynia (Xeropetalum) laxiflora* Benth. in Hügel Bot. Archiv t. 9; Ann. Wien. Mus. 2. p. 79, n. 11.: ramis adpresse pubescentibus; foliis subpatentibus, rectis, muticis vel mucrone innocuo incurvo, glabris v. junioribus puberulis; racemis subpaniculatis, terminalibus, laxis.

*) E prima generis sectione (*Dillwyniastrum* DC.) nulla species inter Preissianae occurrit. Habemus vero inter plantas Andersonianas circa Sydney lectas **D. phylloideum** Cunn. (Benth. l. c. n. 2.) **D. adenophoram** Eudl. Nov. Stirp. decad. 1. p. 24, n. 30, et novam speciem, quam hic describere liceat. **D. brunioides** nob., ramis ramulisque corymbosis, canescenti-puberulis; foliis sparsis, approximatis, patulis, rectis v. subrecurvis, haud tortis, brevibus, obtusiusculis, muticis, dense punctato-scabriusculis, dorso subangulato-convexis, supra unisuleis; capitulis terminalibus sessilibus, calycis canescenti-villosiusculi tubo bracteis ellipticas vix superante, labio superiore acute bifido. — Species proxima **D. phylloidi** Cunn., sed distincta: ramificatione fere umbelliformi (nec racemosa) ramis ramulisque validioribus, magis pubescentibus, foliorum cicatricibus denticuliformi-prominulis, foliis crassioribus magisque (saepe angulo recto) patentibus glabris nunquam tortis (2-3 lin. longis) capitulis (3-12-floris, ramulos circiter bipollicares terminantibus) in ramorum apice corymbum formantibus (in illa vero ramulos laterales tenues vix $1\frac{1}{2}$ pollicares terminantibus et secus ramum primum in racemum laxum dispositis) floribus brevissimis pedicellatis arctius congestis paulo majoribus et calyce densius longiusque pubescente.

Annona *D. floribunda* Sm, *sericea* Lam
 & *elegans* Eubl. ad unam speciem sint
 reducenda? *Cunninghamiana* maxim
 poundum *brevispinna* phrasin et
 locum natalem in nostram quadrat!
Dillwyniana species (omnes?) habet
 folia margine involuta nec revoluta
Dillwynia species difficulter determinan
 da nisi *sericea* authenticata in promptu.

Perf. synopsis. p. 302. et 638

J. E. Smith remarks on the gen charact of the
elegans. papil. pl. of Millot in journal of Bot.

- x *D. sericea* ^{etym.}
- x *D. floribunda* Sm. hb. St. N. 210.
 sub nomine *Nodus crispifolius*.
 ad fluvium *Onkaparinga*.
 ad *Costa* *fruticulus* *fruticulosus* (atis
 a choroid? *Farmacologia* ad nostrum
cygnorum 400. 49. hb. St. 700.
~~*D. floribunda* Sm. hb. St. n. 211.~~

Infruct.
 2' *Infructus* *loci* *nasalis* *deff.* *var. praed.*
In fructibus *distortum* *ad* *meos*
quiro - *plain* *et* *in* *Lapidis* *ad*
revalis *pinum* *quitem* *Bayudas*
Anth. *non* *affrase*

- x *D. parvifolia* ^{St. N.} *hb. St. n. 211.*
~~*In* *trunc* *Lup.* *quarant.* *fr. 2nd.* *St. 205.*
var. praed. *floribus* *racemato*
infruct. *hb. St. n. 211.* *In* *fruticulis*
ad *St. O. Murray.* *in* *vin.* *1848.*~~

- x *D. glaberrima*! *Smith.*
fruticosa *in* *meis* *in* *meis*
capitata. *In* *mausium* *quarant.*
prope *Wat.* *et* *Morris* - *in* *quitem*
Bay (*Exerciti* *Octobr.* *1848.* *St.*
St. n. 211. *fruticulus* - *in* *meis*.
In *arenis* *collidis* *ad* *St. St. Pauli*
hb. St. N. 500. 1'. *Novo* *Hollandia*
prope *per* *allela.*

x *D. cinerascens* R. Br.

Port Phillip! Gais
ad fl. South Esk rivir Tasmania
Oct 49. hb N. 624. 1' alt.

P. ravenosa, corymbis in ramulis
brevissimis secundum ramos racem.
Spidum.

Maxima
causa

D. hispida, L. f. L.
Jobara, Schlechtendal. { 1.
Lafly range G 2' hb N. n.
Fexillum ^{ignom} *curvatum* Gasi & alis
occinagis flavum. In vallibus
situationis prope stat. et Davinport
a ripas Ruati-Bay. fuit. erect 1-2
ftm. - hb N. n. 15. In juga montes
Barthuri f. Mt. Michaelis - Barroja-
range - Oct. 1848. Traus p. Murray.
An ab omnibus hucusque di-
stinctis specibus vera diversa?

D. hispida L. f. L. habeo var! *D. pedunculata*
varis quo etiam vix differ videtur!

macropoda Gussone

x *D. pedunculata* Gussone
nam in *parvifolia* *prospicua*
diffinita: pedunculata corymbu-
rum elongato-tetragonis, cal-
ycis longioribus dentibus ara-
minatis floribus majoribus.
Vix varietas. Fexilli lobis luteo-
basi atro-fangueis. In fruti-
culis montium prope stat. et Davin-
port vixus Gussone Bay. ^{prospicua} ^{prospicua}
Oct. 1848. Recurram *prospicua*
~~var. *prospicua* hanc nuper collecta cum~~
~~*prospicua* complexit. et *prospicua* *prospicua*~~

x *prospicua*

prospicua Gussone
Fexilli lobis luteo-
basi atro-fangueis. In fruti-
culis montium prope stat. et Davin-
port vixus Gussone Bay. ^{prospicua} ^{prospicua}
Oct. 1848. Recurram *prospicua*
~~var. *prospicua* hanc nuper collecta cum~~
~~*prospicua* complexit. et *prospicua* *prospicua*~~

In limoso-calculosis sylvae inter Mahogany creek et Halfwayhouse (Darling's range) d. 13. Sept. 1839, Herb. Preiss. No. 873.

„Frutex sesquipedalis.“ *Ramuli* vix ac ne vix puberuli, steriles apice saepius breviter spinescentes. *Folia* debilia, evidenter torta, saepe varie curvula. *Calyx* glaberrimus. *Vexilli* lamina medio atropurpurea, macula basilari lutea nulla. Caetera in descriptionem l. c. optime quadrant. A praecedente aegre distinguenda ramis minus strictis foliisque debilioribus, foliis tortis plerumque recurvo-mucronatis, pedicellis paulo longioribus et calycis labio superiore latiore —“).

EUTAXIA R.Br. Endl. gen. n. 6442. Meisn. gen. p. 81. (58.)

1. ***Eutaxia dillwynioides*** *n. sp.*, glabra, ramulis filiformibus, laxis; foliis oppositis, subteretibus, muticis, supra 1-sulcis; racemis capituliformibus, terminalibus v. axillaribus 6-1-floris; floribus subsessilibus, 2-bracteatis; calyce bracteas foliaceas aquante, membranaceo, fusco, semiquinquefido, lobis acuminatis, superioribus 2 paulo latioribus altiusque connatis.

In regionibus interioribus Australiac meridionali-occidentalis, m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1191.

Species *Dillwyniam* inter *Eutaxiam* que subambigua, priori accedens habitu ericoideo foliisque (omnino *D. ericifoliae*) marginum involutione subteretibus; recedens vero calyce profundius diviso, vexillo orbiculari nec dilatato et legumine compresso vix ventricoso; potius igitur *Eutaxiae* adnumeranda, cui characteribus fere omnibus convenit, ab utroque tamen genere discrepans seminibus (si ex ovulis recte judico) haud strophiolatis. — Proxime affinis sequenti, sed distincta ramis ramulisque haud strictis, foliis confertioribus internodiis constanter (in illa vix unquam) superantibus nunquam planis nec canaliculatis sed sulco tantum angustissimo exaratis dorso convexus v. subcarinatis et calyce subscarioso-membranaceo fusco bracteolas duplatriplo superante laxo subturbinato, lobis tubo paulo longioribus magisque acuminatis. — „Frutex pedalis.“ *Flores* nunc 3-6 in ramorum apice approximati, capitula terminalia simulantes, nunc 3-1 ramulos laterales brevissimos terminantes, primo vultu axillares sparsos mentientes. *Petala* marcescentia, subpersistentia, forma, magnitudine et colore omnino sequentis. *Stylus* uncinatus, brevis, basi paulo dilatato pilosus, apice capillaris glaber; stigma capitatum. *Legumen* (immaturum) sessile, 3 lin. longum, 1½ lin. latum, compressum, parce adpresseque pilosiusculum, sutura superiore subrecta, inferiore arcuata, valvis vix convexus.

2. ***Eutaxia ericoides*** *n. sp.*, glaberrima, ramis gracilibus, erectis; foliis oppositis, crecto-patulis, anguste linearibus, subacutis, muticis, planis v. subcanaliculatis; pedicellis axillaribus v. subterminalibus, calycis herbacci viridis labio superiore acute bidentato, inferioris lobis lanceolatis acutis.

In colonia ad flav. Cygnorum legit Jac. Drummond, n. 245 et coll. I.

*) ***D. (Xeropetalum) cinerascens*** R.Br. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2. p. 79, n. 12. exstat inter plantas a cl. Latrobe ad Port Philipp lectas, fide specim. in Herb. Mus. Neomeumens.

? β **flicaulis**, ramis ramulisque tenellis, elongatis, floribus in ramorum v. ramulorum apice paucis (4-1) subsessilibus folisque minoribus. — An species distincta?

In dumetis arenosis ad fl. Cygnorum, d. 9. Apr. 1839. Herb. Preiss. No. 877.

Plurimis notis convenire videtur cum *E. virgata* Benth., sed differt ramis, etsi strictiusculis, tamen debilibus, penna corvina tenuioribus (nec virgatis) foliis laud cuneatis et axillis bi-nec (nisi abortu) inifloris.

„Frutex 2-pedalis, debilis;“ rami dense corymboso-ramosi, internodiis plerumque folia aequantibus. *Folia* 3-6 lin. longa, $\frac{1}{3}$ -raro 1 lin. lata (in ramulis novellis saepe dimidio minora et confertiora) obsolete 1-nervia, avenia, plus minus complicato-canaliculata v. demum plana, rigidula, laud pungentia, laete viridia. *Pedicelli* $1\frac{1}{2}$ lin. longi, recti, medio bracteolis 2 angustis acutis 1 lin. longis ipsos superantibus muniti. *Flores* erecti v. patuli. *Calyx* viridis, $2\frac{1}{2}$ lin. longus, subcampanulatus, parum curvatus, basi brevissime attenuatus, obsolete nervosus, tubo labiis subaequali, laciniis petalis genitalibusque *E. epacridoidis*. Var. β praeter notas indicatas a planta Drummondiana non differt nisi floribus constanter dimidio fere minoribus nec unquam immediate axillaribus, sed ramulos (etsi saepe brevissimos) terminantibus. Utrum propterea specificè separanda sit nec ne, ex paucorum speciminum inspectione dijudicare non audemus.

3. **Eutaxia epacridoides** n. sp., glaberrima, caulibus strictis, simplicissimis v. parce ramosis; foliis oppositis, sessilibus, lineari-lanceolatis, subpungenti-acutis, supra concavis, dorso convexo obsolete 1-nerviis, aveniis; pedicellis axillaribus geminis, brevissimis, basi medioque bi-bracteolatis, floribus pendulis; calyce nervoso-striato, basi attenuato, labii superioris paulo longioris lobis divergentibus brevibus acutis, inferioris linearibus acuminatis.

In solo turfoso inter frutices densos prope montes Melville et Elphinstone (Plantagenet) d. 11. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 412 et 867.

„Frutex pedalis, strictus.“ Habitus quodammodo *Epacridearum* et *Struthiolearum*. *Caules* ramique basi divisi, superne simplicissimi v. parce ramosi, graciles, strictiusculi, foliis quamvis copiosis non (ut in sequentibus) absconditi, cortice laevi sanguineo-fusco epidermide tenera demum longitudinaliter rimosa cinerea decidua tecto. *Folia* 6-8 lin. longa, 1 lin. lata (in ramulis interdum dimidio minora) internodio plerumque $\frac{1}{4}$ longiora, erecta, initio subadpressa, dein laxiuscula, recta v. apice subrecurva, utrinque attenuata, basi obtusa, apice acutata et satis pungentia (etsi mucrone proprio destituta, supra laete viridia et marginum involutione concava, subtus plus minus convexa et livide pallescentia, nervo medio parum conspicuo apicem versus saepius evanescente, venis obsolete faciem dorsalem parallele striantibus v. nullis, facie utraque calycibusque sub lente punctato-scribiculatis. *Flores* saepe ab inferiore caulibus parte incipientes, quasi spicas foliosas formantes. *Pedicelli* e singulis axillis gemini, rarius solitarii, 1- $1\frac{1}{2}$ lin. longi, constanter apice patentes v. recurvi, rubri, ima basi bractea ovata v. oblonga obtusa vix $\frac{1}{2}$ lin. longa medioque bracteolis 2 oppositis paulo minoribus acutis dentiformibus pedicello brevioribus praediti. *Calyx* herbaceus, viridis v. erubescens, infundibuliformi-campanulatus, parum curvatus, basi attenuatus, 2 lin. longus, corolla dimidio brevior, tubo labiis subaequali nervis 10 tenerimis ad sinus et lacinarum apicem tendentibus striato, labii superioris lobis $\frac{1}{2}$ lin. longis. *Vexillum* obovato-subrotundum, leviter emarginatum, atropurpureum margine aurantiacum. *Alae* parum breviores, cuneato-spathulatae, aurantiacae, apice rotundato $\frac{2}{3}$ lin. latae. *Carina* recta, alis brevior, calyce paulo longior, lanceolata, acutiuscula, apice atropurpurea. *Ovarium* sessile, obovatum, apice parce villosum, 2-ovulatum,

mount. Papier. Floriger plantae yellow.

D. hispida L. (nomen vix aptum!)
^{plurima}

variat ut omnes ^{plurima} *Serratium* austri-
acum communes diverso modo:
nempe indumento longiore
breviore, & plus minus deofo
habitu procurrenti afoand
se vel ereto, gracillente ro-
leptore, ^{maxis minus gracillente} ~~perdentibus~~ abbreviatis
vel elongatis pubescentibus
vel omnino glabris, floribus
majoribus minoribus raro
parvis, in corymbo
rariore ~~etiam~~ in racemum
elongato.

in partibus austriacis montium *Hohe*
rangus usque

D. macrophylla Guss. Mill. (vide antea)
^{*D. hispida* L. & *D. glabrata* Guss. Mill. in litt.}
Species antiqua et *D. parvifolia*
foliis et corymbis pedunculatis lon-
gioribus habitu gracilliore caecis
dentibus acuminatis, a *D. hispida*
habitu gracillente, foliis paullo bre-
vioribus et glabris ^{fructu} ~~fructu~~ ^{perpita}
a *D. glabrata* foliis ^{fructu} ~~fructu~~ ^{perpita}
brevioribus obtusioribus, caecis lon-
gioribus dentatis, vexillo magis
usoso, ^{simili} ~~simili~~ ^{fructu} ~~fructu~~ ^{perpita}
a *D. filifolia* L. ^{fructu} ~~fructu~~ ^{perpita}
arvicore videtur. An sit var. *D.*
hispidae, cui rursus maxime cog-
nata, posterioris investigatione
darebit.

Dillwynia? abnormis pro Muella
Australiae felicis.

stylo tenui apice uncinato paulo longius; stigma minutum, subcapitatum. *Legumen* desideratur. — Affinis *E. virgatæ* Benth., quæ differt foliis cuneatis, muticis, pedicellis solitariis, bracteolis pedicellum superantibus, caet.

4. ***Eutaxia parvifolia* Benth.** in Hüg. Enum. p. 34, n. 102; Ann. Wien. Mus. 2, p. 80. Walp. rep. I. p. 573: ramosissima, foliis confertis, obovatis, obtusiusculis; floribus subsessilibus; calycis labio superiore apice bifido, laciniis acuminatis, inferioris laciniis subulato-acuminatis.

In rupestribus divivuli arenosi ad portum Princess Royal Harbour m. Dec. 1840 Herb. Preiss. No. 1020.

„Frutex 4-pedalis.“

5. ***Eutaxia reticulata* n. sp.**, ramis strictis, pubescentibus; foliis ternatim verticillatis, imbricato-adpressis, ovatis, obtusis, glabris, leviter carinato-complicatis, 1-nerviis, reticulatis; pedicellis infra ramorum apicem axillaribus, solitariis; calycis villosi labio superiore acute bifido inferiorisque lobis lanceolatis acuminatis.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, m. Oct. 1840 specimina pauca imperfecta Herb. Preiss. No. 870.

„Frutex pedalis, strictus.“ *Rami* tenues, tamen rigidi, foliis undique tecti. *Stipulae* nullae. *Folia* sessilia, 2-3 lin. longa, basi 1-2 lin. lata, obtusa, venis acute prominulis dense anastomosantibus scrobiculato-reticulata, lacte viridia. *Flores* magnitudine et structura fere *E. parvifoliae*, sed calyx cano-villosus latior basi vix attenuatus et lacinae latiores minus (nec setaceo-) acuminatae. *Carina* latior ovato-oblonga obtusissima atropurpurea. *Alae* aurantiacae. *Vexillum* orbiculare, leviter emarginatum, dorso atropurpureum, antice aurantiacum. *Ovarium* subsessile, villosum, bivulatum, stylo glabro fere longius. Caet. ignota. — An vere hujus generis?

6. ***Eutaxia cuneata* n. sp.**, ramosissima, glaberrima; foliis oppositis, obovato-oblongis, cuneatis, apice rotundatis v. obtusiusculis, dorso convexis 1-nerviis subaveniis; pedicellis axillaribus, solitariis, floribus nutantibus; calycis labio superiore truncato emarginato, inferioris lobis lanceolatis acutis.

In rupestribus collium Konkoberuphills (Kent) d. 19. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1022.

„Frutex 3-pedalis.“ *Rami* ramulique semipatentes, foliorum cicatricibus densissime denticulati. *Folia* exstipulata, decussato-opposita, coriacea, supra lacte viridia, subtus saepe sanguinea, initio erecta imbricato-adpressa et plus minus complicato-concava, demum laxiuscula saepeque fere plana, nervo parum prominulo, venis supra magis quam subtus conspicuis. *Pedicelli* infra ramulorum apicem axillares, vix lineam longi, bracteolis exiguis acutis. *Calyx* subcurvo-campanulatus, sanguineus, laevis, subnervis, labiis subaequilongis, superioris laciniis 1 lin. latis. *Petala* aurantiaca v. rubra? vexillo orbiculari subemarginato medio saturatiore, carina atropurpurea fere recta. *Legumen* sessile, lanceolatum, turgidulum, parce pilosum, 2-spermum. *Semina* atra, opaca, stropholiola parva subbifida. — Affinis *E. parvifoliae* et *myrtifoliae*; a priore distincta: foliis obtusis apice magis dilatatis floribusque dimidio majoribus et praecipue calycis laciniis haud acuminatis, labio superiore brevissime emarginato; a posteriore: ramis haud virgatis, foliis magis approximatis (vix 1 lin. ab invicem distantibus) obtusissimis v. vix acutiusculis (nec unquam attenuato-pungentibus) aveniis v. obsolete penni-

venis, minoribus (3-4 lin. longis, $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ lin. latis) floribus solitariis, pendulis, dimidio majoribus et calyce ampliore.

7. **Eutaxia myrtifolia** R.Br. DC. prodr. 2, p. 109.
Dillwynia myrtifolia Sm. — *D. obovata* Labill. Nov. Holl. t. 140. (Lam. ill. t. 952.) Bot. Mag. t. 1274.

In divulo arenoso ad portum Princess Royal Harbour, d. 27. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1019.

„Frutex 2-5-pedalis.“

GASTROLOBIUM R.Br. Endl. gen. n. 6443. Meisn. gen. p. 81. (58.)

1. **Gastrolobium bilobum** R.Br. Bot. Reg. t. 411! DC. prodr. 2, p. 110.

In rupestribus circa oppidum Albany (Plantagenet) d. 25. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 799. (fl. et fr.)

„Frutex 6-pedalis.“ *Folia* pleraque non cuneata, sed arcuato-attenuata. *Racemi* fructiferi fere umbelliformes, rhachi vix 2-3 lin. longa, pedicellis radiantibus 4-5 lin. longis.

2. **Gastrolobium trilobum** Benth. in Lindl. Swan River p. XIII, n. 52. Walpers repert. I. p. 573: glabrum, foliis oppositis ternisve, crassis, euneato-trilobis, lobis late lanceolatis, integerrimis, spinoso-mucronatis, intermedio majore; racemis axillaribus terminalibusque, laxis, folium subaequantibus, calycis leviter sericei labio superiore longiore breviter bifido, ovario stipitato villoso.

In glareosis sterilibus prope Williams (Wicklow) m. Mart. 1841. sterile. Herb. Preiss. No. 825. (Drummond n. 187 et coll. I.)

„Frutex bipedalis.“

3. **Gastrolobium tricuspdatum** n. sp., ramis pubescentibus, foliis oppositis ternisque, euneatis, apice truncato- v. emarginato-bilobis, medio lobisque mucronatis, supra laeviusculis, subtus dense minuteque serobiculato-reticulatis, junioribus eano villosiusculis; pedicellis axillaribus, fasciculatis, brevissimis; calycis sericei lobis subaequilongis, lanceolatis, acuminatis, superioribus altius connatis parum latioribus, ovario sessili sericeo, stylo compresso glabro.


In region. interior. Australiae merid.-occid., m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 839.

β **latifolium**, foliis majoribus, dilatatis, explanatis.

Swan River. Drummond n. 212.

γ **subinermis**, foliis parvis, apice rotundatis retusisve medio tantum mucronatis.

In plantis arenosa Quangen (Victoria) d. 20. Mart. 1840. sterile. Herb. Preiss. No. 830.



Frutex facie fere *Lambertiae echinatae*, ramis rigidis, erectis, dense foliosis ramulisque teretibus pube molli densa brevi sordide cinerea v. albida villosa-tomentosis, internodiis semipollicaribus v. brevioribus. *Stipulae* setaceae, vix rigulae, 3-4 lin. longae, erectae, nigrae, pubescentes. *Folia* teratium verticillata, rarius opposita v. hinc inde sparsa, rigide coriacea, laete viridia, cum petiolo (vix $\frac{1}{2}$ -1 lin. longo) 8-10 lin. longa, apice 3-4 lin. lata, complicata (in var. β 1-1 $\frac{1}{2}$ poll. longa, 5-7 lin. lata plana; in γ 3-6 lin. longa, 2-3 lin. lata, explicata, margine recurvo) cuneato-attenuata, basi acuta v. rarius (in γ) obtusa, apice nunc emarginata v. satis profunde biloba, nunc (praecipue in β) rotundata v. subretusa, lobis lateralibus rotundatis (rarius acutiusculis) mucronulo pungente recto semilineam longo fusco (in var. γ deficiente) sinuque intermedio simili mucrone nervum medium terminante apiculatis, nervatione supra immersa obsoleta, subtus prominula, nervo medio crassiusculo, venis pinnatis obsoletis, interstitiis reticulatae densa minute scrobiculatis v. quasi impresso-punctatis; juniorum pagina utraque cano-villosiuscula, demum (praecipue superiore) glaberrima. *Pedicelli* in singulis axillis 2-3 (raro solitarii) e tuberculo obsoleto (racemi axi contracto) orti, $\frac{1}{2}$ -1 lin. longi, ebracteati. *Calyx* campanulatus, rufus, pube brevi adpressa albido-subsericeus, 3 lin. longus, semiquinquefido-bilobatus, lobis erectis triangulari-lanceolatis acuminatis, labii superioris altius connatis vix latioribus. (Petalae staminibus non vidimus.) *Ovarium* sessile, ovatum, acuminatum, sericeo-pilosiusculum, 2-ovulatum, stylo compresso-filiformi basi puberulo supra glabro apice in nervo fere brevius. *Stigma* acutum. *Legumen* — Species stylo compresso et ovario sessili ad *Spadostylen* quodammodo accedens, sed calyce discrepans et certe *Gastrolobio* adnumeranda. Formas tres nobis obvias, etsi primo vultu foliis satis diversas, mere tamen unius speciei varietates esse, probatur foliorum consistentia et reticulatioe, stipulibus et ramorum pubescentia in omnibus specimenibus penitus iisdem. Var. γ sola, ejus flores ignoti, forsitan specificiter distincta, quod tamen dubitamus.

4. ***Gastrolobium ilicifolium* n. sp.**, ramis, foliis junioribus calycibusque subsericeo-villosiusculis; foliis ternis oppositisque, obovatis oblongisque, basi integra cuneatis, apice v. ultra medium spinoso-dentatis, planis v. undulato-sinuatis, supra laevibus, subtus penniveniis minuteque reticulatis glaucis? demum glabris; racemis axillaribus abbreviatis, calycis lobis subaequalibus, superioribus 2 altius connatis vix latioribus, ovario stipitato villosa.

In limoso-lapideosis umbrosis ad latus septentrionale montis Bakewell (York) d. 8. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 821. et in region. interior. Australiae merid. occid., n. Febr. 1841. No. 829. (Drummond n. 211.)

„Frutex 4-pedalis,“ ramis validis, strictis, pubescentia *G. trispidati*. *Folia* (fere *Plagiolobiorum*) brevissime petiolata, terna v. rarius opposita, 1-2-pollicaria, 5-16 lin. lata, rigide coriacea, laete viridia (juniora subtus glauca?) reticulatioe tenui densa (paulo tamen laxiore ac praecedentis); variant (saepe in eodem ramo) circumscriptione obovata, elliptica et oblonga, basin versus brevius longiusve cuneato-augustata, margine ab apice ad medium usque vel ultra sinuato-dentato, sinibus levissimis fere rectilineis aut profundioribus $1\frac{1}{2}$ -6 lin. latis, mucronibus $\frac{1}{4}$ -1 lin. longis, apice acuto aut praemorso-truncato (semper tamen mucronato.) *Racemi* circiter semipollicares (juniores contracti, fere capituliformes) satis dense multiflori. *Calyx* paulo minor quam praecedentis, structura fere eadem. *Corolla* calyce vix duplo longior, *retillo* suborbiculati leviter emarginato *alisque* „aurantiacis“, *carina* obtusissima purpurea. *Filamenta* libera. *Ovarium* longiuscule villosum, 2-ovulatum, stylo glabro filiformi compresso brevius, stipite vix calycis tubum aequante. *Stigma* obtusum. *Legumen*

5. **Gastrolobium spinosum** *Benth.* in Lindl. Swan River p. XIII, n. 48. Walpers repert. I. p. 573: glaberrimum, foliis oppositis, sessilibus, late ovatis, cordatis, sinuato-dentatis, spinoscentibus; racemis terminalibus, calycis labio superiore lato breviter bifido, ovario longiuscule stipitato villosa, legumine glabro.

In solo sublimoso inter rupium rimas prope Cataractam ad caput fluvii Cygnorum, d. 25. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 1130. in planitie arenosa Quangen (Victoria) d. 20. Mart. 1840. No. 1135. et in regionibus interior. Australiae merid.-occid. No. 1129 et 1134. (Drummond n. 186.)

„Frutex 2-4-pedalis, squarrosus.“ *Rami* juniores glauci. *Folia* elegantè denseque reticulata, nervo venis venulisque in utraque pagina acute prominulis. *Racemi* terminales et axillares, 1-1½-pollicares, folia summa duplo et ultra superantibus, pedicellis calycem subaequantibus; *calyx* 2½-fere 3 lin. longus vix dimidium corollam aequans. *Legumen* glabrum, oblongum, subventricosum, utrinque aequum, turgidum, 5 lin. longum, valvis 2 lin. latis obsolete venosis laevibus fuscis. *Semina* oblonga, nigra, laevia, strophiolata. — Variat foliis nunc ovatis, fere bipollicaribus sesquipollicem latis, margine subnerviformi utrinque 4-5-spinoso (No. 1134.) nunc late triangulari-ovatis, saepe latioribus quam longis (5-12 lin. longis, 8-18 lin. latis) basi saepius rectilineo-truncatis, margine utrinque 2-4-spinosis (No. 1130.) foliis deltoideo-ovatis, basi semper plus minus cordatis, 8-16 lin. longis, 6-12 lin. latis, margine simpliciter prope medium 2-1-spinulosis v. line inde inermibus, spinulis totiusque laminae consistentia tenuioribus (Preiss. n. 1129 et Drum. 186.) denique foliis spinoso-5-angulis, 4-8 lin. longis latisque basi subtruncatis.

6. **Gastrolobium Preissii** *n. sp.*, glabrum, foliis oppositis, subsessilibus, crassiuscule coriaceis, cordatis, spinoso-mucronatis, margine sinuatis spinoso-dentatis integerrime, utrinque laevibus; racemis terminalibus axillaribusque, folio vix longioribus; calycis labio superiore breviter bifido, lobis obtusiusculis, inferioris lobis acutis vix angustioribus, ovario longiuscule stipitato villosa.

In solo sublimoso district. Hay, d. 8. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1131. et in region. interior. Australiae merid.-occid. No. 1133.

α foliis late ovatis (8-12 lin. longis, 7-10 lin. latis) sinuato-dentatis, dentibus spinoscentibus utrinque 2-3. No. 1131.

β foliis cordato-deltoidis (8-11 lin. longis, basi 3-6 lin. latis, apicem versus sensim attenuatis) integerrimis No. 1133.

Species praecedenti simillima, sed praeter notas indicatas floribus minoribus et ovario longius villosa facile dignoscenda. „Frutex 3-pedalis.“ *Foliorum* nervus venaeque primariae visibiles quidem, sed omnino immersae aut vix ac ne vix prominulae et interstitia potius minute puncticulata quam vere reticulata. *Racemi* 6-10 lin. longi. *Calyx* pedicello plerumque duplo longior (2 lin. longus) lobis margine pubescentibus. *Ovarii* stipes calycem fere aequans. — A *G. cordato* *Benth.* differt foliis aentis, pungentibus, angustioribus, non semper integerrimis, floribus multo minoribus.

7. **Gastrolobium villosum** *Benth.* l. c. n. 46. Walp. l. c. p. 573: foliis oppositis, ovato-lanceolatis, cordatis, obtusis, setaceo-mucronatis, margine undulatis, subtus ramisque molliter villosis; racemis terminalibus axillaribusque



demum elongatis; bracteis lanceolatis, acutis, fuscis, calyce subbilabiato longioribus, deciduis, ovario longiuscule stipitato villosa.

In limoso-calculosis sylvae prope Halfwayhouse (Darling's-range) d. 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 810. (Drummond n. 194.)

„Frutex decumbens.“ *Rami* adscendentes? satis firmi. *Stipulae* setaceae, 3-6 lin. longae. *Folia* 10-20 lin. longa, 5-14 lin. lata, reticulata, margine constanter integerrima inermia, interdum immo (Drumm. n. 194.) plana v. vix undulata. *Racemi* erecti, cum pedunculo 1-2-pollicari demum 5-7-pollicares, floribus (fere *G. Preissii*) oppositis v. subverticillatis, bracteis 3-5 lin. longis calycibusque pubescentibus, pedicellis calyce dimidio brevioribus. *Vexillum* aurantiacum, *carina* albaeque purpureae. *Legumen* subglobosum, pisi majoris mole, pilosiusculum, stipite calycem subacquate (immaturum.)

8. **Gastrolobium parvifolium** Benth. l. c. n. 47. Walp. l. c.: ramis pubescentibus, foliis ternis, erectis, oblongis, obtusis, mucronatis, integerrimis, crassiusculis, reticulatis, glabris, junioribus glaucis; racemis terminalibus; bracteis oblongis, fuscis, deciduis; calycis glabriusculi labio superiore lato, emarginato, ovarii villosi stipite incrassato.

In limoso-arenosis planitiei montis Bakewell (York) d. 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1017.

„Frutex 4-pedalis.“ *Rami* graciles, erecti. *Stipulae* tenerae, setaceae, 1-1½ lin. longae, deciduae. *Folia* vix semipollicaria, sesquilineam lata. *Racemi* 2-3-pollicares. *Flores* fere *G. villosi* et *Preissii*, calyce fere *G. spinosi*, labio superiore lato truncato brevissime emarginato.

9. **Gastrolobium calycinum** Benth. l. c. n. 51. Walp. l. c.: ramis glabris, foliis ternis oppositisque, lanceolatis oblongisve, aristato-mucronatis, integerrimis, glaucis; racemis axillaribus et terminalibus laxae paucifloris, calycis ampli glabriusculi labio superiore lato bifido, ovario stipitato, legumine villosa.

In limoso-calculosis montis Bakewell (York) d. 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 836. et in sublimosis district. Goderich, m. Dec. 1840. No. 835. (Drummond n. 203.)

„Frutex 2 3-pedalis.“ *Stipulae* setaceae, subspinescentes, demum patentes 2-3 lin. longae. *Folia* plerumque pollicaria, 5-6 lin. lata, petiolo ½-1½ lin. longo. *Racemi* 2-3 pollicares. *Bractae* fuscae, ovatae, acuminatae, florem amplectentes, 3-5 lin. longae. *Calyx* 3-4 lin. longus, latus, basi breviter attenuatus, labio superiore latiusculo bifido. *Petalorum* forma et color praecedentium. *Ovarii* villosiusculi ovato-subglobosi (mole nuclei cerasini) stipes vix calycis tubum aequans.)

*) **G. Drummondii** n. sp., ramis gracilibus, puberulis; stipulis setaceis, erectis, petiolos longiusculos vix superantibus; foliis ternis, lanceolatis, pungenti-mucronatis, reticulatis, glaucis; racemis axillaribus terminalibusque, laxiusculis, calyce pubescente. . . . Swan River. Drummond n. 204 et coll. I. — Habitu foliisque **G. calycino** simillimum, sed notis indicatis, praecipue petiolo duplo-triplo longiore (1½-2½ lin. longo) foliorum reticulatione fortiore, calyce minore (2½-3 lin. longo) adpresse cano-pubescente ejusque labio superiore angustiore facile dignoscendum. Folia nonnunquam elliptica, 11 lin. longa, 8 lin. lata.

10. **Gastrolobium oxylobioides** Benth. l. c. n. 50? Walp. l. c., β *microcarpum* nob., ramis apice puberulis; stipulis setaceis, erectis, petiolo brevissimo multo longioribus non spinescentibus; foliis tenuis, elliptico-lanceolatis, spinoso-mucronatis, utrinque attenuatis, tenuiter reticulatis, subtus subsericeis; racemis axillaribus terminalibusque, folia subsuperantibus, calycis labio superiore obtuso bifido; legumine stipitato, ovato, turgido calyceque pilosiusculis parvis.

In region. interior. Australiae meridionali-occidentalis, m. Febr. 1841. Herb. Preiss. No. 816, 817. (Drummond. n. 205.)

An nova sp.? e speciminibus suppetentibus imperfectis a diagnosi l. c. nimis brevi non satis dignoscenda, *G. calycino* foliis simillima, et calyce jam distinctissima. *Stipulae* tenues, erectae, 3 lin. longae, nunquam patentis nec spinescentes (in specim. Drummond. $1\frac{1}{2}$ -2 lin. longae; petiolo vix longiores.) *Racemi* laxiusculi, bractae fugaces, *Pedicelli* $\frac{1}{2}$ -1 lin. longi. *Flores* nutantes, iis *G. parviflori* paulo minores, aurantiaci, *carina* purpurea. *Calyx* 2 lin. longus, corolla vix dimidio brevior pubescens, labiis subaequalibus tubo basi vix attenuato brevioribus, superioris lobis parum latioribus rotundatis, inferioris ovatis acutis. *Legumen* vix 2 lin. longum (in *G. calycino* circ. duplo majus) stipite calycem (in illa vix ejus tubum) subaequante.

11. **Gastrolobium Lehmanni** n. sp., ramis tomentosis; stipulis setaceis, petiolum subsuperantibus; foliis oppositis, oblongis, obtusis, obsolete mucronulatis muticisve, margine subrevoluto obsolete crenulatis, supra reticulatis glabris, subtus adpresse cano-villosis, racemis axillaribus brevissimis, fasciculiformibus, calycibus sericeis.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occid., m. Febr. 1841. Herb. Preiss. No. 806.

Species foliis, inflorescentia floribusque *Oxylobio capitato* multo similior quam congenerum ulli. *Rami* virgati, teretes, albido-tomentosi. *Folia* $1\frac{1}{2}$ -2-pollicaria; 6-7 lin. lata, utrinque aequaliter attenuata, apice obtuso v. interdum retuso mucronulo vix conspicuo deciduo terminata, margine leviter recurvo nervulis prominulis quasi irregulariter minuteque crenulata, coriacea, supra viridia et minute reticulata (nervo medio impresso venisque inconspicuis) subtus pube albida densa adpressa brevi reticulationem praeter nervum venasque primarias occultante tecta, petiolo sesquilineam longo. *Racemi* axillares, propter pedunculum communem valde contractum obsoletum potius capitula v. fasciculus referentes, 6-10-flori, pedicellis vix lineam longis, calyce dimidio brevioribus. *Calyx* sericeus, campanulatus, semi-5-fidus, lobis 2 superioribus paulo altius connatis latioribusque. *Petala* subaequilonga, longiuscule unguiculata, vexillo ovato-subrotundo integro medio atropurpureo margine alisque obovato-oblongis cuneatis aurantiaco, *carina* rectiuscula obtusa atropurpurea. *Filamenta* filiformia, glabra. *Ovarium* breviter stipitatum, oblongum, villosum, biovulatum! stylo tenui compresso incurvo paulo brevius. *Ovula* estrophiolata. *Legumen*.

12. **Gastrolobium obovatum** Benth. in Lindl. Swan River p. XIV, n. 53. Walp. l. c. p. 573: foliis oppositis sparsisve, cuneato-obovatis, acutis, mucronatis, integerrimis, junioribus ramisque sericeis, adultis glabris; racemis axillaribus, densis, paucifloris; calycis sericci labio superiore bifido; ovario stipitato, villosa.



An hinc *Gustrotobium* species?
S. microphyllum R. Br.

1. *Sclerothamnus diffusus* Ferdn. M.
Lignum desideratum sed ovarium
pedicellatum. Rarior nostris
an hic specifico distat ab alia
a cl. Poiss. communicata, quoniam
solummodo folia latiora & bre-
viora et habitus magis ramos-
us & diffusus, ponne an ne no-
strum Brunonianum sit.

In arenosis inter montem Par-
kuri & fluvium Murray in fru-
tuetis Oct. 1848, atque ad ripas
fluvii ipsius haud longe ab officio.
Frut. 1-2' sem. In collibus
calvaris prope Ennseld Oct. 2.
In *Frut. austr. austr. p. 10* Gaertn. Linn.

2. *Strickus* Ferdn. M.
alt. f. n. 74. vide *S. microphyllum*
aucta carina magna ex parte subella
Sept. 5.

S. microphyllum R. Br. Post Lewis

3. *Spinulosus* Ferdn. M. N. Frey.
Confer *Rosa*? *Phylocista*? *decussata*
Ferdn. M. aliu, quae hujus lori
et foliis oppositis disjuncta.
Type legi plantam in fruticosa
inter oppidum Strotz-halbun
& fl. Murray, Oct. 1848. Sem. frut. 1-3'
Frut. 1-3'. Pixillum luteum
purpurascens striatum. Ca-
rina (pordide) purpurea. Flor. odor.
Hic *Eutaxia imbrifolia* Schlechtend.

4. *Plectilis* Ferdn. M. (*Gustrotobium*)
Ramus tenuibus, foliis magis diffu-
sit. ab antecedente abhorret.
Frut. humilis in collibus ante montes
urbis Adalidis proximos. Excurrens Nov
1848.

Frut. et sem. *Sclerothamni* *microphylli* *R. Br.* et *Sclerothamni* *diffusi* *Ferdn. M.*

M. Kumanakata semis

Frut. et sem. *Spinulosi* *Ferdn. M.*

Frut. et sem. *Plectilis* *Ferdn. M.*

In solo limoso-arenoso et in calciosis ad latus occidentale et septentrionale montis Bakewell (York) d. 8. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 874, et ex parte No. 800. et in region. interior. Australiae merid.-occid. No. 819. (Drummond coll. I, sine no.)

β **verticillatum nob.**, foliis ternatim v. quaternatim verticillatis, rarius oppositis sparsisve, rhomboideo-ellipticis (6-9 lin. longis, medio 4-6 lin. latis, utrinque aequaliter cuneato-attematis.)

Swan River. Drummond n. 206.

„Frutex 2-3-pedalis.“ *Folia* 5-10 lin. longa, $2\frac{1}{2}$ -5 lin. lata, plerumque complicata et basin versus cuneato-angustata, apicem versus (nec medio) latiora, utrinque minute reticulata, apice saepius paulo recurva. Inflorescentia, petala et stamina *G. Lehmanni*, sed flores fere duplo minores. *Pedicelli* calycem aequantes v. parva breviores, $1\frac{1}{2}$ lin. longi. *Calycis* lobi setaceo-acuminati. *Vexillum* suborbiculare, levissime emarginatum. *Ovarii* breviter albo-villosi biovulati stipes calycem subaequans pilosus. *Legumen* non vidimus.

13. **Gastrolobium spathulatum Benth.** l. c. n. 54.

Walp. l. c.: foliis ternis sparsisve, spathulatis, apice dilatato retusis v. emarginato-bilobis, margine integerrimis, deorsum valde angustatis, junioribus ramisque sericeis, adultis glabris; racemis axillaribus, abbreviatis, subcapitatis; calycis sericeo labio superiore emarginato-bifido; ovario stipitato, villosis.

In calciosis ad latus septentrionale montis Bakewell (York) d. 8. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 800, ex parte. (Drummond n. 208 et coll. I.)

„Frutex bipedalis.“ *Folia* apice emarginato-biloba, lobis rotundatis, sinu mucronulo debili recto v. recurvo deciduo munito, reticulatione paulo grossiore et stipulis longioribus quam *G. obovati*, cui inflorescentia florumque magnitudine structura et colore simillimum. *Legumen* ventricosum-ovoideum, magnit. pisi, villosiusculum, intus papillosum!

14. **Gastrolobium Brownii n. sp.**, ramulis puberulis;

stipulis minutis, setaceis, deciduis; foliis ternis oppositisque, subsessilibus, cuneato-oblongis obovatisve, obtusis, mucronatis, planis, reticulato-penniveniis, glabris, pedunculis axillaribus folio dimidio brevioribus, corymboso-paucifloris; calyce pedicello vix longiore, puberulo, dentibus 2 superioribus brevibus obtusiusculis, inferioribus 3 acutis; ovarii villosi stipite pubescente, calycem subaequante.

In rupestribus summitatis montis Wuljeup (Plantagenet) d. 13. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 802.

„Frutex 8-pedalis.“ *Habitus* praecedentium. Differt a *G. spathulato*: foliis basin versus minus angustatis, apice nunquam emarginato-bilobis, mucrone fortiore pungente semilineam longo recto; a *G. obovato*; foliis apicem versus nunquam attenuato-acutatis, mucrone brevioribus; ab utroque: foliis basi obtusis, reticulatione laxiore, venis primariis magis quam venulae interstitiales conspicuis, pedunculo communi magis conspicuo ebracteato apice tantum 2-3-floro et calyce parce puberulo vix sericeo subglabrescente).

*) **G. Hookeri n. sp.**, ramis villosiusculis; stipulis setaceis, parvis, persistentibus; foliis oppositis, ovali-oblongis, utrinque vix angustatis, basi rotundatis, apice obtuso v. subretuso submuticis, tenuiter reticulatis, junioribus pubescentibus; racemis

15. **Gastrolobium epacridoides** *n. sp.*, ramis virgatis, gracilibus, villosis; foliis ternis, exstipulatis, sessilibus, patulis, ovatis, acutis, pungenti-mucronatis, utrinque reticulatis glabris, axillis 1-2-floris, pedicellis calycem subaequantibus, calycis adpresse cano-pilosi lobis tubo brevioribus acutis, superioribus 2 altius connatis; ovario brevissime stipitato.

In rupestribus ad jugum montium Darling's-range prope Cataractam (Perth) d. 16. Jan. 1840. Herb. Preiss. No. 837. (Drummond n. 196.).

„Frutex 3-pedalis.“ *Folia* sessilia, basi rotundata, haud cordata, nervo subtus acute prominulo, venis primariis in reticulatione vix distinguendis. *Legumen* ovato-globosum, nuclei cerasini mole, mucronatum, pilosiusculum, 2-spermum, intus laeve glabrum. — A *G. acuto*, (saltem quoad specim. nostra et Bot. Mag. t. 4040.) cui pubescentia, inflorescentia, florumque magnitudine convenit, differt: stipularum defectu! foliis late ovatis (3-7 lin. longis, 2-5 lin. latis) reticulatione densiore paulo obtusiore v. minus prominula, calycis lobis acutis, nec acuminatis, et petalis (praecipue alis carinaeque) paulo majoribus.

EUCHILUS R.Br. Endl. gen. n. 6444. Meisn. gen. p. 81. (58.)

1. **Euchilus obcordatus** R.Br. Bot. Reg. t. 403! Bot. Cab. t. 60. DC. prodr. 2, p. 110. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 80.

In calculosis ad jugum montis Baldhead (Sinus Regis Georgii III.) d. 16. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 804.

„Frutex decumbens. *Vexillum* alaeque crocea, *carina* purpurea.“

2. **Euchilus linearis** Benth. in Hügel Enum. p. 35, n. 104; Ann. Wien. Mus. 2, p. 80. Walpers repert. 1. p. 574: foliis alternis (varius oppositis) linearibus, margine revolutis; pedicellis axillaribus, 1-floris, folium aequantibus.

In arenosis inter frutices densos prope Pineapple (Perth) m. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 879 et 1110. (Drummond n. 195 et coll. I.)

axillaribus brevissimis, fascienliformibus, densiusculis; calyce scriceo, pedicello multo longiore, labio superiore bifido, inferiore 3-partito, lobis acuminatis; ovarii villosi stipite calycem subaequante. — Swan River. James Drummond, n. 209. — Simillimum **G. Brownii**, sed ramorum calycisque pubescentia fortiore, foliis haud emcatis basi rotundatis v. subcordatis, mucronulo brevissimo deciduo, venis primariis in reticulatione vix distinguendis, inflorescentia densiore pluriflora et calycis dimidio longioris densiusque pilosi lobis acuminatis bene distinctum. **G. acutum** Benth. l. c. n. 55. Walp. l. c. p. 574. Bot. Mag. t. 4040! ramis villosis; foliis ternis, ovatis v. ovato-lanceolatis, acutis, pungenti-mucronatis, integerrimis, adultis glabris; racemis axillaribus abbreviatis, paucifloris; calyce villosa, subbilabiato; ovario sessili, villosissimo. — Swan River. J. Drummond, n. 213. — *Folia* speciminum nostrorum (cum ic. cit. exacte convenientium) 6-9 lin. longa, 2-2½ lin. lata (nunquam ovata) acutata-pungentia, grosse reticulata novella subsericeo-pubescentia. Calyx pedicello dimidio longior, 2½ lin. longus, basi attenuatus, cano-villosus, lobis tubum aequantibus acuminatis.

Remanet explorare, an annes Jalt
 senaeae species huius memoratae
 ad genus contractum pertineant
 vel sine partim ad genus Phyllon
 (Siquelis nullis etc.) sint referenda
 Spadophyllis (Jalt. aff.) Cunninghamii
Maq. in Bull. de Murray.
 leaves heart shaped glaucous like European
 Elythorhiza. Flowers bright yellow. Mtl.

x Pullinaca hypoleuca Sieber.
 In glaucis humilium humiliorum
 subvicinia fluminis Ochkaparingae
 Fruticulus decumbens, ramis adpre-
 dentibus. Mart. 9. 1849.

x { P. fasciculata Wenth.
Pullinaca monticola Ferd. Muell.
 In sequenti differt foliis sin-
 coronatis magis curvatis flo-
 ribus majoribus et forsan alis
 notis adhuc deliquidis. In var.
 dittoynia sp. hb. N. J. II sine num.
 In montibus 3-4000' altis. proft. Jan 1848

x Pullinaca hemiphalia Br.
 hb. J. n. 48 - In campis florilibus
 frutibusque prope Rivoci Way
 Oct. 1848. In St. Murray in
 aruosis Oct 48. In foresta Mtl.
 glaberrima Ferd. Muell.

x P. montium locis aruosis
 lapideis prope Patacanum St.
 Morris in interioribus Nov. Haec
 austr. inter Guichen Way & montem
 Burr! Oct 1848 & Mtl.

x Pullinaca fasciculata Ferd. Muell.
 (Went. p. 58.) ~~prostrata~~
 ad fl. Ochkaparingam. Frutex dif-
 fusus prostratus. Dec. 1848.
 Formas duas satis limitatas obser-
 vavi nempe: a gracillimam paucim-
 litem & robustam diffusam.

In collibus aruosis
 prope Rivoci Way
 Mart. 16. 1848

Pulsanaca largiflora Fernald

In montibus P. ferruginea var? olim in
Calliburg non Rudge, quae ^{jam} dissipat
Habitat in ramis junioribus villatis
vixit Kewby non Crisp
brook & haud feracis. — fr 1-2'

In montibus praecipue satis
viridibus inter praeserta;
Lappi-range, Kugel-range
Frut. infra simplicia supra ra-
mosa v. ramosissima secundum
ramos largam capitulorum
pauciflorum copiam gerens.
Sequens in pl. viva notari:
Frutex 1-2' ratiore humilitatis
robustus; vexillum vitellinum
frais & maralis atro-aurantia
inca capitulum pallide-vitellinum
corina atro-sanguinea. Sept-Nov.

Monte M. Remarkable tenuis.
Legumen compressum gibboso-ovatum
obovatum 2-3" 1-2" glabro fusco. Stamina
ovoides 4-500-nigrescentia 1" lg. opaca ramulata albida

P. cardiophylla Fernald
P. cardiophylla Fernald. antea
minor, foliis obcordatis gla-
briusculis.

Pulsanaca magnifica Fernald
Ad St. James prope York-town
Va. Frut 3-4' hb. N. 957. Habitat epaeoideis
Fruiti ramulos

P. densifolia Fernald
Sperminum nondum florum.
Galwa. hb. N. f. n. 8 nom. 1847.

P. bilobae & parvifoliae cognata,
foliis ramis glabris distincta

P. curvifolia Fernald & concolor Fernald
corollis concoloribus haud maculis
vniusque atropurpureis notatis.
In paludibus prope George Town,
Jamaicae, hb. N. 867. 1'

Mr. Fernald's name

x
 P. *planchalis* Fr. *laticis*
capituli *marginibus* *fructibus*
ovariis *placitis*
 Fruct. multo *magis* *compressis*
 1891. 21. *capituli* *non*

P. Gunnii South
 velutina! Ferd Müller
 P. Striata hb. St. non Sims
 Ad Pt. South Esk river Tasm. hb.
 St. II n. 11! Fr. 3-4! Oct 1848.
 A pl. Simonsiana (vray. diagn. Dou.)
 clypea foliis infra pilis adpressis
 tenuissimis hirsutis, mucosis, oblongis
 a nostra viz diuusa praeterea
 indumento calycis & ramorum
 pilos - velutino reb.
 Fructulum hb. St. I n. 94. viz differt.
 Ad flumen (ygnat-river in collibus
 rupes tribus) Nov. 49. hb. St. 659.
 laxis pinnibus ad postum cygnorum
 hb. St. 604. Ad 4! alt. P. St. 604
 & 604. St 888.

300
 300
 boreali
 acid.
 Tasm.
 hb. St.
 379.
 4
 5
 1
 1

P. Striata Sims (non hb. St. 11.)
 In campis ^{intus} ad limites ori-
 entales ^{intus} coloniae Nova Holland.
 australis. Oct. 1848. ^{var. color fuscus, 15000}
 Stipes hucusque viz aliq. quam
 Tasmanica (abstrusa) inuent.
 Definitioni nimis breui Doniana
 bene convenit praesertim si nate
 "calyx pilos" verbum "silky"
 combinet. Inter placitas Dio-
 nicias a Stuartio communi-
 catas desuro. Habitus tam
 striatam v. diffusum hujus ab
 Striati! Fruct. 1-2!
 ygnat river prope Cygn-port Bay, 23
 In ora austro-orientali Tasmania! 2-3!
 P. hb. St. 608.

P. *angustifolia*
 Ferd Müller.
 11. hb. St. 914

P. *angustifolia* Ferd Müller
 Ad Pt. South Esk river, Tasm.
 hb. St. II n. 130. Fr. 3-4! Dec. 10. 48.
 A. P. subumbellata Stuartii
 differt capitulis modo figuratis
 bracteis arcte involucreatis a P.
 densa foliis laxioribus, floribus
 majoribus reb. Folia quaevis do-
 Pinnulae glaucae ^{longe} ^{diffusae} ^{non} ^{velone}
 non dispositione) In idigrofo ad St. St. Panti-
 Durnmo Nov. 49. 601! hb. St.

Sclerothamnis microphylla! Rob. Brown
Haud procul ab ora apud Koolfathaj.
Legit Geiss. N. 74. hb. ejusd.
Certe hujus generis et de specie vix dubito
quoniam quosdam usque cognita a Brownia
etiam in litore australi nov. Holl. detecta.

(*P. dactyloides*! Sm.)

P. cuneata Forst. foliis obovatis
venosis subtus. Forma foliorum
paucis *P. obcordatae* inclinans
inter folia longioribus non emar-
ginatis. Ad flum. Torrens! h. J. 4.
Nunc ad *P. obcordatam* Andr. retuli,
i. e. formam magnificam. Folia
saepe tri longiora quam lata, posticis
— frut. usq. ad 5' alt. Styllum suborbiculatum
apice sparsis basi stris purpureis donatum.
Namina longitudine carinae, alae vixito bre-
viorae carinae longiorae. In montibus: Cullapany
Lefly-range, Lefly-range Sept. Oct. 1846.

P. obcordata (Rob. Brown) Andr.
Lefly-range. Stuart N. 218.

quae plantam etiam in Tasmania
ad portum Cygnorum hb. N. 754
legit. 8-10'

P. ferruginea Bridg. Lefly-range! Oct 47
et Stuartian N. 193. Caespitum *P.*
Gargylarum noster

Pultinaca cardiophylla ^{coist. *P. largiporum*?}
Sp. ut in ea distincta diffinita

P. biloba HBK non solum termina-
libus sed etiam axillaribus, floribus
infra glabrescens, et *P. ferruginea*
Bridg floribus foliisque minoribus
his cordatis, a *P. sacculata* forma
foliorum non elliptica. h. J. N. 12

Fructus pulcherrimus raris strictis
purpure pilosiusculis aut isque foliis
et floribus parvis obis. Folia 1-1 1/2"
l. long. 1" lat., calyx ^{bracteis} ~~bracteis~~ subulatis
cavocretis, laciniis subulatis, Styllum vix
striatum, alae carinae longioribus longioribus
vixit.

„Suffrutex pedalis et ultra, strictus v. adscendens. *Flores* aurantiaci.“
Legumen ovale, compressum, tumidum, 4-4½ lin. longum, 3 lin. latum, moficum, adpresse pilosum, demum glabratum, suturis acutis, valvis convexis scrobiculato-punctatis intus laevibus glabris, stipite vix dimidium calycem (reflexum) acquante. *Semina* 2, oblonga, subsessilia, umbilico laterali estrophiolato.

PULTENAEA Sm. Endl. gen. n. 6446. Meisn.
 gen. p. 81. (58.)

PULTENEJA Hoffmannsegg. — **PULTENEAE** sect. I, DC.
 prodr. 2. p. 110.

1. **Pultenaea Brunonis** Benth. in Ann. Wien. Mus. 2. p. 81, n. 1. Walpers repert. 1. p. 574: glabra, foliis exstipulatis, anguste linearibus, apice latioribus, acutiusculis, subtus convexis enerviis; floribus ramulos terminantibus, solitariis, subsessilibus, bracteis ad basin ramulorum paucis, bracteolis exiguis nullisve; calyce brevissimo, membranaceo, subaequaliter 5-dentato; legumine compressiusculo, ovato, acuminato, calyce multo longiore.

In solo torfoso inter frutices densos planitie prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 8. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 876.

„Frutex 2-3-pedalis.“

2. **Pultenaea genistoides** n. sp., glaberrima, ramis apice subangulatis; foliis sparsis, exstipulatis, oblougolinaribus, obtusis, naticis, enerviis, laevibus, canaliculatis, dorso convexo apice carinato-incrassatis, junioribus ciliatis; floribus in apice ramulorum brevium basi squamato-bracteatorum solitariis, inter folia sessilibus; calyce brevissimo, subaequaliter 5-dentato; legumine brevissime stipitato, ovato-oblongo, adpresse pilosiusculo.

In solo torfoso prope villam b. Spencer (Plantagenet) d. 23. Sept. Herb. Preiss. No. 1021. et ad portum Princess Royal Harbour m. Nov. 1840. No. 1101.

Cum praecedente, cui inflorescentia et floris structura omnino convenit, propter calycem a *Pultenaeis* geminis longe discrepantem (membranaceum, cupulaeformem, vix lineam longum) forsitan generice separanda. A *P. Brunonis* differt: ramis validioribus, subvirgatis, obsolete angulatis, nigricantibus, foliis majoribus (4-5 lin. longis, 1½-2 lin. latis) apice dorso in carinulam brevissimam obtusam albidam incrassatis, caeterum laevibus v. obsoleteissime 1-nerviis, nec rugulosis, squamis ad ramulorum basin duplo majoribus (1½ lin. longis) triangularibus complicatis, flore ⅓ majore. — „Frutex 1-2-pedalis. *Folia* obscure viridia. *Flores* flavi.“

3. **Pultenaea aspalathoides** n. sp., ramis corymbosis, subsericeo-canescutibus; stipulis minutis, adpressis, deciduis; foliis linearibus, utriusque attenuatis, mucronatopungcutibus, reticulatis, in ramorum apice fasciculato-confertis laxe ciliato-pilosis, inferne remotiuscule sparsis

glabris; floribus in ramulorum apice subsolitariis, sessilibus, folia vix superantibus, bracteolis scariosis; calyce corolla duplo brevior, membranaceo, sericeo, subaequaliter 5-fido.

In solo turfoso-subarenoso sylvae et planitiei prope oppidum Albany (Plantagenet) m. Oct. et Nov. 1840, Herb. Preiss. No. 838 et 1195.

Facies fere *Aspalathi araneosae*. Sequenti valde similis, sed inflorescentia et praecipue calycis indole praecedentibus affinior. A sequente differt: ramis apice corymboso-ramosissimis, ramulorum foliis approximatis fasciculos mentientibus subacerosis multo angustioribus ($\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{2}$ lin. latis) pilis tenerimis fere lineam longis patentissimis diu persistentibus constanter vestitis, floribus subsolitariis folia vix ac ne vix superantibus et praecipue calyce dimidio minore tenuiter scarioso-membranaceo bracteolas (fuscas, diaphanas, truncato-obtusissimas) vix superante. — „Frutex bipedalis.“ *Folia* inferiora remotiora, sparsa, erecta, plana, glabra, saepe 10 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, summa dimidio breviora et triplo angustiora, carinato-v. complicato-subtriquetra, omnium nervo medio venisque primariis sub angulo recto ex eo ortis marginemque petentibus vix anastomosantibus utrinque prominulis. *Bracteolae* apice subtruncatae obsolete emarginatae v. 2-3-denticulatae, evidenter e stipulis connatis conflatae. *Calyx* subturbinatus, 2 lin. longus, lobis tubum subaequantibus triangularibus setaceo-acuminatis. *Vexillum* unicolor alaeque aurantiacae, *carina* purpurascens. *Legumen* non vidimus.

4. **Pultenaea aciphylla** Benth. in Hügel Enum. p. 35, n. 105; Ann. Wien. Mus. 2, p. 81. Walp. l. c. p. 574: ramis leviter caescentibus, stipulis minutissimis, adpressis; foliis lanceolatis, rigidis, pungentibus, reticulatis, adultis glabris; floribus ad ramulorum apicem subsolitariis v. paucis fasciculatis, bracteis paucis imbricatis, leguminibus ventricosis villosis.

In solo sublimoso district. Sussex, d. 9. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 833. in solo subturfoso-arenoso ad Stirling's-terrace, d. 21. Sept. No. 847. et in planitie prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 11. Oct. 1841. No. 848.

β **latifolia** nob., foliis ovato-oblongis (6-14 lin. longis, 3-6 lin. latis. Nec flor. nec fr. vidi, caet. vero *P. aciphyllae*.

In solo sublimoso distr. Sussex, m. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 1044.

„Frutex 6-8-pedalis.“ *Folia* 6-12 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ lin. lata, novella saepe pubescentia, mox glaberrima. *Flores* foliis summis paulo breviores. *Bracteolae* ad basin capituli 4-1-flori paucae, adpresse imbricatae, vix $\frac{1}{2}$ -1 lin. longae, inferiores triangulares acutae, superiores obtusae, dorso sericeae. *Calyx* herbaceus, sericeus, subcampanulatus, lobis tubo longioribus lanceolatis setaceo-acuminatis rigidulis, superioribus 2 paulo altius connatis latioribusque, sinibus extrorsum denticuliformi-prominulis. *Vexillum* intum, medio atropurpureum, flabellato-venosum; *carina* atropurpurea. *Legumen* junius oblique obovatum, compressum, 3 lin. longum, $2\frac{1}{2}$ lin. latum, adpresse pilosum; maturum subgloboso-turgidum, 4 lin. longum latumque, laxè molliterque pilosum, valvis intus dense pilosiusculis! *Semina* oblonga, nigra, subnitida, stropholiola pallida biloba parum longiora. — Variat ramis ramulisque glabris v. vix sericeis et dense cano-pubescentibus. — Species meo iudicio ad generis sectionem secundam (Capitata) nec ad primam (Paucifloras, quibus a cl. Benthani adscribitur) referenda; flores enim in nostris specimenibus, descriptioni l. c. caeterum optime congruis, plerumque 2-4 subcapitati, rarissime vero solitarii sunt et ab ipso cl. Benthani apud Hügel l. c. subcapitati, in Ann. Wien. Mus. l. c. vero subsolitarii dicuntur.

x *P. villigera*! Sieber. hb. St. N. 190.
Embaumta Bay! ^{Lofty-range!} fol. 12-2'
P. minutifolia ferd. Muller. aupp. nov.
 foliis minoribus oblongis, ligu
 (In diffinitu montis Bartine Apr. 48.)
 mine pubescenti, fuisse nitente ab ante
 recente recedens. Flor. fragrantis.

x *P. hypoleucopha*! Sieber. hb. St. 199.
 var. creta & decumbens
 Linn. *Procumbens* at say!

et hoc non distinguo varietatum
^{angustata}
P. attenuata, fol. basi versus
 angustatis hinc attenuatis
 calioribus, ut cum habitu capiori
 & ramis densius villosis extra
 abhorrens.

P. stricta ² *Simons* V. G. L. hb. St. 91.
 fol. eadem non sunt obovata sed basi ovata at
P. vestita ² *Rob. Brown* ^{ovata, cetera}
P. prominulata *Hook.* ^{quadrant. Conf. P.}
P. humilis ¹ *Smith* ^{villosissimam.} hb. St. 17.
 Lofty-range hb. St. 195.

x *P. oligantha* ferd. M. C.
 villosa-pubescenti, stipulis minutis
 e basi latiore subulatis, foliis line-
 aribus ovalibus apice et basi rotun-
 datis supra ^{longiter} ^{laevibus} ^{asperis} pub-
 es pubescentibus patentibus, & cori-
 bus axillaribus foliariis pedunculatis,
 utriusque laciniis tubera ac-
 ceutibus.

! Planta frutescens sub nomine *P.*
gracilioris ^{fol. ovata} ^{communis} sa-
 que hucusque ^{fol. ovata} ^{communis} ignota, hb. St. 216
 fol. 2-3" longa, vix lineam lata, ovata
 linearis, vix illam ovata ne quidem duplo
 longioris. *Lignum* ^{est}. Locus noster
 ignotus. (oblique ovate glabrum apicula-
 tum pallidum fol. 1 1/2-2" long 1" lat.)

Sim. ovata
 communis
 ovata villosa

5. **Pultenaea ochreatea** *n. sp.*, glabra, ramis filiformibus; stipulis membranaceis ochreiformibus, demum laceris deciduis; foliis sparsis, lanceolatis ellipticisve, muticis, planis v. supra concaeis, utrinque reticulatis; floribus ; legumine ventricosio-ovali, turgido, extus intusque pubescente.

In districtu Wellington, d. 5. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 1038.

A praecedente, proxime affini, notis indicatis facile distinguenda. *Rami* tenuissimi, laxi, flexiles, laeves, apice compresso-angulati. *Stipulae* intra axillam connatae in vaginam 1-1½ lin. longam, ramum arcte cingentem, tenere membranaceam, albam, basi rufam, nitidam, ochreas *Polygonorum* e sect. *Avicularia* imitantem, mox laceram, demum deciduam. *Folia* 3-4 lin. longa, 1-1½ lin. lata, obtusa v. vix acutiuscula, absque mucrone ullo, reticulatione pennis *P. aciphyllae*. *Flores* ramulos terminantes, solitarii, pedicello brevissimo squamulis scariosis imbricatis bracteolato. *Calyx* circ. 1½ lin. longus, lobis inferioribus triangulari-lanceolatis acutis. *Petala* *Legumen* sessile, 4 lin. longum, 2½ lin. latum, obtusum, 2-spermum, suturis acutiusculis, valvis convexis extus nigricantibus minute puberulis, intus pallidis dense pilosiusculis.

6. **Pultenaea ericaefolia** *Benth.* in Lindl. Swan River p. XIII, n. 45: ramis pubescentibus; stipulis erectis; foliis sessilibus, linearibus, muticis, margine involuto subteretibus, supra sulcatis, glabris, exsiccatione corrugatis; capitulis terminalibus, dense multifloris, hinc inde proliferis; bracteis laxiuscule imbricatis, membranaceis, fuscis, 3-fidis, laciniis ciliatis, lateralibus lanceolatis, intermedia bracteolisque subulatis; calycis bilabiati lobis subulatis ciliato-plumosis.

In glareosis inter frutices montis Greenmountain (Perth) d. 26. Apr. Herb. Preiss. No. 1189. in solo turfoso-arenoso inter frutices sylvae prope oppidum Albany (Plantagenet) d. 11. Oct. No. 1187. et in confragosis collium Konkoberop-hills (Kent) d. 19. Nov. 1840. No. 1186. (Drummond n. 248 et coll. I.)

„Frutex ½-1½-pedalis.“ *Rami* graciles, plerumque parum ramosi, apice interdum corymbosi. *Stipulae* demum semper, nec adeo tarde, deciduae. *Folia* acuta, mutica, rarius subobtusa, patula, scabriuscula. *Involucrum* squamae laxiusculae.

7. **Pultenaea strobilifera** *n. sp.*, ramis divaricatis, pubescentibus; stipulis setaceis, minutis, deciduis; foliis brevibus, subtriquetro-teretibus, obtusis, muticis, laevibus v. minute corrugatis, supra 1-suleis; capitulis terminalibus, strobiliformibus, ovoideis; bracteis imbricatim adpressis, fuscis, pubescentibus, ovatis, apice 3-fidis, lobis lateralibus lanceolatis acuminatis, intermedio subulato; calycis bilabiati lobis acuminatis dense sericeo-plumosis.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, m. Oct. Herb. Preiss. No. 1185. et in districtu Minto, m. Nov. 1840. No. 1190. (Drummond n. 247.)

Praecedenti admodum similis, sed specificè distincta statura humiliori („spithamaea-pedalis“) caulibus a basi jam magis et iterato ramosis, ramis plerumque trichotomis et angulo lato divergentibus, stipulis minoribus sagacibusque, foliis dimidio brevioribus (1-2 lin. longis) semper obtusis, laevissimis et subadpressis (rarius leviter rugulosis et semipatentibus, nunquam punctato-scabris) capitulis dimidio minoribus ovoideis (nec subglobosis) nunquam proliferis, bracteis arcte adpressis floribusque circ. ⅓ minoribus, calyce praecipue ⅓ brevioris et pilis arctioribus erectis mollibus albidis plumoso-ciliato

(nec pilis rigidulis rufis patentibus hispido). *Folia* juniora, aequae ac in illa, patentim hispido-ciliata.

8. **Pultenaea empetrifolia** *n. sp.*, ramulis canescentibus; stipulis membranaceis, lanceolatis, adpressis, persistentibus; foliis confertis, triquetro-linearibus, obtusis, brevibus, glabris; capitulis terminalibus, sessilibus, paucifloris, basi imbricato-squamatis, saepe proliferis; calyce bracteas bracteolasque superante, bilabiato, laciniis acutis rigidulis, inferiorum sinibus tuberculiformi-sphacelatis.

In Australia occidentali Herb. Preiss. No. 865.

N. Port Lincoln auctos.

Lotus Australis Andrews non Forsk.

Spec. valde polymorpha diam ab oleis
similitudine flaminis cuius vale
memorabilis. Vidi ~~et~~ at proximis & vivi
In multis locis. para.

A. magnus, floris albis maxime hb. N. 209.

B. angustifolius Seringe, Port Phillip.

hb. Jöyfs N. 4. In paucifol. Leaven.

C. brachyctenon foliis hb. N. 47.

Nat. Jurt. bay! Jan. 30. 1848. Feb. 10.

D. discolor foliis ad annum

Gawleri Apr 16 1848 floribus luteis

(extra planta variat florum colore

rofea incarnata alba, lutea, auranti-

siaco - lutea unicolor & striata.

micranthus? Per 5111.

coloratis (partim purpureis) sui

introduita videtur. Nivam stirpem

numquam observavi. Trifolium

mirum communicavit H. J. W. ad

oppidulum Tasmantia Latham.

Lotus Behrii foliis 1111 in hb. N. 47

348. Nov in mont. Flinders bay & prope

Lotus corniculatus L. in L. N. 47

In humidis ad fl. Gawleri

prope pagum Bethamson

legi Apr 1848. Nyls - auge.

Intra hunc et L. australium

pirus hybridas occurrere

videntur. Inim corollae

vidi alba, lutea, rosea, va-

riogatas, majores minores

et longiores breviores

et. In Tasmania variis

locis quoque interioribus hb. N. 715

Tetragonolobus purpureus Moench.

In agro hinc rurs. et affinis. Anth. Nov.

Trifolium Californicum L. febr.

Tasmaniae. Occurrit inter

placitas Martianae.

Erugum hispidum L.

Intra Flinders bay. Nov. febr.

Guthrie Bay 1850.

Tasmaniae, 1851.

Pentaria alba
in intermont.

foliis 10-16-jugis, spathulato-linearibus, obtusiusculis, aveniis, parce puberulis, demum glabris; racemis folio brevioribus, multifloris; calycis pedicello subbrevioris puberuli subbilabiati dentibus brevissimis acutiusculis, labio superiore paulo longiore; legumine lineari, subtetragono-tereti, recto, glabro, laevi, polyspermo.

In umbrosis inter fragmenta rupium montis Mathilda, alt. 975 ped. (York) d. 11. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1067.

„Frutex 4-pedalis.“ *Rami* (facie fere *Ervi Lentis*) erecti, strictiusculi, crassitie pennae corvinae, inferne teretes; supernae costis magis prominulis subangulati, saepe purpurascetes. *Stipulae* lineares, acutae, 1-1½ lin. longae, erectae, fuscae, deciduae. *Folia* 2-3-pollicaria, petiolo filiformi, jugis 2-3 lin. ab invicem distantibus, foliolis oppositis, 2-3 lin. longis, ½-⅔ lin. latis, planis, muticis, novellis subargenteo-canis, demum parce adpresseque pilosiusculis glabrisve. *Racemi* laxiusculi, 1-2-pollicares, pedicellis demum 2 lin. longis recurvis, floribus parvulis „roseis.“ *Calyx* corolla subtriplo brevior, coloratus? subcampanulatus, dentibus brevissimis. *Legumen* 12-14 lin. longum, obtusissime tetraquetrum, haud torulosum, suturis pallidis haud prominulis. — Affinis *J. Thibaudiana* DC. prodr. 2. p. 225, quae differt (ex diagn.) foliolis ellipticis retusis, legumine compresso, caet.

Tribus IV. PHASEOLEAE DC. Subtribus Kennedycae
Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 112.

KENNEDYA (Vent.) Benth. Endl. gen. n. 6641.
Meisn. gen. p. 94. (67 et 351.)*

1. **Kennedyia nigricans** Lindl. in Bot. Reg. t. 1715! Bot. Mag. t. 3652. Benth. l. c. p. 123. Walpers rept. 1. p. 757: volubilis, foliolis 1-3, ovatis, obtusis, stipulis bracteolisque lanceolatis parvis, racemis brevibus laxe plurifloris, floribus erectis, calyce rufo-villoso.

et coll. 1.) inter Leguminosas Preissianas non exstant. — Inter stirpes Andersonianas circa Sydney lectas occurrunt **Swainsonia coronillaefolia** Salisb. DC. prodr. 2. p. 271, n. 2. (Anderson n. 100 in Hb. Shuttleworth) et **S. lessertiaefolia** DC. l. c. n. 3. (Anders. n. 97, ibid.) **Ervum hirsutum** Linn. circa Port Philipp legit cl. Latrobe (Herb. Mus. Neocom.) procul dubio cum cerealibus ex Europa immigratum.

*) Addere hic liceat species duas nondum descriptas, quas nuper in horto Baumanniano Mulhusiae Alsatorum vivas observavimus: 1) **K. Baumannii** uob. (in cat. hort. Bollwill. et Mulhus. suppl. 1844. p. 3, sine diagn.) fruticosa, volubilis; stipulis ovato-lanceolatis brevibus, stipellis obsolete; foliolis 3 petiolulatis, oblongis, petiolo duplo-triplo longioribus, utrinque rotundatis submarginatisve, muticis, margine planis, subaequalibus v. medio longiore, subtus cum ramis petiolis pedunculis calycibusque fulvo-villosiusculis, supra parce pubescentibus; racemis laxe plurifloris, petiolum aequantibus. Stirps pulchra, e seminibus incertae originis in horto Baumanniano enata, exceptis notis jam indicatis et pubescentia fortiore cum **K. rubicunda** Vent. exacte conveniens, sed foliolorum forma distinctissima. Foliola 3-6 pollicaria, 8-12 lin. v. rarius basi 24 lin. lata (nunquam ovata v. elliptica) in tota planta constanter uniformia, terminali plerumque extra medium paulo latiore, lateralibus prope basin fere semper plus minus dilatatis nunquam obsolete auriculatis. 2) **K. splendens** cat. hort. Bollwill. et

Berlin Magazine of
Botany 1837 p. 26
c. bon. icon!

In solo humoso ad latus montis Tjalup (Kent) et ad promont. Cape Riche, d. 17. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1091.

„Frutex scandens. Flores atropurpurei.“ *Legumen* lineare, $2\frac{1}{4}$ poll. longum, 3 lin. latum, plano-compressum, rectum, acuminatum, tomentosum.

2. **Kennedya Marryattae** Lindl. in Bot. Reg. t. 1790. Walpers rept. I. p. 757: prostrata; stipulis bracteisque late ovatis subcordatis acutis; foliolis 3 oblongis obovatis subrotundisve, obtusis, margine undulatis, subtus ramulisque villosis, junioribus sericeis; pedunculis folio brevioribus, bifidis, 2-4-floris; calyce legumineque villosis.

K. Marryattiana Benth. in Ann. Wien. Mus. 2. p. 123. — ?*K. arenaria* Benth. in Hügg. Enum. p. 38, n. 114. (quam saltem ex descriptione a speciminibus Preissianis cultisque *K. Marryattae* ab hac distinguere nequimus.)

In arenosis sylvarum ad fluv. Cygnorum, d. 3. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 1095. (fl. et fr.)

„Frutex humifusus. Flores coccinei, vexillo basi aureo.“ Variat pubescentiore v. rariore (in specim. nostris semper patula) foliolis margine plus minus undulato-crispulis v. omnino planis, pedunculis 2-rarius 1-v. 3-4-floris nonnunquam folium subsuperantibus, bracteis interdum inciso 2-3-fidis.)

3. **Kennedya bracteata** Gaudich? in Freyc. Voy. p. 286, t. 113. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2, p. 123. Walpers l. c.: stipulis foliaceis, late ovatis, acutis; foliolis 3 ellipticis, obtusis, submarginatis, margine undulato-crispis, subtus ramulisque sericeo-pubescentibus; pedunculis paucifloris, bracteis connatis infundibuliformibus, leguminibus glabris.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1098.

„Suffrutex procumbens.“ *Legumen* lineare, plano-compressum, sesquipollicare, $2\frac{1}{2}$ lin. latum, laeve, 6-8-spermm. *Specimina* manca, paulo recedentia foliolis acutato-mucronulatis, nec submarginatis.

Mulhus. 1841, p. 13. (absque diagn.) fruticosa, volubilis, parce minuteque adpresso-puberula; stipulis lanceolatis, parvis; stipellis setaceis, petiolulos subaequantibus; foliolis 3 subaequalibus, petiolo subduplo longioribus, subovato-oblongis, obtusis v. emarginatis, muticis, basi rotundatis, margine planis; pedunculis folio longioribus; pedicellis racemosis, calyce brevioribus, apice minute bibracteolatis; calycis laxiusculi campanulati 4-fidi basi attenuati lobis tubo subtriplo brevioribus acutis, superiore lato indiviso. — Planta pulchra, *originis ignotae*. Rami gracillimi, subfiliformes. Stipulae vix 2 lin. longae, subdeciduae. Petiolus totus 12-18 lin., usque ad foliola lateralia 10-12 lin. longus, petiolulis $1\frac{1}{2}$ lin. longis. Foliola herbacea (nec coriacea) 18-25 lin. longa, infra medium latiora 6-9 lin. lata. Pedunculi circ. 3-pollicares, apice racemoso-pauciflori, pedicellis 2-3 lin. longis, bracteolis minutis obtusis. Flores magnit. et forma *K. rubicundae* (v. paululum minores) sed calyx multo minus pubescens (pube minuta, parva, adpressa) lobis brevioribus subacuminatis et corolla laete coccineo-sanguinea, vexillo basi macula sulphurea notato. Alabastra sericea, breviter nostrato-acuminata.

*) **Kennedya prostrata** R.Br. DC. prodr. 2, p. 363, n. 2, species circa Port Jackson vulgaris, etiam circa Port Philipp in ora australi crescit, fide specim. a cl. Latrobe lect. in Herb. Mus. Neocomens.

Suaipanonia palmatarum Fernald
in litt. ad Stuartiana pedunculata, foliisque
caule puberulo erecto glabro
et tenuiter pubescente, caliculis
6-~~multijugis~~ ⁸jugis ovato-oblongis
vix emarginatis mucronatis, pedunculo
lobis foliis 2-3lo triplo superante,
ligulis calycisque dentibus tri-
angularibus acutis, ^{floribus} ~~cornu~~
subproli puberulo, seminibus
nigris.

U. Stuart detexit in insula Palma-
durina plantam fruticiferam viridem
1 1/2' altam Mart 1848, e virgulis fe-
minibus eduxit specimina necnon
binoculare communicata. Corolla di-
lute-purpurea, vexillum basi ma-
culis duabus albis signatum, hb. 728.
Hinc propinqua maxima affinitate
conjectantur sunt S. virgata, folia
et S. Stuartiana, ultima parte
non prope diffinita.

Suaipanonia Stuartiana Fernald,
caule erecto glabro puberulo,
foliis pedunculatis foliisque glabro,
caliculis 9-14 jugis oblongis vel tri-
nervi oblongis truncatis vel emar-
ginatis mucronatis in basin an-
guistatis, pedunculo foliis 2-3lo
triplo superante, ligulis calycisque
dentibus dilatato triangularibus ^{correctis puberulis}
In hb. Si. pin. nom. Differt praeter cha-
racteres diagnosis floribus majoribus
pallidis, calyce glabro longius et recte
indiviso.

4. **Kennedyia parviflora** *n. sp.*, prostrata, laxe pilosiuscula; stipulis herbaeis, ovatis, acutis, venoso-striatis, floralibus (bracteis) saepius 2-3-fidis; stipellis falcato-lanceolatis, petiolulos superantibus; foliolis 3 subaequalibus, petiolo parum brevioribus, late obovatis obovatisve, mucicis, margine planis, lateralibus subsessilibus; pedunculis bifloris, pedicellos subaequantibus, folium superantibus; calycis corolla dimidio brevioris lobis tubum subaequantibus, superiore latiore breviter bifido.

In region. interior. Australiae merid.-occid., m. Oct. Herb. Preiss. No. 1099. et in summitate promontorii Cape Riche, d. 20. Nov. 1840. No. 1084.

„Suffrutex procumbens.“ Habitus, pubescentia, stipulae, stipellae et foliolorum magnitudo *K. prostratae*, sed foliola semper plus minus obcordata, antice (nec basi) latiora, basi cuneata, margine plana, petioli et pedicelli longiores (10 lin. longi) flores dimidio minores et petala purpurea? (in sicco violacea) vexillo basi macula sulphurea notato. No. 1084. (specim. defloratum, sine fr.) recedit foliis glaberrimis et ramis glabrescentibus.

5. **Kennedyia microphylla** *n. sp.*, fruticosa, humifusa, ramis glabris v. apice pilosis; stipulis herbaeis, ovatis, acuminatis, venoso-striatis, floralibus (bracteis) conformibus parvis, stipellis nullis; foliolis 3 subaequalibus, petiolo brevioribus, late obovatis, mucronulatis, margine planis, venosis utrinque parce adpresseque pilosiusculis; pedunculis bifloris, cum pedicellis brevibus folium superantibus; calyce dimidiam corollam aequante, puberulo, lobis tubo sublongioribus acuminatis, superiore latiore brevissime bidentato.

In solo subcoenoso ad margines lacus Mathilda (Hay) d. 7. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1092.

Praecedenti characteribus plurimis florumque forma et colore conveniens, certe tamen praeter notas jam indicatas distincta ramulis e caulibus procumbentibus quasi fasciculatim nascentibus („caespitosis“ Preiss in sched.) demum elongatis laxioribus; stipulis foliolisque duplo v. triplo minoribus (hisce $1\frac{1}{2}$ -3 lin. longis, $1\frac{1}{2}$ -4 lin. latis) pedicellis 1-2 lin. longis, basi bracteola solitaria stipulis conformi vix $1-1\frac{1}{2}$ lin. longa fultis, calyce glabrescente corollaque fere $\frac{1}{3}$ minoribus. *Legumen* sessile, lineare, acutum, plano-compressum, 10 lin. longum, $1\frac{1}{2}$ lin. latum, rectum v. leviter arcuatum, leviter torosum et minute puberulum, fuscum, 6-8-spermum, suturis vix incrassatis. *Flores* hujus et praecedentis speciei omnino *Physolobii*, sed legumen compressum, nec inflatum.

PHYSOLOBIUM Benth. Endl. gen. n. 6643. Meisn. gen. comm. p. 352.

1. **Physolobium carinatum** *Benth.?* in Hügel Enum. p. 39, n. 115; Ann. Wien. Mus. 2. p. 124. Walpers repert. 1. p. 758: prostratum, stipulis bracteisque late ovatis, acuminatis, subcomatis; foliolis obovatis orbiculatisve, retusis, mucronulatis, margine subundulatis, subtus ramulisque pubescentibus; corollae carina apice geniculata obtusissima.

In solo sublimoso ad fluv. Vasse River (Sussex) m. Dec. 1839. fructiferum. Herb. Preiss. No. 1085. *)

„Frutex prostratus.“ *Flores non vidimus*, caet. vero in descript. l. c. bene quadrant.

2. **Physolobium elatum** Hügel Bot. Archiv. t. 2! Benth. l. c. n. 117. Walp. l. c.: erectum, stipulis ovatis v. cordatis, floralibus (bracteis) inciso-dentatis; foliolis ovatis, obtusis, mucronulatis, junioribus ramisque pilosiusculis, adultis glabratis; pedunculis 3-4-floris, summis folia superantibus paniculatis, carina alas subacquante.

In umbrosis arenosis sylvae prope Bassaudeen ad fluv. Cygnorum, d. 31. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1089. fructif. et in solo sublimoso ad fluv. Canning prope Kelmescott, m. Sept. 1841. No. 1087. florif.

Foliola (ex ic. cit.) saepe ovato-oblonga et fere acuminato-acuta (in specim. nostris vero saepius subrotunda semperque obtusa v. retusa) flores $\frac{1}{4}$ majores et calycis lobi margine paucidentati (nobis semper integerrimi.) „Suffrutex 2-3-pedalis, erectus. *Flores lateritii.*“ *Bracteas* 2-3-fidas e stipulis semicommissis conflatas esse, probatur specimine Preissiano in unius bracteae sinu foliolum genuinum nanum obcordatum gerente. *Legumen* subteres, obtusiusculum, 16-20 lin. longum, leviter arcuatum, reticulato-rugulosum, glabrum, suturis nerviformibus vix prominulis, valvis (ut in *Ph. carinato*) intus inter semina pellicula tenera alba septulatis.

ZICHYA Hügel. Endl. gen. n. 6642. Meisn. gen. comm. p. 352.

1. **Zichya villosa** Lindl.? in Bot. Reg. 1841, Misc. p. 41, n. 81. Walpers repert. l. p. 758. foliolis ovatis, acutis, subtus pallidis ramisque villosis; corymbis densis, capituliformibus, longe pedunculatis; calycis lobis tubo brevioribus; carina alis aequali; stylo apice simplici.

In clivulo calcareo-arenoso ad portum Princess Royal Harbour, d. 1. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 1086.

„Frutex prostratus.“ *Specimina floribus carentia*, haud certe determinanda; a diagnosi recedunt foliolis ($1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{4}$ poll. longis, 1 - $1\frac{1}{2}$ poll. latis) truncato-obtusissimis cum mucronulo exiguo molli. *Pedunculi* fructiferi 5-6-pollicares, firmi, incurvi v. sigmoideo-flexuosi, persistentes. *Legumen* plano-compressum, 2- $2\frac{1}{2}$ -pollicare, 3-4 lin. latum, tomentosum, intus membranaceo teneris fuscis septulatum. *Semina* olivaceo-cinerea, nigro-maculata.

2. **Zichya glabrata** Benth. in Hügel. En. p. 40, adnot. Bot. Mag. t. 3956! Walpers l. c. p. 757: stipulis late ovatis,

*) **Ph. Stirlingii** Benth. l. c. n. 116. Walp. l. c.: erectum? stipulis bracteisque cordato-ovatis; foliolis late ovatis orbiculatisve, retusis, mucronatis, ramisque pilosis, demum glabrescentibus; pedunculis bifloris, carina alis brevioribus. — **Kennedyia Stirlingii** Lindl. Bot. Reg. t. 1845! Swan River. James Drummond n. 270. — Forma multiflora, pedunculis axillaribus saepius ternis quaternisve inaequalibus, uno alterove plerumque longiore folium superante apice bis v. ter bifido, brevioribus apice 1-4 floris, bracteis superioribus inciso-tridentatis, foliis glabratis. *Legumen* non vidimus.

and J. Purshii Gayley Catalog. ? 1849.
~~*Swainsonia halimiflororum* Pursh~~
~~caule erecto glabro vel pilosissimo~~
~~*Swainsonia Greyana* Led. & Martiana f. v. Mill.~~
~~*Swainsonia grandiflora* R. Br. in Th. ex.~~

Prostratis puberulis, foliis 8-10 jugis
 incompressis inaequaliter tomentosis, folioli
 oblongis obtusis reflexis: adultis fe-
 rugineo bratis: rachis pubescentia, ra-
 racinis multifloris folium superante
 bracteis lanceolatis linearibus acutis
 aequantibus tubum calycis albo la-
riati quinque fidi, carinis acutissi-
 mis longitudinalibus fere tubi, vexilla
 bicollata

Common on the rich alluvial flats
 on the Murray! & Darling.

Adriana abulosa Masada. *Statis*, *purpurea*
Succillo albo maculata. 2. 66.
~~*Swainsonia Greyana* Led. Bot. reg. 1846~~

Prostratis puberulis, foliis 5-9 jugis
 incompressis inaequaliter tomentosis, folioli
 oblongis obtusis reflexis: adultis
 ferrugineo bratis: rachis pubescentia,
 racinis multifloris folio longioribus
 bracteis lateralibus lanceolatis
 linearibus brevioribus tubo calycis
 albo-lanati 5 dentati 1 dentibus
 obtusiusculis tubo dimidia brevi-
 oribus, vexilla bicollata.

Brachypoda f. v. Mill.
 An forte *S. albiflora* varietas?

Swainsonia ? *lana* R. Br. l. n.
 glabra, caule ramoso, foliis 6-7
 jugis, folioli oblongo-ovalibus ab-
 tusis, racinis elongatis laxis, pedicel-
 lis calyce glabra quinque dentata
 brevioribus, bracteis subulatis,
 vexilla exallata.

..... h. h. 2.
 Flowers yellow! fruit unknown.

acutis; petiolis ramisque pilosis; foliolis cuneatis, mucronatis, glabris; pedunculis folia aequantibus, subsexfloris, bracteis deciduis.

Kennedya glabrata Lindl. in Bot. Reg. t. 1838!

In solo sublimoso-glareoso ad latus septentrionale montis Clarence (Plantagenet) d. 22. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1088.

„Frutex prostratus.“

3. **Zichya sericea** Benth. l. c. p. 40, adnot.; Ann. Wien. Mus. 2. p. 123. Walp. l. c.: foliolis ovatis, obtusis, subrepandis, mucronatis, supra tenuiter, subtus dense sericeis; calycis lobis tubum aequantibus, carina alis brevioribus, stylo apice valde dilatato.

Kennedya dilatata Cumm. Bot. Reg. t. 1526, f. 2? ex Benth. l. c.

In arenosis ad latus orientale montis Baldhead, d. 16. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1096.

Frutex volubilis! („prostratus“ fide Preiss in sched.) Capitula 15-20-flora. Calyx pedicello longior, pube densa fusca sericeo-villosus. Corolla „coccinea“, carina atropurpurea. Caet. diagnosi l. c. bene congrua. An a *Z. inophylla* Benth. satis distincta?

4. **Zichya tricolor** Lindl. in Bot. Reg. 1839, t. 52! Walp. l. c.: foliolis ovato-oblongis obtusis v. acuminato-mucronatis, utrinque (praecipue subtus) sericeis; calyce adpresse fulvo-villoso, vexillo cuneato, alis carina obtusissima longioribus, stigmatibus minuto.

In solo sublimoso sylvae ad fluv. Canning prope Kelmscott, m. Aug. 1841. Herb. Preiss. No. 1097. (Drummond n. 272 et coll. I.)

Praecedenti simillimae, sed pedunculi minus elongati, flores laxius umbellato-corymbosi (nec subcapitati) pedicelli calycem subaequantibus, et stigma haud dilatatum. „Frutex scandens.“

5. **Zichya Molly** Hügel Bot. Archiv t. 1! Enum. p. 40, n. 118. Walp. l. c.: foliolis obovatis, obtusis, subrepandis, infimis ovato-lanceolatis acutis, subtus tenuiter pubescentibus; calycis lobis tubo brevioribus, carina alas subaequante, stylo apice vix dilatato.

In limoso-calculosis sylvae inter Greenmountain et Halfwayhouse (Darling's-range) d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1090, ex parte.

„Frutex scandens.“ Ramis glabri, inferne nonnunquam flexuosi, juniores pedunculique pube brevi patente aureo-fusca densissime villosi. Folia ovalia, obtusissima, saepe retusa, usque ad 2 poll. longa et 12-14 lin. lata. Pedunculi 3-4-pollicares.

6. **Zichya angustifolia** Lindl. in Bot. Reg. 1839, adnot. ad t. 52. Walp. l. c.: foliolis anguste oblongis, basi latioribus, supra nitidis glabriusculis, subtus adpresse pilosis; calyce adpresse fulvo-villoso, petalorum unguibus longiore; vexillo obcordato, alis carina obtusissima longioribus; ovario praeter dorsum puberulum glabro, stigmatibus minuto.

Cum praecedente lecta et in Herb. Preiss. sub No. 1090 commixta.

„Frutex scandens.“ *Rami* inferne glabri, juniores cum petiolis pedunculisque pube brevi *adpressa* fulvo-sericea (nec villosi.) *Foliola* ovato-oblonga v. lanceolata, acutiuscula, 1-1½ poll. longa, 4-7 lin. lata. *Pedunculi* 1½-2½-pollicares. *Caet.* omnia *Z. Molly*, an igitur potius ejus var.?)

HARDENBERGIA Benth. Endl. gen. n. 6644.

Meisn. gen. comm. p. 352.

1. **Hardenbergia Comptoniana** Benth. in Hügel Enum. p. 41, n. 120. Walpers repert. 1. p. 758. *Glycine Comptoniana* Bot. Reg. t. 290! *Kennedyia Comptoniana* Link. DC. prodr. 2. p. 383, n. 3.

In arenosis umbrosis secundum fluvium Cygnorum prope oppidum Freemantle, d. 15. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1094.**)

„Frutex scandens.“

2. **Hardenbergia Lindleyi** nob., foliis 3-5-foliolatis, foliolis ovato-oblongis obtusis, terminali longius petiolato; stipulis anguste triangularibus; racemis pedunculatis, folio longioribus, multifloris, vexillo acuto.

α trifoliolata, foliis omnibus 3-foliolatis.

In arenosis sylvae ad fluv. Cygnorum. d. 19. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 1093, ex parte (Drummond n. 271.)

β digitata, foliis aliis 3-aliis digitato-5-foliolatis. (Preiss. No. 1093, ex parte.) — *H. digitata* Lindl. in Bot. Reg. 1840, Misc. p. 66, n. 142, t. 60! Walpers l. c. p. 758.

Nomen a cl. Lindley datum, quum nomini peculiari plantae statui conveniat, speciei servare non potuimus. *Specimina* Preissiana, in eodem

*) **Zichya? Latrobeana** n. sp., pumila, procumbens, ramis filiformibus cum petiolis pedunculisque breviter deuseque retrorsum pilosis; stipulis parvis, ovatis, obtusis; foliolis 3 petiolo parum brevioribus, subsessilibus, obovato-subrotundis oblongisve, muticis, planis, supra glabris, subtus adpresse subsericeo-pilosis, stipellis nullis; pedunculis folio triplo longioribus, apice racemoso-paucifloris, floribus subsessilibus parvis; calyce subsericeo, breviter 4-fido, labio superiore latiore brevissime bidentato; vexillo orbiculari, emarginato, carina alis brevioribus. *α* foliolis suborbicularibus v. obovatis, obtusis v. retusis. *β* foliolis oblongo-lanceolatis subacutis. Utrunque formam circa Port Phillip legit cl. Latrobe (Herb. Mus. Neocom.) Herbacea? v. suffruticosa, ramis digitalibus v. spithameis debilibus; pube omnium partium adpressa, subsericea, ramorum foliorumque albida, pedunculorum densiore flavescente. Stipulae lineam longae, submembranaceae, venoso-striatae. Petioli 10-12 lin. longi. Foliola in var. *α* 3-5 lin. longa, 2½-4 lin. lata, in *β* 6-8 lin. longa, 2-3 lin. lata, venis pinnatis supra conspicuis. Pedunculi axillares, solitarii, 3-4½ poll. longi, apice 5-8-flori, bracteis exiguis pedicello vix ½-2/3 lin. longo subbrevioribus obtusis. Flores 1-2½ lin. ab invicem distantes, illis *Z. glabratae* 1/3 minores. Calyx 2 lin. longus; fuscus, basi rotundatus et minute bibracteolatus, pilosiusculus, campanulatus, lobis tubo brevioribus triangularibus acutiusculis. Vexillum subrotundum, emarginatum, unicolor, alaeque lateritiae carina atropurpurea obtusissima longiores. Stigma minutum, capitatum. Legumen non vidimus.

) **H. ovata Benth. l. c. — **Kennedyia ovata** Sims. Bot. Mag. t. 3169. DC. l. c. n. 6. — Port. Phillip, cl. Latrobe. (Herb. Mus. Neocom.)

ramo folia 3- et 5-foliolata gerentia, caeterum iconi et descr. l. c. perfecte congrua sunt. „Frutex scandens.“ *Foliola* 2 accessoria, reliquis minora, non, ut in aliis quibusdam Leguminosis, e stipellarum transformatione oriuntur, quum stipellae verae ac immutatae ad eorum basin adsint! *Racemi* saepe 8-10-pollicares, basi interdum ramulum itidem aphyllum racemoso-floriferum emittentes. „*Flores* coerulei, nec violacei.“ *Legumen* glabrum, subteres, 20 lin. longum, diametro 4 lin., laeve, haud torosum, 1-loculare, 6-spermm, valvis intus laevissimis nec septuligeris. *Semina* concolora, olivacea, subnitida, strophiola tumida.

ROSACEAE. Iuss. Endl. gen. pag. 1240.

(Auctore NEES ab ESENBECK.)

Subordo II. DRYADEAE Vent. Endl. gen. pag. 1241.

SANGUISORBEAE Endl. l. c. §. 4.

ACAENA Vahl. Endl. gen. no. 6372. Meisn.

gen. pag. 105. (74.) Sect. b. AUCISTRUM

Endl. l. c.

1. ***Acaena echinata*** *n. sp.*, floribus glomeratis in spica cylindrica basi interrupta dispositis, caule erecto, foliis oblongo-lanceolatis pinnatifidis subtus bracteisque hirsutis, spinis calycis conicis inaequalibus simplicibus (haud uncinatis).

In rupestribus umbrosis ad latus orientale montis Brown (York) d. 4. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 2395.

Acaenae pinnatifidae R. et Pav. subsimilis, differt imprimis calycis crassioribus acutis neque hamatis inaequalibus, et spica glomerata.

CHRYSOBALANEAE R.Br. Endl.

gen. pag. 1251.

(Auctore NEES ab ESENBECK.)

STYLOBASIUM Desf. Mém. du Mus. V.

pag. 37 tab. 2. Endl. gen. no. 6417.

Meisn. gen. pag. 101 (72.)

1. ***Stylobasium lineare*** *n. sp.*, foliis linearibus, floribus in apicibus ramorum racemosis, pedunculis folio bracteali longioribus minute bracteolatis.

In arvis cessatis Peninsulae (Perth) Sept. 1839 et in solo limoso prope oppidulum York Martio mense. Herb. Preiss. No. 2383 et 2384.

„Fruticulus tripedalis, erectus, ramosus glaucus“ Olyrae habitu. *Folia* linearia, obtusa, basi attenuata, canaliculata, glaberrima, integerrima, inferiora pollicaria, lineam lata, superiora ramorum decrescentia et angustiora. *Rami* superiores decrescentes apicem fruticuli ramive primarii racemi compositi microphylli specie terminant. *Pedicelli* 2-4 lin. longi uniflori, bracteolis 2-3 alternis exiguis subulatis praediti.

Differt imprimis a *Stylobasio spathulato* foliis angustioribus et pedunculis longioribus.

MYRTACEAE RBr.

(Auctore J. C. SCHAUER.)

Tribus I. CHAMAELAUCIEAE DC.

Germen uniloculare. Capsula mono-vel oligosperma, indehiscens vel apice demum fatiscens. Schauer, Monogr.

Myrt. xeroc. Sect. I. in Act. Acad. Nat. Curios. XIX.

Suppl. II.

ACTINODIUM Schauer l. c. p. 175.

1. **Actinodium Cunninghamsi** Sch. l. e. *Triphelia brunoides* R.Br. Mss. sc. Endl. En. pl. Hügel. pag. 48.

In rupestribus ad King George's Sound. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 432.

GENETYLLIS DC. Schauer l. c. p. 177.

(Polyzone, Genetyllis et Hedaroma Endl. gen. n. 6283—6285.)

1. **Genetyllis diosmoides** DC. floribus sessilibus in capitulum multiflorum subglobosum collectis, foliis subfloralibus reliquis conformibus, calycis inferiore parte polyzonata, limbi dentibus exiguis sinu lato disjunctis, staminodiis filiformi-subulatis staminibus paullo brevioribus, stylo aspergilliformi-barbato, foliis laxè imbricatis confertis lineari-subtetraquetris. DC. Prodr. III. pag. 209. Mém. Myrt. pag. 20 tab. 2! Schauer, l. c. pag. 180. tab. II. fig. A.

In rupestribus graniticis circa portum Princess Royal Harbour ad oppidulum Albany, Septembri exeunte a. 1840 flor. Herb. Preiss. No. 223.

2. **Genetyllis vestita** Endl. floribus pedicellatis in capitulum multiflorum subglobosum congestis, foliis subfloralibus quarum auctis herbaceis coloratis, calyce 5-costato laevi, limbi dentibus minimis sinu lato disjunctis, staminodiis

434. *Lamium ad strumque latus montium* Thunberg
 raris *Hel. exrodendron* Desl. ^{in plantulis}
~~*angustifolium* Herd. M. C.~~
~~*Hel. alacolum* Desf. ^{fructu} ^{fructu}~~
~~*genura* ^{fructu} ^{fructu}~~
 Descriptio brevissima apud Don
 hinc quadrat, etiam ob maximam
 habituum similitudinem cum
Hilobagio mathula ta (vid. icon
 Don) hinc traho, tamen non
 huius generis nam stylus datus
 mucosum laevem proimular-
 bonum (Lod. vid.) vidit. El. collecto
 Charles Stuart in vicinia flumin.
 Murray, Feb. 1848 floriferum tamen
~~fructu~~ ^{definitum} ^{fructu} ^{fructu} ^{fructu}
 generis, an pl. egyptiaca sit?
 Haec improbabili; ~~est~~ ^{est} ^{est}
 species nova, quam folia nun-
 quam obae familia nominari
 possunt. Floris apparitione Do-
 Don esse. raris quoque p. 224.
 Explanatio exacta futuri generis
 natoris est
 Patent. auf. p. *prissa* color *Sering* p. d.
 & *prissa* *prissa*!

x *Alchemilla cruenfis* Sieboldi.
 In p. 11. Nile river, Tasm.
 No. 172. 514. Nov. 1848 -
 in vallibus In vicinia montis Kaiserstuhl
 montium Sept 1848 - *Retanica* haec
 Lefty-maryara Sept 48 - In itinere unius
 finium littoralium Sieboldi - *Woj*
 Oct 1848.
 Nova *retanica* L var. *retanica* *retanica* *retanica*
retanica *retanica* *retanica* *retanica* *retanica*
retanica *retanica* *retanica* *retanica* *retanica*
Geum urbanum L. raris *retanica*!

Pappus in locis vallis remotis hui-
 civilibus raris *retanica* *retanica*
 ad fl. Murray, Jan. 1848. No. 172. 348.
 Intra et. In vicinia *retanica* intro-
 ductam *retanica* non indigenam.

L. Hook. in vol. Bot. Voy. Austr. p. 434.
 vid. p. 11. *retanica* *retanica* *retanica*
retanica *retanica* *retanica* *retanica* *retanica*

Chamaelaucium rotundifolium

Frö Mill. in hb. N. 812.

Scutellariae Sp. Stuart n. 100.
Species adhuc dubiosa quoad
genus conditionis florum
(diffusorum) imperfectae ergo
vix rite recognoscenda atque
habitu alieno praevita, quare
ab illis Novae Holl. occidentalis
verisimiliter nomine Psychotriae
pereganda. Fröb. L. rotundifolia

In Nova Hollandia probabiliter
auctore orientali collectam perimen-
torum accepit ab auct. Stuart

filiformi subulatis staminibus longioribus, stylo aspergilliformi-barbato, foliis dorso vernicoso-nitentibus imbricatis obovato-oblongis. Endl. En. pl. Hügel. pag. 47. Schauer l. l. pag. 182.

In limosis ad radices montium Darling's-range Herb. Preiss. No. 433.

3. **Genetyllis citriodora** Endl. floribus sessilibus paucis confertis foliis subfloralibus reliquis conformibus coloratis absconditis, calycis tubo subpentagono infera parte lineis undulatis exsculpto, limbi dentibus conspicuis subcontiguis, staminodiis liguliformibus truncatis stamina subaequantibus, stylo barbato, foliis glaucescentibus dorso pallidioribus oppositis oblongis lanceolato-acuminatis revolutis. Schauer l. c. pag. 183. tab. II. fig. C. *Hedaroma latifolium* Lindl. Swan River Bot. pag. VII. n. 15. tab. II. fig. B.

In rupestribus vallis catarractae ad caput fl. Cygnorum, et ad promontorium Cape-Riche, Julio a. 1839. Herb. Preiss. No. 2014.

CHAMAELAUCIUM Desf. Schauer l. c. p. 194. Endl. gen. n. 6280.

1. **Camaelaucium ciliatum** Desf. ramis abbreviatis, foliis oppositis fasciculato-confertis lineari-trigonis, floribus axillaribus, bracteolis basi secedentibus deciduis, stylo imberbi. Schauer l. c. pag. 195. Desf. in Mém. du Mus. d'hist. nat. V. pag. 40. tab. 3. fig. B 1—5.

Lect. ad Sinum Regis Georgii III. in declivitate orientali montis Baldhead, inter frutes. Octobri a. 1840. Herb. Preiss. No. 360.

Calycis phylla tenuiter fimbriata, nec ciliata. *Staminodia* petaloidea, linearia, staminibus longioribus per paria juxtaposita.

2. **Chamaelaucium uncinatum** Schauer. ramis gracilibus; foliis oppositis, distantibus, lineari-trigonis, apice pungente recurvo; floribus corymbosis; bracteolis caducis, pellucidis, cueullatis, citra verticem callosis; calycis phyllis minutis truncatis petalisque integerrimis fugacibus; staminodiis subulatis, laevibus, stylo barbato.

In clivulis arenosis haud procul ab ora maris prope oppidulum Freemantle. Septembri a. 1839. Herb. Preiss. No. 359. (Planta rara!)

„Frutex 5-pedalis“, ramosus, glaberrimus. *Folia* internodiis duplo fere longiora, subsemitereti-trigona in basin sensim attenuata, stricta, 6-8 lin. longa, trientem lineae lata, pallide viridia. *Pulvini* foliorum vix manifesti. *Flores* in summis ramulis hornotinis corymbosi. *Bracteolae* argenteae vertice purpuratae. *Hypanthium* obconicum, 10-costatum, ore dein truncato 2 lin. longum. *Petala* minuta, orbicularia, alba. *Stamina* declinata subinaequalia, corolla breviora; connectivum antheram glandula conspicua capitata supereminens. *Stylus* infra stigma corona pilorum barbatus.

VERTICORDIA DC. Schauer l. c. pag. 197.
tab. IV. B. Endl. gen. n. 6279.

1. **Verticordia Fontanesii DC.** corymbo composito, tubo calycis obconico-hemisphaerico argenteo-piloso, lobis sessilibus palmatifidis, lobulis fimbriato-incisis, petalis dorso puberulis integris, staminodiis ligulaeformibus, stylo exserto uncinato barbato, bracteolis connatis obtuse apiculatis deiu disruptis deciduis, foliis fasciculatis filiformi-semiteretibus inermibus sessilibus. Schauer l. c. pag. 199. n. 1. DC. Prodr. III. p. 209.

In rupestribus illustribus silvae prope villam Spencer ad Sinnum Regis Georgii III. frutex quadripedalis; in arenosis planitiei Molloy's plain dictae, districti Sussex: specimina 4-pollicaria, e stirpe anno superiori igne absumta rediviva. Floret Septembri—Decembri. Herb. Preiss. No. 172 et No. 174.

2. **Verticordia densiflora Lindl.** corymbo composito, tubo calycis hemisphaerico-turbinato argenteo-piloso, lobis unguiculatis palmatifidis, lobulis dense pinnatifido-plumosis, petalis dorso pubescentibus integris, staminodiis subulatis, stylo exserto arcuato barbato, bracteolis distinctis muticis caducis, foliis abbreviatis fasciculatis lineari-subtriquetris inermibus sessilibus. Schauer l. c. pag. 202. n. 3. Lindl. Swan River Bot. pag. VI. n. 11.

In depressis arenosis silvae cis oppidulum Guilford, et in solo sublimoso inter gramina planitiei prope Toby's inlet, Januario 1840. Herb. Preiss. No. 180.

„Frutex 2-3-pedalis.“

3. **Verticordia Drummondii Schauer.** racemo subsecundo, tubo calycis obconico glabro, lobis palmatifidis, lobulis longe aristatis pennato-plumosis, petalis subscariosis ovatis multinerviis serratis apice fimbriato-incisis glabris, staminodiis subulatis glabris staminibus duplo brevioribus, stylo exserto uncinato aspergilliformi-barbato, bracteolis caducis dorso corniculatis, corniculis rectis, foliis imbricatis spathulatis infra apicem calloso-mucronatis cartilagineo-serratis. Schauer l. c. p. 208. n. 7. tab. IV. B. fig. 8 et 9.

In depressis arenosis silvae cis oppidulum Guilford, Januario. Herb. Preiss. No. 171.

„Frutex bipedalis.“

4. **Verticordia Lindleyi Schauer.** racemo aequali, tubo calycis obconico glabro, lobis palmatifidis, lobulis lineari-subulatis aristatis pennato-plumosis, petalis ovatis multinerviis apice inciso-3-5-dentatis ceterum integerrimis dorso subvelutinis, staminodiis e basi latiore subulatis glabris stamini aequantibus, stylo incluso arcuato aspergilliformi-barbato, bracteolis caducis dorso corniculatis, corniculis rectis patentibus, foliis laxè imbricatis obovatis oblongisve infra

Paryphanta camphorata partim

Nov. Holl. ! forte austro-orientalis
no. 810

huic generi f. altum videtur
proxima, sed forte novi generis
Staphylothamnus (paraphan-
thoides) dicendi typus.

Baetkea camphorata Stuart
non H. W. Perkinus enim
non ad Lixtopterinas sed
Chamaelavices

apicem mucronatis cartilagineo-denticulatis. Schauer l. c. pag. 210. n. 8.

In turfoso-arenosis exsiccatis planitiei, in silva haud longe a villa eel. Irwin, superioris praefecti excubiarum, Julio deilor. lect. Herb. Preiss. No. 170.

„Frutex pedalis.“

5. **Verticordia pennigera** Endl. racemo subsecundo, tubo calycis turbinato glabro, lobis palmatifidis, lobulis linearibus breviter cuspidatis pennato-plumosis, petalis cuneatis multinerviis apice inciso-acute-dentatis ceterum integerrimis dorso velutinis, staminodiis lineari-subulatis glabris stamina excedentibus, stylo vix exserto arcuato plumoso-barbato, bracteolis caducis dorso corniculatis, corniculis arcuatis convergentibus; foliis imbricatis lineari-semiteretibus infra apicem mucronatis cartilagineo-denticulatis. Schauer l. c. pag. 212. n. 9. Endl. Enum. Plant. Hügel. pag. 46.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis; in clivulosis arenosis inter frutices silvae prope Bassandeen ad fl. Cygnorum. Flor. Novembri. Herb. Preiss. No. 182 et No. 183^b.

6. **Verticordia (Catocalypta) Lehmanni** Schauer. corymbo simplici compacto; hypanthio turbinato, basi hispidulo, appendiculis calycis capillari-multifidis reversis involucrato; calycis phyllis palmato-multifidis, lobulis simplicibus aristaeformibus: medio subulato, cuspidato, incurvato: reliquis capillaceis, divaricatis; petalis subscariosis, ovatis, apice triaristatis; staminodiis subulatis, integerrimis, glabris; stylo exserto, infra apicem redunco ibidemque externe barbato; stigmatibus minute capitato; bracteolis muticis caducis; foliis laxe-imbricatis, lineari-triquetris, inermibus.

In arenosis planitiei Molloy's plain districti Sussex, et circa Sinum Regis Georgii III. Floret Decembri. Herb. Preiss. No. 166.

Fruticulus elegantissimus, pedalis, gracilis, paucirameus, glaberrimus. *Ramuli* tennes, laete fusci, laeves, superiorum paria remota. *Folia* internodiis nunc ipsis duplo brevioribus, nunc aequalibus, nunc longioribus interstincta, 4 lineas Par. circiter metientia; carina subarguta cum latusculis laevis; color laete viridis. *Pulvini* foliorum vix manifesti. *Alabastra* oblonga. *Bracteolae* tenuiter membranaceae, fusco-viridulae. *Hypanthii* pars fertilis 10-costata; faux subaequalis paullo ampliata. *Involucrum* coma argenteo-nitens. *Calycis phylla* et *corolla* dilute lilacina. *Petalorum lamina* integra, lineam longa, concava, aristis tribus ipsam longitudine aequantibus denticuloque uno alterove accedente terminata. *Staminodia* punctata, seminilinea vix longiora, incurvo-conniventia, stamina fere duplo superantia. *Stylus* 2 lineas longus; stigma exiguum atropurpureum.

7. **Verticordia Hügelii** Endl. corymbo simplici, tubo calycis subturbinato inferne hispidulo appendiculis loborum capillari-bipinnatifidis reversis coma quasi induto, lobis multifidis, lobulis capillari-pinnatifidis bipinnatifidisque. intermediis apice longe nudis aristaeformibus exsertis, petalis scariosis margine superiori fimbriatis, staminodiis petaloideis apice fimbriato-laceris, stylo subexserto piloso-barbato,

stigmatē amplo disciformi, bracteolis muticis caducis, foliis fasciculatis lineari-semiteretibus inermibus. Schauer l. c. pag. 213. n. 10. Endl. Enum. Plant. Hügel. pag. 16. n. 143.

In depressis arenosis ad radices montium Darling's-range dictorum, Octobri m. florens. Herb. Preiss. No. 177.

„Fruticulus pedalis et ultra.“

8. **Verticordia compta** Endl. corymbo simplici, tubo calycis obconico inferne hispidulo toto recondito sub involuero a limbo reverso pentaphyllo comato, lobis multifidis, lobulis lineari-subulatis apice aristaeformi exsertis plumoso-pinnatifidis, petalis scariosis margine superiori fimbriatis, staminodiis subpetaloideis laceris, stylo incluso imberbi, stigmatē capitato, bracteolis muticis caducis, foliis subremotis obovato-triquetris compressis carina laevibus recurvato-mucronatis. Schauer l. c. p. 215. n. 11. Endl. in Annal. d. Wiener Mus. II. p. 194.

In lapidosis ad radices montium jugi Darling's-range dicti, Novembri florens. Herb. Preiss. No. 168.

„Frutex 3-4-pedalis.“

9. **Verticordia insignis** Endl. corymbo simplici, tubo calycis obconico basi hispidulo; toto recondito sub involuero reverso pentaphyllo comato, lobis multifidis, lobulis lineari-subulatis apice aristaeformibus inferius plumoso-pinnatifidis, petalis subscariosis margine superiori fimbriatis, staminodiis ligulaeformibus lacero-fimbriatis, stylo incluso imberbi, stigmatē capitato, bracteolis muticis caducis, foliis subremotis obovato-triquetris compressis carina denticulatis submucronatis. Schauer l. c. pag. 217. n. 12. tab. IV. B. fig. 10—12. Endl. Enum. Plant. Hügel. pag. 47. n. 145. Lindl. Swan-River tab. II. A.

In limoso-arenosis inter frutices supra oppidulum Guilford. Floret Octobri. Herb. Preiss. No. 167.

10. **Verticordia (Catocalypta) habrantha** Schauer: corymbo simplici; hypanthio turbinato, hispidulo, sub involuero comato reverso absccondito; phyllis calycis palmato-5-partitis, lobulis subulato-aristaeformibus; petalis mollibus, inaequaliter denticulatis; staminodiis petaloideis, basi confluentibus, palmato-7-aristatis; stigmatē subcapitato, laevi, sessili; foliis imbricatis, obovato-triquetris, inermibus.

In solo subarenoso inter frutices planitiei secundae cis fluvium Gordon (Hay). Fl. Novembri. Herb. Preiss. No. 169.

Fruticulus videtur virgatus, ramis strictiusculis. *Ramuli* fusci, glabri, resinoso-punctati. *Folia* laxè quadrifariam imbricata, brevìa, argute carinata, glabra, lineà vix majora, sicca aeruginosa. *Corymbuli* pauciflori. *Pedunculi* erecti, semuncia paulo breviores. *Involucrum* ad modum *V. insignis* confectum, argenteo-nitens. *Hypanthium* 10-costatum *Calycis phylla* reflexa. *Corolla* insignis, erecto-patens; petala suborbicularia, luteola, facie velutino-micantia et punctis saturatoribus maculata, sesquilineam longa. *Staminodiorum* lamina lata sed trientem lineae tantum alta; aristae quam

Schuermannia, Juss. Mill.

Flores axillares solitarias plerumque oppositi
brevis pedunculati, bis-articulati. Bracteolae
oppositae distinctae membranaceae ^{foris} ~~foris~~
nalyris basin sessiles, naviculares membra-
naeae varicatae & laeviss ad anthesin cum-
placentes dein pendentes, calyx cum pedun-
culo articulatus, tubo fore oblongo quin-
que costato gemini adnatae carniculato,
limbi lobis petaloidis membranaceis lan-
ceolato pubescentibus, rostris tubi continuis post
florulentiam deciduis. Stamina 9-10 limbo
calycis faucis limbo inserta, quibus totidem
Staminiodia breviora subulato-filiformia
filiformia erigenda. Antherae globosae carnae
bilobatae, locellae dorso apertae poro
rotundo. Stylus pubescentis longe exsertus
apice barbellatus, stigma umbiforme.
Germ. calyci in unum uniloculatum
F Petala 5 faucis limbo basia in epiducta
fauci nalyris in pendentia semit - mem.
branaea rotunda concava connivente
fructus...

Sch. homosanthoides, Juss. Mill.

Prope Napan p. 101 et in millaria
& Anglia directissime bor. occidentali
in Eucalyptorum fruticulis in collibus
lapideis

G. n. dicatum in venerebilibi L. W. Schuer-
mann, aboriginum plagarium justa
protectori eorum in lingua affi-
quo protitque. &

Fruticulus prostratus, ramis semit brevibus
nuis ad caulis. longis ramulosis. Folia de-
ruffata approximata 3-8" lg imilicam crassa
brigana acuminate membranata margini
granulis minutis aligeris subnubata seridim
scitibus et trigubata. Flores in pedunculo crassi-
usculo fructu ramulorum partem superiorem axillay
bracteolae spectabiles late ovatae acutae platan
natucentes, gracile lim 2-3" in carina viridit
vel pubescent rosae, ovata 4" longae, calycis
tubus bractealis plane occlusus 3-4" lg, ultra
limam crassus profundus quingues pubescentis glaber
et viridi fructus. Petala albida fructu

calycis lobis perigonaleam longas, calyx
lobis plus minove reflexis argenteis
siccis unguiculata, nec acutata, flori-
bus nigrescentibus duplo longiora
Stylus glabro pollicaris vel parum bre-
vior non nisi apice ^{subtiliter vagans} puticulus. Stigma
minutum capitellatum papillosum.

Fructus in nostris primariis dactylis
Auth: Dec. Feb.

G. ~~sassa~~ hinc Darwinia inde ^{et} max
ime Komorantho romerum, ab illis
dissimilis inflorescentia (hor in or-
dine tam infigni) poris antherarum
apertibus ab utraque limbi calyx
figura.

Si Komoranthi proclius ^{maxis} adnumerari, hinc
nostra prima exhibit annualiam
~~calycis~~ inter myrtaceas, perisperm-
cas & nomi in H. Schurmann
nubetur.

lamina duplo longiores, capillares, inflexae. *Filamenta* laminam staminodiorum paullo excedentia. Connectivum fere *V. insignis*.

11. **Verticordia acerosa** Lindl. corymbo laxo composito, tubo calycis turbinato glabro, lobis 5-partitis, lobulis subulatis pinnatifido-plumosis, petalis coriaceis palmato-7-9-fidis; staminodiis petaloideis oblongo-lanceolatis pectinato-serratis, connectivo apiculo brevissimo antheram superante, stylo recto imberbi andronitide longiori, bracteolis muticis eaducis, foliis dense confertis semitereti-acerosis mucronatis. Schauer l. e. pag. 220. n. 14. Lindl. Swan River. Bot. pag. VI. n. 10.

In calcosis limosis ad radices montium Darling's-range, Decembri florens. Herb. Preiss. No. 176.

„Frutex 1-3 pedalis.“

12. **Verticordia (Chrysoma) Preissii** Schauer. corymbo laxo composito; hypanthio obconico; glabro; phyllis calycis 5-partitis, lobulis linearibus pennato-plumosis; petalis mollibus, palmato-7-fidis; staminodiis petaloideis, lanceolatis, superius inaequaliter tridentatis; connectivo oblongo, antheram semiamplectente, callo brevi terminato; stylo recto, imberbi, stamina subaequante; bracteolis muticis, eaducis; foliis oblique mucronatis: inferioribus fasciculato-confertis, semitereti-acerosis: superioribus approximatis, sensim latioribus, ovalibus, integerrimis.

In rupestribus terrae superioris cis Halfway-house, alt. 984 pedum. Floret Septembri. Herb. Preiss. No. 175.

„Frutex pedalis,“ squarrosus. *Ramuli* inferiores steriles breves foliisque fasciculatis acerosis, 3 lin. longis, consiti; superiores floriferi brachiiati, scabro-hirtelli, foliis duplo brevioribus et latioribus instructi. *Pedunculi* longe exserti, flaccidi et cum flore 3 lin. lato pulcherrime aurei. *Calyx* et *petala* aequalia, reflexa; horum lacinae capillares. *Staminodia* staminibus longioribus triente breviora, brevioribus aequalia et cum his erecta, incurva, sinibus latis filamenta excipientibus distincta, lanceolata, infra apicem utrinque uni-rarius bidentata. *Filamenta* longiuscula, filiformia, alterna breviora. *Anthera* nutans. *Gemmulae* geminatae, appositae.

13. **Verticordia (Chrysoma) Endlicheriana** Sch. corymbo subsimpli, conferto; hypanthio turbinato, glabro; phyllis calycis 5-partitis, lobulis subulatis aristatis pinnatifido-plumosis; petalis coriaceis, palmato-7-partitis; staminodiis petaloideis, lanceolatis, integerrimis, acuminatis, comiventibus; connectivo oblongo, antheram semiamplectente apiculoque brevi cucullato terminante; stylo recto, imberbi, stamina subaequante; bracteolis muticis, eaducis; foliis imbricatis, oblique mucronatis: inferioribus semitereti-acerosis: superioribus ovalibus subearinatis integerrimis.

In rupestribus collium Konkobernp ad promontorium Cape-Riche, et in solo subarenoso inter frutices planitieis cis fluvium Gordon (Hay). Flor. Novembri. Herb. Preiss. No. 179 et 181.

Fruticulus demissus, ramis sterilibus brevibus fasciculato-foliosis, floriferis confertis subfastigiatis, ramulis fuscis scabro-hirtellis. *Folia* quadrifariam imbricata, acerosa 3-4 lin., ovalia sesquilineam longa, omnia glaber-

rima nitidula. *Corymbuli* pauciflori; pedunculi folium subtendens quadruplo superantes, erecti. *Flores* 3 lin. lati, flavi, siccando nigrescentes. *Petal*a adscendentia, fimbriis subulatis. *Stamtnodia* ab invicem satis distantia, stamina subaequantia et cum his declinatis conniventia. *Gemmulae* binae.

14. **Verticordia nitens** Schauer. corymbo composito multifloro condensato, tubo calycis turbinato glabro, lobis palmato-9-fidis, lobulis pennato-plumosis, petalis subcartilagineis ovatis margine superiori incisio-fimbriatis, staminodiis lineari-subulatis integerrimis, connectivo in galeam cristatam antherae imminuentem extenso, stylo incluso imberbi, bracteolis muticis caducis, foliis filiformi-teretibus oblique mucronatis patulis. Schauer l. c. pag. 223. n. 16. tab. IV. B. fig. 1—5. *Chrysorrhoe nitens* Lindl. Bot. Mag. Comp. II. pag. 357.; Swan River. Bot. tab. I.

In planitie arenosa supra oppidulum Guildford. Flor. Januario. Herb. Preiss. No. 173.

15. **Verticordia chrysantha** Endl. corymbo paucifloro, tubo calycis brevi hemisphaerico glabro, lobis multifidis, lobulis lineari-subulatis pinnatifido-plumosis, petalis subcartilagineis margine superiori longe fimbriato-partitis, staminodiis linearibus petaloideis apice inaequaliter tridentatis, connectivo turgido ultra antheram apiculo tumido breviter producto, stylo incluso imberbi, bracteolis muticis persistentibus, foliis filiformi-teretibus subuncinato-mucronatis patulis. Schauer l. c. pag. 225. n. 17. Endl. Ann. d. Wiener Mus. II. pag. 195.

Var. *a* **Roëi**: staminodiis angustioribus, superne inaequaliter tridentatis ramulisque vernicosis. *V. chrysantha* Endl. et Schauer II. cc.

Var. *β* **Preissii**: staminodiis imbricatis, obovatis, acutiusculis, opacis; ramulis scabro-hirtellis, subvernicosis.

In regionibus interioribus Australiae austro-occidentalis. Floret Octobri. Herb. Preiss. No. 178. *)

*) **Thryptomene** Endl. Gen. n. 6277. Schauer l. c. pag. 232. tab. VI. A. Hujus generis speciem nullam quidem retulit cl. *Preissius*, nihil tamen minus quae de eo observanda habeo hie pagellis inserere juvat. Quum enim *Baeckeam saxicolam* nuperrime vivam examinare licuerit, cognovi eam *Thryptomenes* esse speciem. *Astreae* genus, quod, nomine insuper a Klotzschio pro genere Euphorbiacearum anticipato, eae superstruxeram (v. *Linnaea* XVII. pag. 238.), idcirco abolendum, species nova vero sequentibus est describenda. 1) **Thryptomene saxicola** Schauer. foliis laxe quadrifariam imbricatis, deince recurvo-patulis, planis, obovato-oblongis muticis; pedunculis folium subaequantibus subxersertive. **Baeckea saxicola** A. Cgh., Bot. Mag. 3060. Habitat in Nova-Hollandia austro-occidentali (v. v. c.) Floret in tepidario ineunte vere. Frutex in hortis 3-4-pedalis, erectus, virgatus, glaber. *Rami* tetragoni, phyllopodiiis marginantibus linearibus helvolis. *Folia* coriacea, margine cartilagineo pellucido minute serrulato cincta, scabriuscula, obtusa vel subacutiuscula uninervia, 2 lin. circiter longa, superius unam lineam lata, laete viridia, in petiolum brevem planum appressum pallidumque abeuntia. *Flores* infra apicem ramulorum hornotinorum pauci, axillari-racemosi. *Bracteolae* scariosae, lauceolatae, canaliculatae, punctatae, hypanthium subaequant, fugaces. *Hypanthium* coarctato-turbinatum, viride, rugulosum. *Limbus calycinus* petaloideus, co-

+ Gomphromyrtus Dehu Schult.
~~Backea~~ etnoidolia Sm. Flor. fragrantis
 ad flum. murray haud procul a
 monte Beevor! Herb. 1847 hb. H. 157.

14 B. crassifolia Ldl.
 B. carnafolia! Sieber. affinis*
 affinis B. baculata DC. F. D. L. hb. H. 66.
 vult B. ~~crassifolia~~ ~~Stuebel in litteris!~~
 vult. Divinis locus in precipituum
 arboribus aridis, Murray prub!
 Petala alba orbiculata unguiculata
 Stamina 5 longiora 5 breviora alter-
 nantia. Folia lenticulata - trigona
 clavata.

Fructus 2-3' Rutilis vere
 F. Euryomyrtus

+ B. Stuartiana pr. n. - E. thymifolia Schauer
~~Backea~~ thymifolia Hook. f. Schauer
7. **Eucalyptus decipiens** Endl. fruticosa; laevis; foliis coriaceis, alternis, subrotundis ellipticis oblongis lanccolatisve, in petiolum attenuatis, breviter acuminatis, pallide virentibus, opacis; capitulis axillaribus, 8-12 floris, confertis; pedunculo subtereti; pedicellis hypanthio continuis subnullis vel brevissimis; hypanthio turbinato, fauce brevi; operculo conico, in apicem subcornutum contracto, nitidulo, hypanthio triente circiter longiori. Endl. Enum. pl. Hügel. pag. 49. n. 155!

Variat: *α latifolia*. foliis subrotundis ellipticis oblongisve. *E. decipiens* Endl! l. c. (v. in H. C. Vindb.)

β angustifolia. foliis lanceolatis. Herb. Preiss. sine No.

In glareosis sterilibus collium Wuljenup promontorii Cape Riche. Novembri a. 1840 florens lecta. Herb. Preiss No. 241.

„Frutex 8-10-pedalis“. *Folia* quoad figuram maximopere variabilia. *Hypanthium* cum pedicello 2-2½ lin. longum, cum operculo fuscum, nitidumque. — Forma latifolia, a nob. L. B. de Hügel lecta, *E. ovatae* Lab. tantopere similis est, ut pro eadem habuerim, nisi operculi forma repugnaret.

8. **Eucalyptus rudis** Endl. arborea; foliis coriaceis, alternis, e basi ovata lanceolatis, longe acuminatis, longe petiolatis, utrinque subglaucescentibus, subopacis; umbellis axillaribus, 4-6 floris; pedunculo semipollicari, teretiusculo vel cum pedicellis hypanthio fere duplo longioribus angulato; hypanthio obconico-cupulacformi; operculo arcto, conico, acutiusculo, hypanthio subaequali v. tridente longiori, firmulo, nitido. — Endl. Enum. pl. Hügel. pag. 49. n. 157!

In arenosis silvae ad fl. Swan-River, Octobri' 1839 florens. Herb. Preiss. No. 252 (v. in H. C. Viadb.)

„Arbor circiter 45 pedes alta“, ramulis gracilibus laxis. *Folia* in nostra 3-5½ poll. longa, petiolo 8-12 lin. aequante. *Hypanthium* 2-2½ lin. altum. *Germen* 4-5-loculare. — Flores in planta Preissiana longius pedicellati paulloque majores quam in Hügeliana, quae foliis majoribus, 6-7 pollices longis, gaudet.

9. **Eucalyptus amygdalina** Lab. arborea; laevis; foliis firmis, alternis, anguste lanceolatis, in petiolum attenuatis, cuspidato-acuminatis, pallidis, nitidis; areolis retis magnis lanceolatis; umbellis axillaribus, 5-8-floris; pedunculo subancipiti, petiolum aequante; pedicellis brevibus; hypanthio obconico-cyathiformi; operculo subconico-hemisphaerico, obtuso, hypanthio multo breviori. — Lab. Nov. Holl. II. pag. 14. tab. 154?

In solo sublimoso arenoso districti York, Martio M. a. 1840 cum alabastris adultis Herb. Preiss. No. 246, et similibus in locis montis Mathilda distr. York, cum fructibus No. 248. (v. sp. orig. in Herb. Willd. n. 9598!)

„Arbor 45 pedes circiter alta, cortice per strata solubili“ ramulis gracilibus. — Pedicelli in nostra longiores, fructus minores quam in planta Biltardierana, quae ceterum omni nota congruere videtur, quantum quidem ex specimenibus satis mancis judicare licet.

10. **Eucalyptus foecunda** Schauer. fruticosa; laevis; foliis coriaceis, alternis, anguste lanceolatis, sensim in petiolum attenuatis; in acumen tenue contractis, viridibus, nitidis; umbellis axillaribus terminalibusque, 5-8-floris, subpaniculatis; pedunculo compresso, petiolum subaequante; pedicellis hypanthio continuis et subaequalibus; hypanthio (fructus) turbinato; operculo (fructibus umbellatis 3½ lin. longis truncatis).

In clivulis calcareis haud procul ab colonia Freemantle, Aug. M. 1839 fructifera. Herb. Preiss. No. 231.

„Frutex 5-pedalis“ ramis virgatis. *Folia* cum petiolo 2½ poll. longa, 4-6 lin. lata, sicca tenuiter reticulata, imperforata. *Capsula* 3-rarius 4-lo-

ularis, vertice valvis subulatis paulloque ultra marginem hypanthii exsertis deliscens. — *E. radiatae* Sieb. affinis.

11. **Eucalyptus hypoleuca** Schauer. arborea; glabra; foliis coriaceis, alternis, ovato-oblongis, basi obliqua breviter in petiolum contractis, acuminatis, subtus glaucis, reticulato-venosis; floribus in pedunculo axillari compresso subancepiti subternis, brevissime pedicellatis; hypanthio . . . ; Operculo . . . ; (fructu majusculo subgloboso laevissimo, disco elevato capsulam triloeularem inclusam aequante).

In confragosis silvae prope montem Wuljenup distr. Plantagenet, Octobri fructifera. Herb. Preiss. No. 226. Vidi fragmentum.

„Arbor trigintipedalis“, ramis rigidulis. *Folia* 3-4 poll. longa, 16-20 lineas lata. *Fructus* 9 lin. diametro metiens, subglobosus, vertice depresso, e disco elevato formato ore circulari 4 lin. lato pertuso.

12. **Eucalyptus calophylla** Lindl. arborca; laevis; foliis coriaceis, alternis, ovato-lanceolatis oblongisve, inaequilateris, basi in petiolum contractis, acuminatis, vel obtusis cum acumine imposito, tenuiter penninerviis, subtus glaucis; umbellis axillaribus terminalibusque, sub-5-floris, paniculatis; pedunculo ancepiti pedicellisque angulatis elongatis; hypanthio turbinato-hemisphaerico, fauce amplissima; operculo depresso, planiusculo, orbiculari, breviter umbonato, sub anthesi margini hypanthii cardine quasi alligato, reflexo. — Lindl. Bot. Reg. new. Ser. XIV. pl. misc. 157.

„N'gumbat Autochthonum; Red-Gum colonorum“. *E. calophylla* R.Br. Journ. geogr. Soc. Lond. 1830—31, pag. 19? *E. splachnicarpa* Hook. Bot. Mag. t. 4036! (operculi descriptione vitiosa).

In arenosis silvae circa oppidulum Perth et totius coloniae; floret Januario. Herb. Preiss. No. 250.

„Arbor 35-60 pedes alta“, ramificatione patente. *Folia* subundata, margine incrassato revoluta cincta, supra viridia nitida, subtus glauca deique pallidiora, penninervia nervis secundariis parallelis valde approximatis in venam submarginalem anastomosantibus, pellucide punctata, 3-5 pollices longa, citra basin sesquipollicem lata. *Flores* magnitudine speciosi; *alabastra* pyriformia; *hypanthium* ultra germen vertice planum 3-4-5-loculare in faucem amplissimam coriaceam semigloboso-cupulaeformem productum; *operculum* subtus resinoso-punctatum, vertici alabastris impositum, diametro 3 lineas metiens; *stamina* numerosissima, 5 lin. longa, alba. *Fructus* magnus (2 poll. longus, 15 lin. diametro latus,) lignosus, oblongo-urceolatus, limbo amplo patellaeformi interne laevissimo, ore valde constricto.

** Oppositifoliae.

13. **Eucalyptus Preissiana** Schauer. fruticosa; ramulis quadrangularibus, rigidis; foliis firmis, oppositis subalternisve, ellipticis oblongis vel subparabolicis, petiolatis, basi rotundatis, obtusissimis, viridibus nitidis; pedunculo axillari

latissimo, alato-ancipiti, petiolum aequante, trifloro; hypanthio brevissime pedicellato, obconico-cyathiformi (9 lin. alto), fauce amplissima diametro oris longitudinem totius hypanthii aequante; operculo

In lateribus rupestribus collium Konkoberup promontorii Cape Riche, Novembri a. 1840 deflorata. Herb. Preiss. No. 239.

„Frutex 8-pedalis“. *Folia* supra lucida, subtus nitida, in sicco utriusque subflavescenti-viridia, pellucide punctata; lamina $3\frac{1}{2}$ poll. longa, $1\frac{1}{4}$ - $1\frac{1}{2}$ poll. lata; petiolus 9 lineas circiter longus, latus, complanatus, tortus. *Hypanthium* magnum, ecostatum, ore extrorsum cicatrice duplici late marginato. „*Stamina* sulphurea“. *Germina* in fundo faucis hypanthii vertice depresso 5-radiato et 5-angulato breviter emersum, 5-loculare. — Species inter omnes tam habitu quam characteribus maxime insignis.

14. **Eucalyptus pleurocarpa** Schauer. fruticosa; undique farinaceo-pulverulenta; ramis alato-tetragonis; foliis firmis, oppositis, petiolatis, obliquis, subrotundis ellipticis ovatisque, basi rotundatis, obtusis retusisque cum acumine brevissimo; petiolo plano, alato-decurrente; floribus ternis in pedunculo axillari semipollicari, cum pedicellis brevissimis alato-ancipiti; hypanthio (fructus) subgloboso, argute 4-costato, capsula paullo longiori; operculo

In glareosis sterilibus ad radices collium Konkoberup promontorii Cape Riche, Novembri a. 1840 fructifera. Herb. Preiss. No. 253.

„Frutex 15-pedalis“, ramis rigidis. *Folia* 2-4 poll. longa, inferius $1\frac{1}{2}$ -2 poll. lata, margine valde incrassato limbata, pulvere deterso punctis crebris perforata. *Fructus* nucis *Avellanae* magnitudine, alis pedicelli in hypanthium excurrentibus costis binis argutis satisque prominentibus nec non binis secundariis prioribus contrariisque minus elevatis quadrijugatis. *Capsula* 4-locularis. *Sem. circ 2" lg. r. v. bialata!*

15. **Eucalyptus macrocarpa** Hook. fruticosa; undique farinaceo-pulverulenta; ramis quadrangularibus; foliis rigidis, oppositis, decussatis, cordato-ellipticis, sessilibus, breviter acuminatis; floribus (maximis) axillaribus, singulis, breviter pedunculatis; hypanthio cyathiformi, marginato, cum operculo hemisphaerico-conico acuminato et tricente longiori crassissimo. — Hook Icon. plant. tab. 405—407!

In glareosis sterilibus planitiei „Quangen“ ab autochthonis dicta, prov. Victoriae, Martio M. 1840, alabastris et fructibus onusta. Herb. Preiss. No. 235.

„Frutex octopedalis“, rigidus. *Folia* 4-5 poll. longa, 3- $3\frac{1}{2}$ poll. lata, cartilagineo-marginata, sub pulvere crebripunctata. *Alabastra* subadulta sesquipollicaria. *Fructus* maximus, lignosus; *hypanthium* hemisphaericum, diametro ultra 2 pollices metiens, margine extrorsum declivi cicatrice duplici, ex area operculi et area staminum repetenda, 4 lin. lata insignito praeditum, superatum disco lignoso, 4 lin. alto, denique juxta valvulas pericarpium disrupto. *Capsula* 4-locularis, accreta, maturitate nihilominus loculicide debescens et ab axi centrali conico, spermophora ferente, secedens. *Semina* numerosa, cuneata, angulata.

Subtribus IV. Phalangideae. Folia opposita vel alterna. Stamina indefinita, exserta, in phalanges petalis oppositas coalita. Schauer, Dissert. gratul. pag. 5.

Sect. 1. MELALEUCEAE. Antherae dorso insertae, incumbentes.

GYMNAGATHIS Schauer, Linnaea XVII. 2. pag. 243.

Flores in capitula axillaria, sessilia, axi non amplius innovante terminalia, pleiantha, collecti, sessiles, singuli bractea bracteolisque geminis consimilibus stellatis basi involuerati. *Hypanthium* cyathiforme, inferne germini adnatum, superne margine interiori pentagono-toruloso praeditum. *Calycis phylla* hypanthio continua, brevia, marcescentia. *Stamina* plurima, in phalanges 5 coalita, torulo fauciali hypanthii ad angulos inter calycis phylla insertas, pinnatifidas, post anthesin deciduas; anthera dorso inserta, incumbens, bilocularis, loculis parallelis rima longitudinali deliscentibus. *Germe*n hypanthio innatum, triloculare; gemmulae in loculo complures, in spermophoro subpeltato, angulo centrali affixo obliquae. *Stylus* filiformis, exsertus; stigma peltato-capitatum. *Hypanthium fructiferum vix in-crassatum*, siccum; capsula immersa, vertice loculicide-trivalvis; semina numerosa, cuneata, aptera.

Genus a *Melaleuca* inflorescentiae et hypanthii indole distinctum.

1. **Gymnagathis teretifolia Schauer.** *Melaleuca teretifolia* Endl. Enum. pl. Hügel. pag. 49. v. 153!

In arenosis silvae prope Woodman's-point, Decembri 1838. Herb. Preiss. No. 268; in paludosis inter frutices vix penetrabiles ad Hester's-point, Maio 1841, fructifera. Herb. Preiss. No. 269. — Hügel!

„*Frutex* 3-9-pedalis, erectus, subfastigiatus“, ramulis elongatis rigidulis teretibus cum reliquis partibus omnibus glaberrimis. *Folia* alterna, patentia, tereti-filiformia, rigida saepe subincurva sessilia, apice acuto rectiusculo breviter mucronata, punctata, in nostris speciminibus $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ pollices longa. *Capitula* densa, 8-12-flora. *Bractea et bracteolae* squamaceae, scariosae, late ovatae, obtusiusculae, concavae, illa hypanthium subaequans, hae breviores. *Hypanthium* cum calycè subherbaceum, viride, punctatum, lineam longum. *Petala* calyce duplo longiora, orbiculata, unguiculata, cum staminibus alba. *Phalanges* 9-andrae, pinnatifidae, unguibus corollam subaequantibus. *Fructus* glomerati, hypanthii tubo angulato, limbo patellari.

MELALEUCA L. Endl. Gen. n. 6298.

I. COSMOSTEMON. Flores in capitula, sub florescentia apicalia, confertissima, saepe composita, collati (minores). Hypanthium totum vel basi saltem lanatum, indumento denso lanato axis magis minusve immersum. Calyx membranaceus, cutaneus, v. subherbaceus, marcescens. Phalanges staminum rectae, 3-11-andrae, palmatifidae. Stylus filiformis, plerumque exsertus; stigma punctiforme. — Folia alterna Fructus laeves, ore edentato.

1. *Calycis phylla membranacea v. cutanea enervia.*

* *Floribus lilacinis.*

- 1 **Melaleuca spathulata** Schauer. ramulis brevibus, rigidulis; foliis alternis, coriaceis, obovato-spathulatis, brevissime acuminatis, obtusis, subinflexis, recurvo-patentibus, adultis glabratis utrinque asperulis; capitulis sphaericis, parvis conglobatis, hypanthio campanulato, sericeo, basi immerso; calycis phyllis rotundatis, membranaceo-marginatis; phalangibus subtriandris, unguibus corollam aequantibus.

In glareosis sterilibus ad latera collium Konkoberup promontorii Cape Riche, Novembri 1840. Herb. Preiss. No. 301.

„Fruticulus pedalis, squarrosus“ *Folia* 3½ lin. longa, superius 2 lin. circiter lata, vix conspicue trinervia. *Capitula* diametro 3 lin. metientia, multiflora. *Bractee* scariosae. *Flores* inter affines minimi. *Petala* calyce ter fere longiora, erecta, oblonga, concava. *Stamina* 2 lineas longa.

2. **Melaleuca Endlicheriana** Schauer. ramulis strictis, puberulis; foliis confertis, alternis, crassiusculis, cuneatis, apice rotundatis, vix apiculatis, subconcavis; arrectis v. subrecurvo-patulis, adultis glabratis nitidulis; capitulis sphaericis, conglobatis; hypanthio cyathiformi, basi calyceque villosa; hujus phyllis membranaceis, ovatis obtusis (saepe cohaerentibus); phalangibus 7-andris, unguibus corollam aequantibus.

Metrosideros sororia Endl. En. pl. Hügel. pag. 49. n. 158!

In Australia occidentali. Herb. Preiss. No. 302. Swan-River: Hügel!

Folia 4 lin. circiter longa, citra apicem vix lineam lata, sicca supra uninervia, subtus punctata stomatisque crebris sub lente speciem asperulam exhibentia; novella lanuginosa. *Capitula* cerasi magnitudine. *Bractee* laetae, scariosae, obovatae, in disco striatae. *Petala* cum staminibus 3 lineas longis amoene lilacina; antherae luteae.

E. Fabrorum Mill. var.
E. muricata Herb. Mill.

Specimen fructiferum ab defestis
pluris haud rito determinandum
differt ab *E. americana* ^{petriana} proxima
foliis fructibusque majoribus
illis - nervis et venis plus pro-
minutibus percurpis, his ple-
rumque lateralibus sedice et
latis. Folia decidua frani-
cubam quasi relinquunt.

Laffy - ranges, Nov. 1848.

Occurrit foliis angustioribus & fru-
ctibus brevibus sed et ceteris.
Est ~~fructibus~~ *E. Fabrorum* varietas. pedunculata

E. gracilis Herb. Mill. msc. 1848.

arbusculata ~~gracilis~~ ramulis re-
tibus apice angulatis, foliis co-
riaceis creberrime ~~fructibus~~ ^{fructibus} line-
ari-lanceolatis uncinato-ocu-
minatis vel apiculatis, umbellis
axillaribus aut lateralibus 3-6 fl.
hypanthio turbinato, operculo
depresso hemisphaerico hypan-
thio 3 plo circiter brevioris api-
culato mutivo vel ^{ex parte!!}

E. perforata Herb. hb. 1849 (non Herb. Mill.
msc. 1847!) Semina minuta
partem fructiferorum extensorum
magnam nonnulla millecava
& fl. Murray ressecta in
Sittus Oct. graminis & fructus
ficus. - Arbusculum vel fru-
tex gracile ^{in J. Wellesleyan} 5-8. florifera
Dic. ex hb. Vitis. Ramis rubri
Murray pro rub. - Folia oleo volubili
gracilis.

Ab *E. amygdalina* proxime cognata
differt foliis haud venosis (et patria)
ab *E. ambigua* apiculato vix apicu-
lato, petioli longioribus, umb. plerum-
que 5 floris, ab *E. Cneorifolia* Alex. de Cayn

Floribus brevibus

3. **Melaleuca seriata** Lindl. ramulis brevibus foliisque novellis villosis; foliis confertis, alternis, crassiusculis, lineari-lanceolatis, inferne attenuatis, brevissime acuminatis, arrectis, subrecurvis, subtus biseriatim punctatis, glaucescentibus, adultis glabratis; capitulis globosis; bracteis subherbaceis; hypanthio cyathiformi, basi lanato; calycis phyllis membranaceis, ovatis, obtusis (saepe cohaerentibus); phalangibus 7-andris, unguibus corollam aequantibus. Lindl. Swan-River, pag. VIII. n. 18!

In arenosis prope vicum Perth, Novembri 1839. Herb. Preiss. No. 299. J. Drummond! (v. s. a. cl. Lindl. comm.)

„Frutex tripedalis“. *Folia* 4 lin. longa, in dorso grosse punctata. *Bracteae* cutaneae, latae, subrotundae, subito in basin angustam contractae, concavae, ciliatae, disco viridato striato, marginibus tenuibus sphacelatis coloratis. *Flores* in capitulo circiter 15. *Stamina* 3 lin. longa, cum petalis subrotundis erectis amoene rosea. — Sequenti valde propinqua, sed foliis angustioribus longioribus, floribus majoribus roseis, bracteisque subherbaceis distincta.

4. **Melaleuca ornata** Schauer. ramulis brevibus foliisque junioribus pilosis; foliis confertis, alternis, erassiusculis, lineari-oblongis, in petiololum brevissimum attenuatis, obtusis vel brevissime acuminatis, arrectis, recurvo-patulis, subtus biseriatim punctatis, lacte viridibus, adultis demum glabratis; capitulis globosis; bracteis scariosis; hypanthio cyathiformi, basi lanato; calycis phyllis membranaceis, ovatis, obtusis (saepe cohaerentibus); phalangibus 7-andris, unguibus corollam aequantibus.

In arenosis inter frutices silvae ad fl. Canning, Novembri 1839. Herb. Preiss. No. 298.

„Frutex bipedalis“, densirameus, floridus. *Folia* subopaca, 3 lineas circ. longa, laevia, sicca uninervia. *Bracteae* obovatae, latae, fuscae, striatae, cito deciduae. *Capitula* subvigintiflora, simplicia. *Petala* oblonga, erecta, cum staminibus $2\frac{1}{2}$ lin. longis vivide lilacina; antherae, ut in reliquis, luteae. *Fructus* solitarii vel pauci arcte conglomerati, pisi minoris mole, hypanthio laevi e basi adnata conico-attenuato orificio dentibus obsolete repando, capsula profunde immersa. — *M. Endlicherianae* valde similis, sed foliis angustioribus pilis subpersistentibus conspersis statim recognoscenda.

5. **Melaleuca Manglesii** Schauer. ramulis subvirgatis foliisque novellis glabriusculis; foliis confertis, alternis, patulis subimbricatisve, clavato-linearibus, basi attenuata sessilibus, breviter acuminatis; muticis, dorso subconvexis, subrecurvis, glaucescentibus, subtus subbiseriatim-punctatis; capitulis globosis; hypanthio cyathiformi calyceque pubescentibus; hujus phyllis membranaceis rotundatis; phalangibus

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, Octobri 1840. deflorata. Herb. Preiss. No. 320.

Habitu *M. seriatae* similis, sed magis virgata et hypanthio pubescenti diversa. *Folia* $1\frac{1}{2}$ -5 lin. longa, sicca uninervia. *Fructus* helvoli, sesquilineam lati, globosi, basi mutua pressione angulati, ore amplo aequali.

6. **Melaleuca parviceps** Lindl. ramulis virgatis foliisque novellis piloso-hirsutis, foliis acerosis confertis, alternis, teretibus compressisve, sessilibus, acutis, arrectis, subrecurvis, adultis nitidis scabriusculis; capitulis sphaericis conglobatis; hypanthio ovato, sericeo; calycis phyllis membranaceis, subrotundato-ovatis, obtusis (saepe cohaerentibus), glabris; (petalis hyalinis caducis;) phalangibus 5-7-andris, unguibus corollam subaequantibus. — Lindl. Swan-River Bot. pag. VIII. n. 19!

In arenosis et limoso-arenosis hand longe a praedio rustico Maddington ad fl. Canning, nec non supra vicum Guildford, Octobri et Novembri 1839. Herb. Preiss. No. 297. — J. Drummond! (v. s. a. cl. Lindl. comm.)

„Frutex tripedalis“, ramis fusco-cinereis ramulisque laete fuscis gracilibus patulis. *Folia* saepe magis minusve compressa, subangulata, apice cartilagineo munita, laete viridia, sub lente in angulis scabriuscula, 6-9 lin. longa. *Capitula* apicalia, Ceraso saepe majora, e capitulis compluribus axillaribus paucifloris, non raro folio subtensis, composita, *Hypanthium* sesquilineam longum, dense sericeum. *Petala* tenuissime membranacea, pellucida, concava, incipiente anthesi decilua. *Stamina* 3½ lin. longa, viride lilacina. *Stylus* longe exsertus. *Hypanthium* fructus subconicum truncatum.

Proxima *M. scabrae* R.Br., quae vero differt: innovationibus glabris, foliis undique asperis, hypanthio subconico basi acuto glabriusculo, petalis mollibus per anthesin persistentibus, stylo stamina aequante.*)

7. **Melaleuca pentagona** Labill. innovationibus pubescentibus; foliis confertis, patulis, alternis, aut subteretibus subulatis subtus ulnisulcis vel carnosulis linearibus, aut planis lanceolatis, basi attenuata sessilibus, pungentibus adultis glaberrimis nitidulis; capitulis globosis; hypanthio cyathiformi glabro; calycis phyllis brevissimis, membranaceis, truncatis; phalangibus 3-5-andris, unguibus corollam subaequantibus. — Labill. Nov. Holl. II. pag. 27. tab. 166!

a planifolia: foliis lanceolatis, in basin angustatis, crassiusculis, planis, enervibus. *M. pentagona* Lab. tab. 166! — Ferd. Bauer!

β subulifolia. foliis subtereti-subulatis dorso sulco exaratis.

In glareosis sterilibus ad radices collium Konkoberup promontorii Cape Riche, Novembri 1840. Herb. Preiss. No. 325; in calcareis inter frutes in monte Baldhead ad Sinum Regis Georgii. Octobri 1840. No. 309. — Ad Sinum Regis Georgii a. 1818: A. Cunningham!

Frutex jam demissior, rigidior, foliis carnosis subulatis 3-6 lineas longis, jam laetius vicens, ramulis vimineis, foliis mirabiliter ludens. Haec enim in uno eodemque ramulo, a b. Ferd. Bauer olim lecto, observare licuit in-

*) *M. trichophylla* Lindl. ramulis tomentosis foliisque junioribus pilosis, adultis glabratibus; foliis confertis, alternis, filiformi-acicularibus, arcuatis acumiatis, iuermibus; capitulis globosis; hypanthio subeylindrico, lanato; calycis phyllis membranaceis, oblongis (saepe cohaerentibus), pubescentibus; phalangibus 3-9-andris, unguibus corolla plus quam duplo longioribus. — Lindl. Swan River Bot. pag. VIII. n. 20! In Australia occidentali: J. Drummond! *Folia* teretia vel subcompressa, 8-14 lin. longa. *Bractae* lineares, fugaces. *Capitula* multiflora, Cerasi majoris mole, pulcherrime roseo-lilacina, antheris flavis oruata. *Hypanthium* calycem aequante lineam longum. *Petala* erecta, oblouga. *Stamina* 4 lin. longa.

E. mucronata var. *multiflora* Juss.
x *E. patentiflora* Juss. Mill.

... foliis angusto-lanceolatis
longe in acumen angustatis
utrinque a basi reticulato-venosis
punctulato-porosis, umbellis ca-
pitatis 4-7 floris axillaribus
lateralibusque, floribus 5 gear-
ratis ^{multis, acutis} ~~multis~~ ^{acutis} ~~acutis~~
niveo ~~alb~~ ^{acutis} ~~acutis~~ ^{acutis} ~~acutis~~
carpanulata medio punctulatis
contracto ^{ante} ~~ante~~ ^{ante} ~~ante~~
longo. ~~Forse tantummodo E. archai~~
fraxinifolia varietas multiflora!
Lignis spinosa floribus haud eva-
lutis ni fallor arboris etasae
in itinere per interioris regionis
vagus finem Kwali-Bay Oct 48.

x *E. Leucoxylon* Juss. Mill.

E. trisis Dehr & ~~Mucronata~~ (non p. 130)
x ramulis ~~trichocarpis~~ ^{glabris} ~~trichocarpis~~
lanceolatis ~~pinis~~ ^{pinis} ~~pinis~~
angustatis apicula hamata
terminalis nitida ^{nitida} ~~nitida~~
surculis reticulato-venosis, pedun-
culis axillaribus 3 floris pedicel-
latis brevibus ^{pedicellatis} ~~pedicellatis~~ ^{pedicellatis} ~~pedicellatis~~
~~latis~~ ^{latis} ~~latis~~ ^{latis} ~~latis~~
^{nitida} ~~nitida~~ ^{nitida} ~~nitida~~
vix ^{nitida} ~~nitida~~ ^{nitida} ~~nitida~~
inversis ^{nitida} ~~nitida~~ ^{nitida} ~~nitida~~
fructi et gummi a Calceptrigera
Apr 1848 Linn. ~~pro~~ arborum
10 12' — Salt Creek ^{pro}
Linn. ^{pro} ~~pro~~ ^{pro} ~~pro
Hyg. ^{pro} ~~pro ^{pro} ~~pro
Dec. 1849 florif. Dr. B. ^{pro} ~~pro
rami juniores rubelli. Frons
junior glauca, ramuli ^{pro} ~~pro ^{pro} ~~pro
E. ~~pinifolia~~ ^{pro} ~~pro~~ ^{pro} ~~pro~~
incastrata, ^{pro} ~~pro~~ ^{pro} ~~pro~~~~~~~~~~~~~~

x Eucalyptus part. alifolia Fr.

E. melliodora ^{St. Arn.} *vid. propinqua*
arborutata, foliis alternis
coriaceis glaucis vix mucosis
anguste lanceolatis basi
in acumen recurvatum excurvatis
junioribus axillaribus 3-5 floris
synanthem. bracteis pedicellatis
radice ramis apicula bre-
vissima depresso hemisphaerico
apiculato

(Cortex ramorum juniorum viridis
hb. Berol. Trans. rivul. Sa. Looxortk
E. affinis *Fr.* *sp. nov.* *Fr.* *Fr.*
pedicellatis *Fr.* Jan. 1849.

Eucalyptus *rosmophylla* *vid. aut.*
Fructus *hemisphaerici* 6-8 ^{longi}
breviter *pubescenti* *perianthio* *5* *lobato*
varicis *lob.* *valv.* *deltoides* *acuminatis*
parvis *emarginatis* *innata* *furcata* *fidata.*

ell. squarrosa ! Fr. 7. 8. 2 !

George-town *ell. myrtifolia* *Fruct.* *hb. St. St.*
hb. St. Arn. *subpluvium* *Meyog*, 7. 8. 2. *Jan.* 1849,
8-10' *hb. St. Fr.* *n. 584.* 8-10'

macr. *gamb.* *B. glabrata* *Fruct.* *mel.*
ramulis *glabris* *rigidis*
haud *proceris* *peculiaris* *fiditate*
glabrata. *Fructus* 5-6' *densus*
brictus *patulos* *extrinsecus* *cum*
Leptoporum *microcarpo* *amplius*
obtusivata *vix* *penetranda* *si-*
mus. *In* *interioribus* *versus*
in *mare* *Revoli* *Bay* *Oct* 48.

! *Anth.* *Nov.* - *Jan.*

Eucalyptus *cladocalyx* *conf.* *p.* 140.

Eucalyptus *unaosa*, *fruct.* *Mell.*

Drope *Dowley* *Bay* (*Wilhelms*) *in* *aru* *Spis*
Ab *am* *uit.* *bat* *in* *colonia* *vid.* *fruct.* *min.* *Fr.*
de *fruct.* *foliis* *min.* *pro* *fruct.* *min.* *Fr.*
Fructus 5-8' *densus* *glaucescens.* *hb.* *St.* *Fruct.* *vid.*

feriora complanata lanceolata enervia, superiora ramulorumque minus vegetorum sensim crassiora, linearia, denique teretia. *Folia* omnia undique stomatiis creberrimis, sub lente micantibus, conspersa, atroviridia. *Capitula* parva, densissima, multiflora. *Bractee* flores aequantes, scariosae, fuscae, fugaces. *Flores* exigui, lilacini. *Petala* fugacia. *Stamina* $2\frac{1}{2}$ lin. longa. *Fructus* in globulum ramulo quasi perfilatum arcte connati, angulati, vertice emerso ore orbiculari subrependo perforato.

8. **Melaleuca Waeberi** *Rchb. Herb.* ramulis virgatis foliisque novellis sericeis, adultis glabratis; foliis approximatis, coriaceis, alternis, patulis, lanceolatis, sessilibus, utrinque acutis, mucronatis, planis, nitidulis; capitulis subglobosis; hypanthio hemisphaerico, brevi, glabro; calycis phyllis brevissimis, membranaceis, truncatis rotundatisve; phalangibus 3-5-andris, unguibus brevissimis. Schauer in O. et D. Allg. Gartztg. III. pag. 167.

Ad hanc pertinere videtur specimen fructiferum Herb. Preiss. No. 317: in glareosis sterilibus ad radices collium Konkoberup promontorii Cape Riche, Novembri 1840 lectum. (v. v. c.)

Specimen nostrum, e „frutice pedali squarroso“ decerptum, a cultis recedit ramificatione hac ipsa squarrosa brevi, foliisque crassioribus rigidioribus arcuato-ascendentibus. — *M. pentagona planifolia*, cui proxima, *M. Waeberi* differt: foliis basi minus attenuatis, unguibus phalangium brevissimis, saepius vix distinctis, fructibus minoribus, conglomeratis quidem, sed non concretis et vix angulatis, hypanthio truncato.)

** *Floribus flavis.*

9. **Melaleuca acerosa** *Schauer.* foliis confertis, alternis, linearibus subteretibusve, brevipetiolatis, pungentibus, glabris, nitidis; capitulis paucifloris; hypanthio obeonico, pubescente; calycis phyllis membranaceis, truncatis, ciliolatis, corolla quadruplo brevioribus; phalangibus oligandris, unguibus elongatis corolla tricutis longioribus.

In clivulis arenosis l. calcareis ad oras maris pr. Freemantle, Junio 1839. Herb. Preiss. No. 263. — J. Drummond!

„Frutex 2-4-pedalis, erectus“, inferne simplex, superne ramosus, ramis erectis, ramulis foliisque novellis pilosis. *Folia* crassiuscula, acerosa, subtus biserialim punctata, subrecurva, 4-6 lin. longa, semilineam lata, laete viridia. *Flores* parvi, flavi. *Fructus* pisiformes, 3-6 coacervati, fusco-cinerei, laeves, hypanthio ad orificium subcontracto.“)

*) *M. striata* Labill. ramulis brevibus foliisque novellis sericeis, adultis glabratis; foliis approximatis, alternis, patentibus reflexive rigidulis, linearibus-subulatis, basi subattenuata sessilibus, verticalibus, acutis, pungentibus (siccis nervoso-striatis); capitulis oblongis densissimis; hypanthio hemisphaerico brevi, indumento axis omnino immerso calyceque brevissimo cutaneo lanatis; phalangibus 9-11-andris, unguibus corolla plus duplo longioribus. — Labill. N. Holl. II. pag. 26. tab. 165! *M. Fraseri* Hook. Bot. Mag. 3210! *M. hispida* et *M. ulicina* Hort. Hab. in Terra Van Leuwin: Labill! (v. sp. orig. in Herb. Willd. n. 14361! et v. c.)

**) *M. nodosa* Sm. Act. Soc. Linn. III. pag. 276. n. 6! innovationibus sericeis; foliis approximatis, alternis, linearibus, utrinque attenuatis, sessilibus, pungenti-mucro

10. **Melaleuca pungens** Schauer. ramulis subvirgatis, novellis puberulis; foliis approximatis, alternis, patulis, rigidis, tereti-acicularibus, subincurvis, sessilibus, acuminatis, pungenti-mucronatis, asperulis, subopacis; capitulis ovalibus densissimis; hypanthio cyathiformi, basi lanato; calycis phyllis membranaceis, brevibus, latis, rotundatis; phalangibus heptandris, unguibus corolla brevioribus.

In solo glareoso sterili inter frutices haud longe a monte Barrow (Plantagenet), Novembri 1840. Herb. Preiss. No. 316.

„Frutex tripedalis“. *Folia* 8-14 lin. longa, sub lente undique scabritie subtilissima obducta, saepius compressa. *Hypanthium* fere omnino inter lanam axis absconditum, lineam fere altum, praeter basin glabrum. *Stamina* 2 lin. longa. — Huic *M. tenuifolia* DC. (Prodr. III. pag. 213. n. 15.) propinqua videtur. *)

11. **Melaleuca uncinata** R.Br. innovationibus sericeis; ramulis virgatis; foliis alternis, crectis, filiformibus, teretibus subangulatisve, sessilibus, mucrone tenui uncinato terminatis, adultis laevibus nitidis; capitulis ovalibus compactis; hypanthio cyathiformi, brevi, lanato; calycis phyllis brevibus, rotundatis, sphacelatis; phalangibus subpentandris, unguibus corollam excedentibus. — R.Br. in Hort. Kew. IV. pag. 414. n. 14!

In solo limoso planitie silvae ad fl. Vasse-River, Decembri 1839: Herb. Preiss. No. 270; in glareosis illustribus silvae inter praedia rustica cl. Barker et Lennardt, Aprili 1840 fructif. No. 278. — In Nova-Hollandia Interiori ad fl. Lachlan a. 1817: A. Cgh.!

Frutex 6-7-pedalis. *Folia* 1-2 pollices et quod excedit longa, undique punctata. *Filamenta* cum antheris flava.

natis, planis uniuersis, rigidis, adultis glaberrimis nitidis punctatis; capitulis densissimis, conglobatis; hypanthio cyathiformi, sericeo; calycis phyllis membranaceis, truncatis rotundatisve; phalangibus subpentandris, unguibus corollam subaequantibus. Hab. in Nova-Hollandia orientali: Sieber pl. N. H. exs. n. 316! Ferd. Bauer! Hügel! (v. v. c.) **M. juniperina** Rchb. innovationibus hirsutis; foliis approximatis, alternis, tereti-acicularibus, brevi-petiolatis, acuminatis, pungenti-mucronatis, dorso sulcatis, tuberculato-punctatis, adultis laevibus opacis; capitulis globosis, conglobatis; hypanthio cyathiformi, lanato; calycis phyllis membranaceis, brevissimis, truncato-subrotundis; phalangibus pentandris, unguibus, corollam subaequantibus. — Reichenb. hort. bot. II. pag. 5. lab. 112! **M. juniperoides** DC. Prodr. III. pag. 213. n. 20. **Metrosideros juniperoides** Rchb. in Sieb. pl. N. H. exs. n. 317! Hab. in Nova-Hollandia oricutali: Sieber! Hügel!

*) **M. Drummondii**. Schauer. ramulis tenuibus foliisque novellis sericeo-puberulis; foliis approximatis, alternis, patulis, rigidis, e tereti compressis, sessilibus, mucrone recurvo terminatis, adultis glabratibus laevibus opacis utrinque punctis crebris seriatis exsertis; capitulis ovalibus compactis; hypanthio cyathiformi, brevi, lanato; calycis phyllis subobsoletis truncatis; phalangibus pentandris, unguibus corolla duplo brevioribus. Hab. in Nova-Hollandia austro-occidentali: J. Drummond! Ramuli cinerei, punctati. *Folia* 8-12 lin. longa. *Hypanthium* cum calyce semilinea paullo altius, calyce valde brevissimo glabro. *Petala* hypanthio longitudine aequalia, crecta, oblonga, concava, cum staminibus linea vix majoribus flava. *Antherae* caesiae.

*** *Species incompletæ.*

12. **Melaleuca leptospermoides** Schauer. squarrosa; ramulis foliisque novellis lanuginosis; foliis sparsis, laxe subimbricatis, coriaceis, ellipticis oblongisve, in petiolum brevissimum contractis, acutiusculis, muticis, concaviusculis, subtrinerviis, subtus punctatis, adultis glabris glaucescentibus; capitulis paucifloris; axi lanato; hypanthio subcylindrico adnato, inferne villosio; calycis phyllis membranaceis, rotundatis; phalangibus (brevibus) subdecandris, unguibus corolla brevioribus.

In planitie arenosa Quangen (pr. Victoria), Martio 1840, deflorata. Herb. Preiss. No. 312.

„Fratex pedalis“. *Folia* $2\frac{1}{2}$ lin. circiter longa. *Capitula* 3-6 flora, *Hypanthium* sesquilineam altum. *Phalanges* petalis paullo longiores, (cum petalis lilacinae?). *Fructus* subconicus, truncatus, laevis.

13. **Melaleuca tuberculata** Schauer. glabra; glauca; foliis alternis, approximatis, subimbricatis patulisve, brevibus, clavatis, supra planis, subtus convexis, in petiolum brevissimum attenuatis, breviter acuminatis, tuberculato-punctatis; capitulis plurifloris confertis; axi hypanthiisque subturbinatis adnatis, villosulis; calycis phyllis membranaceis subrotundis; phalangibus

In regionibus interioribus sterilibus Australiae meridionali-occidentalis, in itinere a Sinu Regis Georgii ad oppidulum York, Februario 1840, deflorata. Herb. Preiss. No. 261 ex parte.

Ramuli breves, tenues. *Folia* carnosa, facie plana laevi, dorso convexo punctis prominentibus consito, $1\frac{1}{2}$ -2 lin. longa. *Flores* lilacini?

14. **Melaleuca subtrigona** Schauer. ramulis tenuibus confertis foliisque juvenilibus facie subhirsutis; foliis alternis, laxe imbricatis, brevibus, clavatis, plano-convexis subtrigonisve, brevissime petiolatis, obtusis, elevato-punctatis, denique glabratis; capitulis paucifloris confertis; axi lanato; hypanthio cyathiformi, adnato, glabriusculo; calycis phyllis membranaceis, rotundatis; phalangibus

In regionibus interioribus sterilibus Australiae meridionali-occidentalis, in itinere a Sinu Regis Georgii ad oppidulum York, Febr. 1840, deflor. fructif. Herb. Preiss. No. 261 ex parte.

Fruticulus videtur exiguus, densus. *Folia* sesquilinearia, viridia, opaca, sub lente stomatiis undique conspersa, dorso punctis exstantibus instructa. *Fructus* conferti, glabri, helvoli. *Bractee* membranaceae, pellucidae, disco striatae, fugaces. — *Flores* lilacini?

15. **Melaleuca holosericea** Schauer. villosio-tomentosa; foliis alternis, confertis, patulis, semiteretibus, acutis, muticis, punctatis; capitulis paucifloris, confertis; axi hypanthioque adnato subcylindrico villosio; calycis phyllis membranaceis, rotundatis; phalangibus 8-10-andris. (?)

In planitie arenosa Quangen (Prov. Victoriae), Martio 1840, deflorata. Herb. Preiss. No. 315.

„Frutex bipedalis“, ramis tenuibus strictis, indumento molli lucano insignis. *Folia* e basi arcuata erecta, 5 lin. circiter longa, facie planiuscula.

2. *Calycis phylla cutanea, cum petalis nervoso-striata.*

16. **Melaleuca spinosa** Lindl. ramulis rigidis spinescentibus foliisque junioribus lanuginosis; foliis alternis, patentibus, coriaceis, ovalibus, brevipetiolatis, acutis, trinerviis, adultioribus glabratis nitidis; capitulis oblongis, conglobatis; hypanthio brevi villosa; calycis phyllis ovatis acutis petalisque subrotundis erectis disco trinerviibus; phalangibus 7-andris, unguibus corollam aequantibus. — Lindl. Swan-River Bot. pag. VIII. n. 23!

In arenosis colliculosis silvae ad fl. Canning, Novembri 1839. Herb. Preiss. No. 282. J. Drummond!

„Frutex 4-pedalis“, gracilis, patienti-ramosus. *Folia* atroviridia. *Flores* parvi, pulchre flavi. *Petala* membranacea, subrotunda, concava, lata, contigua. *Stamina* 2 lin. longa. — Habitu *Acacias* quasdam aemulatur.

17. **Melaleuca thymoides** Lab. ramulis spinescentibus foliisque junioribus lanuginosis; foliis alternis, patentibus, coriaceis, lanceolatis oblongisve, brevipetiolatis, trinerviis, adultis glabratis nitidis; capitulis oblongis; hypanthio brevi, tomentoso; phyllis calycis ovatis subrotundisve petalisque subrotundis erectis disco trinerviibus; phalangibus 7-9 andris, unguibus corollam subaequantibus. — Labill. N. Holl. II. pag. 27. tab. 167!

In glareosis sterilibus collium Konkoberup promontorii Cape Riche, Novembri 1840: Herb. Preiss. No. 280; in elivulo arenoso ad portum Princess-Royal-Harbour prope Albany (Plantagenet), Septembri 1840: Herb. Preiss. No. 281; in arenosis prope Point-possession ad Sinum Regis Georgii, Octobri 1840: No. 283. — Ad S. R. Georgii: A. Cunningham! In Terra Van Leuwin: Lab.

„Frutex 5-pedalis“, gracilis, ramulosus, florum conformatione praecedenti proxime accedens, sed foliorum minorum figura facilis distinctu. *Folia* laete viridia, 3-4 lin. longa. *Flores* cum staminibus sulfureis (siccandis saepius atrovirescentibus) $2\frac{1}{2}$ lineas longi. *Stylus* filiformis, exsertus; stigma obtusum, nec ampliatum concavum, quale describit cl. *Billardierus* l. c.

3. *Calycis phylla herbacea subulata.*

18. **Melaleuca aspalathoides** Schauer. ramulis foliisque tomento sericeo candicantibus; foliis confertissimis, sparsis, subtereti-acicularibus, muticis, saepe curvatis, tuberculato-punctatis; capitulis paucifloris; hypanthio cylindrico, lanato; calycis phyllis herbaceis, subulatis, pubescentibus; phalangibus 7-9 andris, unguibus calycem aequantibus.

In glareosis inter frutices provinciae York, Aprili 1840, deflorata. Herb. Preiss. No. 2426; in planitie arenosa Quangen pr. Victoriae: No. 2425.

„Frutex bipedalis“, rigidus. *Folia* in ramulis brevibus fere fasciculata, 6-9 lineas longa, angusta, subcompressa, tomento denso candido micanti

x *M. paludosa!* R. Br

Folia juniora ciliolata dyctis
reticulis praeriusculis demum
laevia. Rachis & calyces recurvum
pappin glabris. Foliorum nervi
laterales cum venis folium
in foliis explicatis prominent.
In ripam fissuris ad rivulum Tamunda-
Sreek, caespula 3 & 4 loculata prim. fructu
Apr. 1848. — Moriera Nov. 1847 ad l. Tam-
undag ibi. Fl. n. 747. Ab antiquis ad
aquarium stantium hb. Fl. n. 69. —
Chopanioga hb. Fl. — in d. r. r. r.
Nov. 1849. Primina a Calafingra
Fructus erectiusculis robustis
caepe ad 10', truncum circum
1/2' diametro, cortice nigrescente
rimoso. Ad rivulos montium
Cochy rumpis.
Frustra popul. rivi Tamunda.
Fructus ad 20' e basi in ramos plures
validos trunciformes (ad pinnidum
crassos) divisus. Cortice antiquis rumpis
fardideque nigrescente rumpis, et trunc-
vagin rimosis.

appresso vel subvillosa induta, denique magis minusve calvescentia. *Hypanthium* cum calyce fere 2 lin. longum; hujus dentes valde acuminati. *Stamina* 4 lin. longa, lilacina.

II. CAJUPUTI. Flores (variae magnitudinis) in spicas axi jam sub anthesi innovante comosas, densas, laxas, immo interruptas collecti. *Hypanthium* axi adnatum v. sessile, continue in calycem abiens. Calycis dentes herbacei v. cutanei. Phalanges staminum rectae, 3-polyandrac, palmatifidae v. pinnatifidae. Stylus filiformis; stigma punctiforme v. subcapitatum. Folia alterna, verticillata, opposita. Fructus dentibus calycis induratis, saepe auctis, coronati vel obsoletis ore inaequales.

19. **Melaleuca lateritia** Otto. tota glaberrima; foliis confertis, alternis, patulis, linearilanceolatis, utrinque attenuatis, subpetiolatis, acutiusculis, muticis; spicis lateralibus cylindricis, multifloris, laxis; hypanthio adnato; calycis phyllis subrotundis; phalangibus 7-11 andris, unguibus brevissimis. — Otto et Dietr. Allg. Gartztg. II. p. 257!

M. callistemonæa Lindl. Swan-River Bot. pag. VIII. n. 21!

In sublimosis depressis umbrosis hieme inundatis silvae prope oppidum Perth. Novembri 1839. Herb. Preiss. No. 354. — J. Drummond! (v. v. c.)

Frutex tripedalis, ramis virgatis. Folia 5-7 lineas longa, dimidiam lineam lata, laete viridia, opaca. Rhachis spicae nunquam villosula, plerumque tamen glabra. Petala orbiculata, concava, limbo calycis duplo longiora. Stamina distincte fasciculata, sed fere usque ad basin libera, 8 lineas longa, scarlatina.

20. **Melaleuca brachyphylla** Schauer. glabra; laete vires; ramulis tenuibus pendulis; foliis confertissimis, sparsis, patulis, subclavato-teretiusculis semiteretibusve, brevibus, recurvis, in petiolum attenuatis, obtusissimis, nerviis, impunctatis; spicis subapicalibus, ovalibus oblongisve, densis, hypanthio adnato; calycis phyllis rotundatis; phalangibus 5-9-andris, palmatifidis, unguibus corollam aequantibus v. nonnihil excedentibus. Schauer in O. et D. Allg. Gartenztg. III. (1835) pag. 162.

M. tenuissima Tausch, Flora XIX. (1836) II. pag. 411.

In litore rupestri portus Princess-Royal-Harbour, Octobri 1840. Herb. Preiss. No. 255.

„Frutex 4-pedalis“. Flores albi. *Hypanthium* fructus angulatum, limbo e calyce indurato repetendo subpatellari patenti coronatum; capsula vertice e fauce angusta emergente villosa.

21. **Melaleuca incana** R.Br. ramulis flaccidis villosis; foliis confertis, verticillatis ternis, patentibus reflexisve, lineare-lanceolatis, planis, subpetiolatis, acutis, muticis, trinerviis,

cano-tomentosis, aetate glabrescentibus; spicis subapicalibus, ovalibus oblongisve, axi villosis; hypanthio hemisphaerico, sessili, glabro l. puberulo; calycis dentibus herbaceis, lato-ovatis, acutis; phalangibus 3-9-andris palmatifidis, unguibus corolla brevioribus. R.Br. Bot. Reg. 410! *M. canescens* Otto, in Horis phys. Berol. pag. 37! Link et Otto pl. sel. hort. Berol. tab. 37! *M. hypochondriaca* Dehnhardt Revista Napol. I. 3. pag. 177!

In locis hieme inundatis terrae inferioris Australiae occidentalis, Decembri 1839, fructifera. Herb. Preiss. No. 262; in paludosis silvae ad fl. Canning, Junio 1841, florens: No. 266; in glareosis sterilibus ad radices collium Konkoberup prom. Cape Riche, Novembri 1840; No. 329; (v. v. c.)

„Frutex 8-pedalis“. *Folia* annotina in planta silvestri glabrata, *hypanthium* saepius violaceo tinctum. *Filamenta* subflavescenti-albida; antherae luteae. *Fructus* conferti, calyce indurato patente coronati.

22. **Melaleuca polygaloides** Schauer. glabra; ramulis virgatis; foliis coriaceis, alternis; subimbricatis, oblongo-lanceolatis, basi subattenuata sessilibus, inflexis, acuminatis, pungentibus, glaucescentibus; spicis laxis, axi pubescentibus; hypanthio aduato; calycis phyllis herbaceis, ovatis, breviter acuminatis, subearinatis; phalangibus decandris.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, Octobri 1840, alabastrigera. Herb. Preiss. No. 327.

„Frutex pedalis“. *Folia* 3-4 lin. longa. *Spicae* circiter 20-florae. *Bractae* squamatae, acuminatae, hypanthium aequantes, caducae. *Flores* rosei aut albi? Petala ciliata.

23. **Melaleuca viminea** Lindl. glaberrima; ramulis virgatis; foliis confertis, alternis, patulis, lineari-lanceolatis, in petiolum attenuatis, acutis, muticis; apice recurvis; spicis lateralibus subapicalibusque, cylindricis, laxis, multifloris; hypanthio subcylindrico, aduato; calycis phyllis brevibus, herbaceis, subrotundo-ovatis; phalangibus 7-andris apice radiatis, unguibus petalis convolutis reflexis sublongioribus; stylo filiformi exserto. — Lindl. Swan-River Bot. pag. VIII. n. 22!

In uliginosis ad fl. Cynorum supra oppidum Perth, Septembri 1839. Herb. Preiss. No. 291. — J. Drummond! King-George's Sound: Hügel! (v. s. a. cl. Lindl. comm.)

„Frutex 10-15-pedalis“. *Folia* 4-6 lin. longa, dimidiam lineam lata, viridia, novella puberula. *Spicae* pollicem circiter longae, semipollicem latae. *Stamina* $2\frac{1}{2}$ lineas longa, alba. *Stigma* truncatum. — Habitus omnino *M. armillaris* Sm., a qua fere non differt, nisi omnibus partibus duplo minoribus styloque conspicue exserto.

24. **Melaleuca Lehmanni** Schauer. glaberrima; gracilis; stricta; foliis confertis, alternis, crectis, lineari-lanceolatis semiteretibusve, petiolatis, apice recurvo pungentibus, cnerviis, impunctatis; spicis subapicalibus cylindricis; multifloris, confertiusculis; hypanthio cyathiformi aduato; calycis

x Melaleuca ternifolia Lindl. Muir

In Nova Hall. (austro-orient.)
No. 1. 534.

A. M. insana, quorum rouspore
are debet, eximie differunt et labiile
perpetua et folia angustioribus.

dentibus ovatis; phalangibus polyandris apice radiatis, unguibus corollam aequantibus.

In depressis paludosis silvae prope vicum Perth, Septembri 1839. Herb. Preiss. No. 292.

„Frutex 6-8-pedalis“. *Folia* 4 lin. circiter longa, laete viridia, opaca, facie planiuscula. *Spicae* 6-9 lineas longae, angustae, nudae. *Flores* parvi; hypanthium fere lineam aequans; petala subrotunda, laevia, cum staminibus lineam vix longiora, uti videtur alba.

25. **Melaleuca Preissiana** Schauer. arborea; foliis confertis, rigidulis, alternis, obliquis, patentibus, lineari-lanceolatis, planis, brevi-petiolatis, obtusiusculis, trinerviis, glabris; spicis compluribus subapicalibus, fastigiatis, elongatis, laxis, foliatis, axi tomentoso; hypanthio subcylindrico pubescente; calycis phyllis herbaceis, lanceolatis, obtusis; phalangibus polyandris fasciculatis, unguibus manifestis corollam subaequantibus; stylo exserto glaberrimo.

In uliginosis silvae circa vicum Perth, Maio 1840 alabastrigera. Herb. Preiss. No. 265. — J. Drummond!

„Arbor 20-25-pedalis“, trunco valido, cortice fibroso solubili induto, ramis tortuosis confertis rigidis, ramulis cinereis. *Folia* 4-6 lin. longa, $\frac{3}{4}$ lin. lata, firma, novella pubescentia, adulta glaberrima, viridia, opaca, impunctata. *Spicae* ad apicem ramuli 3-5, 2-3 uncias longae, apice nudae vel comosae, foliis quam reliquis latioribus brevioribusque interstinctae. *Flores* in axilla singulae bractee singuli-terni. *Hypanthium* cum calyce herbaceum, viride, sesquilineam altum; *phylla calycis* concava, glabra. *Petala* convoluta, reflexa, hypanthium adaequantia, cum staminibus alba. *Phalanges* 3 lineas longae, erectae, ungue angusto. *Antherae* apiculatae. *Stigma* truncatum. *Fructus* diametro sesquilineam metientes, semiglobosi, aliquandiu calyce indurato coronati, deinceps truncati. — *M. genistifoliae* Sm. affinis.

26. **Melaleuca raphiophylla** Schauer. glabra; glaucescens; ramulis tenuibus patentibus; foliis alternis, patulis, acicularibus, teretiusculis vel compressis, in petiolum attenuatis, subincurvis-recurvisve, acumine obliquo v. subrecurvo inermi; spicis oblongis, confertiusculis, axi villosis; hypanthio sessili, subcylindrico; calycis dentibus triangulari-ovatis; phalangibus polyandris pinnatifidis, unguibus corollam subaequantibus.

In arenosis plantitiei ad fl. Cygnorum supra Perth, Septembri 1839; Herb. Preiss. No. 264; in solo humoso ad ripam fl. Avon prope vicum York, Martio 1840; No. 267, fructif.

„Frutex 6-15-pedalis“. *Folia* 5-10 lin. longa, impunctata, saepe secunda. *Spicae* albae. *Hypanthium* cum calyce sesquilinea paullo brevius. *Petala* orbiculata, sessilia, patentia, calyce duplo longiora, glabra, disco punctata. *Stylus* filiformis, stamina aequans; stigma subcapitatum. *Fructus* pisi minoris mole, subconici, truncati, cum ramis ramulisque helvoli. *)

*) *M. semiteres* Schauer. glaberrima; glaucescens; ramulis virgatis; foliis alternis semitereti-filiformibus compressis, basi attenuata sessilibus, apice acutato inermi; spicis axillaribus, ovalibus, confertis; hypanthio cyathiformi, sessili; calycis dentibus ovatis, acutiusculis, marginatis; phalangibus 7-9-andris pinnatifidis, unguibus co-

27. **Melaleuca Hügelii** Endl. ramulis pubescentibus; foliis alternis, appressis, subimbricatis, apice patulis, ovatis vel ovato-lanceolatis, sessilibus, acuminatis, multinerviis, glabris; spicis elongatis, densis, axi villosis; hypanthio glabro; calycis phyllis rotundatis, marginatis, nervoso-striatis; phalangibus subenneandris apice pinnatifidis; unguibus corolla plus duplo longioribus. — Endl. Enum. pl. Hügel. pag. 48. n. 152!

In arena maritima hand procul ab urbe Freemantle, Novembri 1838. Herb. Preiss. No. 293. — Swan-River: Car. Fraser! *Melaleuca adpressa* A. Cgh. Herb.!

„Frutex orgyalis“, ramosissimus, spicis 2-4-pollicaribus lilacinis ornatis. *Petala* oblonga, colorata, laevia. *Stylus* stamina aequans, filiformis; stigma punctiforme, obtusum.

28. **Melaleuca densa** R.Br. ramis deflexis, squarrosis; ramulis tomentosis; foliis confertis, verticillatis ternis sparsisque, patentibus recurvisque, ellipticis subrotundo-ovatis obovatisque, subsessilibus, abrupto acuminatis, inflexis, trinerviis, punctatis, glabris; spicis subcylindricis, densis; axi hypanthioque subcylindrico aduato sericeo-tomentosis; calycis dentibus subrotundis, marginatis; phalangibus (brevibus) 5-7-andris; palmatifidis; unguibus corollae aequalibus brevioribusve; stylo stamina aequante. — R.Br. in Hort. Kew. IV. pag. 416. n. 24!

In solo turfoso pr. oppidulum Albany (Plantagenet), Novembri 1840. Herb. Preiss. No. 288. (v. v. c.)


„Frutex 6-pedalis“; ramis suberosis, rigidis, tortuosis. *Folia* laete viridia, 3-5 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ -3 lin. lata. *Spicae* pollice plerumque breviores, bracteatae. *Hypanthium* cum calyce sesquilineam altum. *Stamina* flavescentia, 2 lin. circiter longa.

29. **Melaleuca propinqua** Schauer. ramis pendulis; ramulis tomentellis; foliis confertissimis, patulis, verticillatis ternis, sexfariam imbricatis, ovatis oblongisve, subsessilibus, breviter acuminatis, inflexis, trinerviis, glabris, nitidis; spicis oblongis densis; axi hypanthioque cyathiformi adnatis sericeis; calycis dentibus subrotundis, breviter acuminatis; phalangibus (brevibus) 3-5-andris, unguibus corollae subaequalibus brevioribusve; stylo exserto. Schauer in O. et D. Allg. Gartenztg. III. pag. 166!

In solo turfoso-arenoso planitie, 13 mill. ab urbe Albany, Novembri 1840: Herb. Preiss. No. 285; et ibidem Octobri 1840 (fragm. fructif.): No. 286. (v. v. c.)

„Frutex bipedalis“. *M. densae* admodum propinqua, ut fere ejus forma omnibus partibus aequaliter diminuta haberetur, sed ramulis subflaccidis

Ad fluvium Cygnorum (Hügel). In arenosis umbrosis et in rupestribus vallis Tood-yay-vally m. Martio a. 1839 et 1840. Herb. Preiss. No. 1946 et 1948.

„Suffrutex bipedalis“ stricte erectus, in nubrosis laxior.

β **glabrescens.** foliis glabris, caule subtilissime pubescenti-exasperato.

In humidis umbrosis ad flumen Cygnorum m. Majo a. 1839. Herb. Preiss. No. 1947.

OXALIDEAE DC.

(Auctore E. T. STEUDEL.)

OXALIS Linn. Endl. gen. n. 6058. Meisn. gen. 57. (42.)

1. **Oxalis Preissiana** Steud. caule tenero simplici sursum folioso, foliis omnibus petiolatis, petiolis basi cum stipulis adnatis (uti eaulis-patenti) hirsutis; foliolis omnibus sessilibus subprofunde bifidis ciliatis glaucescentibus puncticulatis; pedunculis rectis folia superantibus supra medium bibractcolatis, stylis longissimis.

In calcareis umbrosis prope Pointwater ditonis Perth, 18. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 1915.

Radix tenuis longe descendens parum fibrosa; *caulis* abbreviatus infra petiolorum ortum vix pollicaris; *petioli* pedunculo solitario duplo breviores ad basin caulis plus minus conferti, apice infra foliola dense pilosi; *foliola* a basi ad excisuram 2-2½ lin. longa 3 lin. circiter lata profunde emarginata fere bifida sordide glaucescentia, juniora etiam in utraque pagina sparsim pilosa, impresso puncticulata; *flores* solitarii; *calycis* lacinae oblongae obtusae corolla alba plus duplo breviores pilosae; *capsulae* conicae dense pilosae. ☉?

2. **Oxalis cognata** Steud. tenera parvula; caule procumbente ramoso petiolisque pilosis, foliolis sessilibus obcordatis sparse pilosis ciliatis; pedunculis axillaribus petiolos superantibus medio bibracteatis refractis; stylis intermediis.

In arenoso-conchyliosis humidis prope lacum insulae Rotenest 22. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1916.

Radix tenuis fibrosa emittens caudem maxime ramosum; *rami* procumbentes teneres 1-2 pollicares vix et raro longiores; *petioli* subbipollicares erecto-patentes subflexuosi basi stipulis adnatis obtusis muniti; *foliola* parva a basi ad excisuram lineam vix excedentia 2 lineas lata, tenuissime

Third - *Pinck* Jan 10. 1848. Fruva etc
 juxta montem Loftj, Dec. 28 1848.
Kingsington Flor. Dec. 1848. Spec. vade
 polyneusiformis, vicia. flor. folisque
 utroque majoribus, minoribusque, illis
 caracteribus ut extra fulvis.

O. macrolepis Desfontainis?
Cnothera sect. II. *Onagra* Tenore?

O. odoratae Jacq. forma varietas, saltem
 hinc proxima, differt tamen sepalis
 haud unguiculatis, an igitur spec.
 nova terrae australi qualicibus?
 Caulis glanduloso pilosus & pubescens
 & pilis parvis hispulis. Petala in
 planta immo manifeste distinctius
 ut in *O. odor.* forma cordata, lapp.
 obtusangula. & *O. striata* Ledebour
 viciae patriae hucusque ignota diff.
 jam colore florum fulvum cui
 theser fuerit rubell.

Ad vicum inter urbem Adidindis &
 montis apud Glen-Ossmond. Dec. 28
 1847. In hortorum cultiva
 Australi scripta p. ~~Vincennes~~

N. *Linum* ~~ingestifolium~~ *Heuffon?* ~~Abol.~~

Ad fluv. Gambiri in vicinia pagi
 Bethanion. Apr. 14. 1848. Ad fl.
 Torrino Jan. 16. 1848. ad rivulorum
 marginis vicius montis Loftj
 nage. Dec. 28. 1848. - *Communis*
Tasmanicae Dec. 1848. hb. N. J. Hn.
 272 - 3'. atibique.
 Floris roseae. *C. Don de L.*
augustinii (Australi) corollam
 dicit purpuream, an Australi
 itaque differt? quum color pe-
 talorum in hoc genere basis
 constans est. *Orbi indignum.*
 Ad rivus prope Guitrum Bay

B. parviflorum Jacq. *macra*
forma, *semita* 1 - *parviflora*
spec. mixta *alta* *officina*
homobina! *var. Loftj - macra*

Macra parviflora *forma*

puncticulata, obscure viridia; *pedunculi* $1\frac{1}{2}$ -2 pollicares, solitarii ex axillis uniflori; calycis laciniae oblongae, striatae, adpresse pilosae; capsula conica, junior stylis persistentibus in adultis evanidis rostrata, dense pilosa.

Proxime accedit ad speciem: *O. procumbentem* Steud. a cl. *Schimpero* (Herb. un. it. No. 1165) in Abyssinia lectam.

LINEAE DC.

(Auctore F. T. BARTLING.)

LINUM L. Endl. gen. 6056. Meisn. gen. 57. (41.)

1. ***Linum angustifolium* Huds.** sepalis ovatis acuminatis eglandulosis capsulam subaequantibus, interioribus obsolete ciliatis; foliis lineari-lanceolatis glabris; caulibus numerosis. — Huds. angl. pag. 134. Engl. bot. tab. 381.

In arenosis inter frutices prope Woodman'spoint d. 18. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 1913. — Ad portum Princess Royal Harbour Nov. 1840. No. 1914.

„Herba 1-2-pedalis, stricta. Flores cyanei“. Stirps Novae Hollandiae, quam etiam prope Port. Jackson lectam coram habemus, ab Europaea caulibus erectis strictis paulisper recedit, vix tamen species diversa videtur.

GERANIACEAE DC.

Fl. Franc. ed. 5. Vol. 4. pag. 1838. Endl. gen. pag. 1166.

(Auctore NEES ab ESENBECK.)

ERODIUM Herit. Endl. gen. n. 6045. Meisn. gen. pag. 57. (41.)

1. ***Erodium cicutarium* Leman.** caule prostrato aut diffuso lirto, foliis pinnatisectis segmentis sessilibus pinnatifidis incisus acutis obtusisve, pedunculis multifloris, petalis inaequalibus, staminum basi dilatata integerrima. — DC. Prodr. pag. 646. n. 21. Koch. Synops. Fl. Germ. et Helv. pag. 172. Reichenb. Fl. excurs. pag. 776.

Var. γ ***Chaerophyllum* (DC. l. c.)**, „floribus albis“ (Preiss.), ad formam β caule suberecto accedens.

In solo limoso arenoso ad fluvium Avon River, 19 Mill. ab oppidulo York (York), Septembri a. 1839. Herb. Preiss. No. 1899; aliis in partibus districtus York No. 1905 (an et haec specimina albitlora?)

Ab Europaeis hujus varietatis et var. *δ pilosae* Thuill. non differt, nisi pubescentia carpellorum alba, quae in nostratibus est ferruginea. *Petala* desunt. ☉

2. **Erodium cygnorum** *N. ab E.* caule „prostrato“ petiolisque retrorsum pilosis, foliis oppositis incumbenti-pilosis triscetis, segmentis lateralibus divaricatis bifido-dentatis, medio majore trifido inciso-dentato, pedunculis submultifloris, calycibus nervosis sericeo-incanis breviaristatis.

In depressis arenosis umbrosis ad flumen Cygnorum supra oppidulum Perth; Augusto a. 1839. Herb. Preiss. No. 1902.

Summopere affine est *Erodio gruino*, a quo differt foliis obtusis neque acutis, lobo medio basi cuneato et integro nec inferne subpinnatifido-inciso, et inprimis sepalis haud caudato-acuminatis, crassinerviis interstitiis nervorum membranaceis fereque glabris, sed ex apice obtuso mucronem aristiformem sepalo quadruplo et amplius brevioribus, tota superficie pilis brevissimis incumbentibus tectis nervisque 5 multo minus conspicuis praeditis. Iisdem characteribus etiam ab *E. scrotino* discernitur, cui quod ad foliorum formam maxime est simile, et insuper differt umbella pauciflora nec multiflora. — *Caulis* articuli novelli dense albo-hirsuti. *Pedunculi* in nostro triflori. *Involucri* foliola ovata, setaceo-acuminata. „*Flores* cyanei“ (Preiss.), petalis ovalibus integris calyce longioribus. *Ovaria* strigosa. *Stamina* glabra. *Fructus* deficit. ☉

An *Erodii gruini* var.? Unum tantum specimen vidi.

GERANIUM Herit. Geran. t. 36—40. Endl. gen. n. 6046. Meisn. gen. pag. 57. (41.)

1. **Geranium pilosum** *Forst.* caule diffuse ramoso, petiolis (foliis) pedunculisque patenti-pilosis, foliis palmatim quinquepartitis laciniis sublinearibus obtusis, trifidis, pedunculis bifloris, pedicellis demum reflexis calycibus ovarisque hirsutissimis, petalis calycem aequantibus subemarginatis „eeruleis“, filamentis glabris. *Forst. Prodr.* pag. 91. n. 531. (absque diagnosi.) *Willd. sp. pl.* 3. pag. 706. (ad specimen incompletum descriptum.) *Spr. s. v.* 3. pag. 74. *DC. Prodr.* 1. pag. 642. n. 46. *Endlich. in Enumerat. pl. Hügel.* pag. 14. n. 43.

In Nova Zeelandia (Forster).

β Caule erecto, foliis pilosis.

In limoso-arenosis porreetis haud longo itinere a praedio rustico el. Wittenoom (York), Septembri a. 1839. Herb. Preiss. No. 1900.

Sepala ovata, brevimucronata. 24

2. **Geranium australe** *N. ab E.* pilis brevibus reversis canescens, caule procumbente, foliis palmatim quinquepartitis laciniis sublinearibus obtusis trifidis, pedunculis

Polygonum australe Willdenow

F. D. L! hb. Stuart. Tasmaniae 94.
Diagnosi brevissima apud Pearson
convenit, sed descriptionis amplioris
vel specimen authenticum sunt
comparanda - Communis ad fl.
South Est. riv. Oct. - Nov. 1848.
hb. N. S. II n. 169. - Hinc formis
intermediis plures species plures
auctorum confluerent videtur.

P. crinitum N. ab E. Specim. nostra

P. crinitum, cui varietas *subp. prostrata*?
1. In valle montium Liffy-range nuda
et longe a domiciliis Glen - Demand
Liffy ad rivales Januar 1848.

Specimen proximum specimen a sub.
num. 120 e hb. St. Tasm. II in
rupibus, foveis aliisque collibus
sed vix specifice diversa a plantis
sub num. 422 (*P. erodioides*?) miseri.
Ad haec rem absolventem specimen
authenticum pertinens? An ad *P. australe*
reportandum?

P. litorale! Endlicher.

Sine dubio huius loci, etiam si
solum e nota brevi data ex tri-
cavium, ambabus ^{in laetis} autem quibus
In aruosis maritimis praecipue
Levone. Oct. 16. 1847. by. dr. M.
+ intermedia!

Polygonum erodioides M. F. Hook.

var. *pernitum* J. D. Mill. pauciflorum
plumulis, foliis gracilibus, totus vix
auctam p. longis, plurimis *P. erodioides*
In rupibus ad Liffy-riv. Nov. 1848.
2. In insula F. D. Laud. hb. St. Tasm. 13!
Ad fl. Murij, Jan. 1849. hb. St.
T. II n. 422.

P. erodioides Hooker?

Specimina pernitum huius diagnosi
aequant vel elatiora. Species vix
patimorpha. Ad fl. i. D. Occupat
in collibus foveis versus sinum Rivoli
May. Oct. 1848.

bifloris, ovariis hirsutissimis, staminibus glabris; petalis calyce longioribus subemarginatis (coeruleis).

In Australia occidentali. Herb. Preiss. No. 1907.

A *Geranto piloso*, cui quod ad foliorum figuram et flores simillimum, differt statura minore, caule procumbente probabiliter diffuso, et inprimis pubescentia brevior, densior, reversa, qua efficitur, ut tota planta canescat. Sepala etiam pilis, sed iis antrorsum incumbentibus canescunt. 2? — An forma sive varietas *Gerantii pilosi*?

PELARGONIUM Herit. Endl. gen. n. 6048.

Meisn. gen. pag. 57. (41.)

1. **Pelargonium (Peristera) crinitum** N. ab E. caule angulato diffuso petiolisque pilis mollibus patentissimis villosis, foliis cordato-subrotundis lobatis crenatis glabrisculis basi cuneiformibus subcucullatis, pedunculis multifloris, petalis lineari-cuneiformibus, carpellorum aristis in medio longe barbatis basi apiceque glabris.

α Pedicellis longiusculis.

In arenosis apertis prope oppidulum Freemantle, Decembri a. 1838. et in solo sublimoso districtus Sussex, Decembri a. 1839. Herb. Preiss. No. 1905 et 1906.

β **Congestum.** floribus propter pedunculos breviores magis congestis pallidioribus, caule firmiore brevior.

In solo arenoso exsiccato ad marginem lacus Mathilde (Hay), Novembri a. 1840. Herb. Preiss. No. 1903.

Species notis indicatis distinctu haud difficilis. *Rhizoma* articulatum, repens, fuscum. *Caules* pedales, angulosi, laxi et debiles, inter villos longos patentibus pube brevi subglandulosa densiori vestiti. *Folia* pollicaria, fere quinqueloba, lobis obtusis dense crenatis in nostris saepe crispulis, basi late cordata et e sinu evidenter cuneata ac conniventia, ad costas subtus plus minus scabra hirtave; floralia multo minor, sessilia, trifida. *Pedunculi* firmi, multi, circa apicem caulis subcorymbosi, villosi, 6-7-flori. *Pedicelli* in forma α tubo calycis longiores, in β huic aequantes eove breviores, cum calycibus pubescentia brevissima viscidula pilisque raris patentibus vestiti. *Calycis* lacinae oblongo-ovales, acutae, margine albo-membranaceo undato cinctae, quatuor reflexae, suprema recta. Tubus nectariferus longitudine tubi calycinii. *Petala* calyce parum longiora, oblongo-linearia, basin versus cuneatim angustata, „laete purpurea“ (Preiss), superiora paulo majora et basin versus macula saturatiori ramosa notata. *Stamina* 10, basi in urceolum connata, 5 longiora, quorum 4 antherifera, 5 reliqua dentiformia. *Columna centralis* et *carpella* pubescentia. *Rostrum* $\frac{3}{4}$ poll. longum, in medio introrsum (ut in *Pel. humifuso* Willd.) pilis longis erecto-patentibus rigidulis barbatur. 2.

A *Pelargonio littorali* Endlich. (pl. Hügel pag. 14.) differt canlibus procumbentibus diffusis nec erectis, valde angulosis nec teretibus.

2. **Pelargonium (Peristera) erodioides** Hook. (?), subcaule patenti-hirsutum, foliis cordato-rotundatis (sinu lato) subseptemlobatis serratis (crenatis), pedunculis radicalibus (digitalibus) subaphyllis, umbellis tri-7-floris, calycibus villosissimis, tubulo nectarifero subnullo. Journ. of Bot. I. pag. 252. Walp. Rep. II. pag. 459.

Inter rupium rimas summi montis Wuljenup (Plantagenet), Octobri a. 1840. Herb. Preiss. No. 1901. Specimen sterile.

Species propter flores et fructus deficientes dubia. *Caudex* pollicaris, crassus, residuis petiolorum destructorum exasperatus. *Folia* terminalia, conferta, petiolata. *Petiolis* 2-2½ poll. longi, purpurei. *Pubescentia* densa, patens, breviuscula ut in *P. australi*; sed folia breviora sunt et sinus bases laud angustis lobis comiventibus, sed sublimatus, levis et parum profundus, quibus commotus ad *P. erodioides* referendum esse censebam nostrum specimen. 24.

ZYGOPHYLLEAE Juss. Endl. gen. pag. 1161.,

(Auctore F. A. GUIL. MIQUEL.)

ROEPERA Adr. Juss. Endl. gen. n. 6035. Meisn. gen. pag. 59. (43.)

1. **Roepera fabagifolia** A. Juss. foliolis oblongis carnosiss planis, pedicellis brevissimis, caule fruticuloso. A. Juss. Mém. sur les Rutacées pag. 71. tab. 15. n. 15. De Less. Icon. Select. III. tab. 42! pag. 25. *Zygophyllum fruticosum* DC. Prodr. I. pag. 705. (quare *Roepera fruticulosa* apud quosdam auctores perperam legi videtur.)

Crescit in arenosis clivuli Arthur's-head, regionis Perth, 23. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1953.

Frutex subscandens. *Corolla* aurea.

Specimina nostra bene cum iconibus citatis quadrant, praesertim quoad florum et fructus analyses. *Foliola* in nostris paullo latiora, acutiuscula, parumper divergentia, an icone cit. operis Lessertiani recte paullo obtusiuscula depicta?

Observ. *Sarcozygium* Bunge (Linnaea XVII. pag. 7) genus mongholicum, nimis fortasse *Roeperae* affine, characteribus bene ponderatis, mice squamulis filamenta intus stipantibus differre videtur.

ZYGOPHYLLUM Linn. Endl. gen. n. 6036. Meisn. gen. pag. 59. (43.)

Sectio Carinaria Miq. Squamula cum filamentis basi in unum conjuncta. *Petala* naviculari-concavata. *Flores* subracemose conferti.

1. **Zygophyllum australasicum** Miq. ramulis, foliis praesertim subtus, sepalisque minute hirtello-pubescentibus, sensim glabratis, foliis sessilibus, foliolis binis carnosiss

anguste lanceolato-spathulatis, inferioribus plerumque obtusis, superioribus acutis, floribus subraecemosis, sepalis ovatis brevi-acuminatis, pistillo albo-piloso.

Crescit in clivulis arenosis insulae Cornac, 8. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 2397.

Zygophyllis plurimis capensis e *Sect. foliis sessilibus bifoliolatis* affine, petalorum tamen forma et squama fere obsoleta tota coalita (quantum in speciminibus exsiccatis distinguere licet) a congeneribus longius recedens, ob fructum autem adhuc incognitum, tutius huic generi hodie adscribendum. „Frutex tripedalis“. *Rami* vetustiores lignosi, teretes, laeves. *Ramuli* juniores angulati, herbacei, appresse pubescentes. *Foliola* $1\frac{1}{2}$ -3 cent. longa, 3-8 mm. versus apicem lata, subtus praesertim hirtello-puberula sensim glabrata, succulenta. *Stipulae* membranaceae, e lata basi lanceolatae, versus apicem hirtellae. *Flores* in ramulorum apicibus racemose conferti, breviter pedicellati, in sicco lutei, plures quidem semiaperti, an tamen jam omnino explicati. *Sepala* 5 succulenta, basi cohaerentia, magnitudine parumper inaequalia, ovata, breviter acuminata vel acuta, concava, extus pubescentia, $1\frac{1}{2}$ -vix 2 mm. longa. *Petala* dupla vel plus longiora, obovato-elliptica, concavo-navicularia marginibus apiceque inflexis, extus glabra, intus versus basin puberula? *Stamina* 10, petalis inclusa, *antheris* oblongis, bilocularibus, rimis amplis hiantibus, *filamentis* basi e squamula concreta incrassatis. *Ovarium* in *stylum* pentagonum continuatum, utrumque albo-pilosum, *stigmatibus* 5-lobulati lobulis conniventibus.

DIOSMEAE A. Juss.

(Auctore F. T. Bartling.)

BORONIA Smith in Transact. Linn. soc. VII. 285.

Adr. Juss. in Mem. Mus. XII. pag. 482. tab. 22.

Endl. gen. n. 6004. Meisn. gen. 60. (44.)

* *foliis simplicibus.*

1. **Boronia laniflora** Bartl. caule dichotome ramoso demum subaphyllo glabro; foliis linearibus caudiculatis, superioribus abbreviatis; cymis terminalibus 3-5-floris pedunculatis; sepalis lanceolatis acuminatis pedicellisque lanatis; filamentis glabriusculis.

a micrantha. caule a basi dichotome ramosissimo adulto aphylllo, floribus minoribus.

In turfoso-uliginosis inter frutices planitie inter montes Melville et Elphinstone (Plantagenet) 11. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2030.

β macrantha. caule minus ramoso, foliis diutius persistentibus, floribus majoribus.

In sublimosis hieme inundatis districtus Sussex Decbr. 1839. Herb. Preiss. No. 2037.

Suffrutex 1-2-pedalis, erectus, sordide glaucescens, caule tereti, glabro, a basi vel superne dichotome ramoso. *Rami* ultimi subcompressi, glabri vel villo mollissimo fugaci initio obtecti. *Folia* remota, erecta, crassa, obtusa, integerrima, dorso convexa, caulina inferiora sesquipollicaria, superiora, sensim minora, ramulorum perparva, lineari-lanceolata, supra villosa-lanata, dein glabrescentia, in var. α submembranacea, omnia plus minus caduca. *Cymae* erectae, bracteis duabus lanceolatis eaducis suffultae. *Flores* pedicellati. *Pedicelli* albo-lanati, centrales longiores florem aequantes. *Sepala* $1\frac{1}{2}$ -2 lin. longa, lanceolata vel (in var. β) oblongo-lanceolata, longe acuminata, extus albo-lanata, acumine recurvo subtus glabrescente, supra lanato. *Petala* sepalis duplo fere longiora, ovalia, breviter acuminata vel cuspidata, rosea, stria dorsali obscuriore obsolete pubescente, facie villo fugaci tenui adpersa. *Stamina* 8. calyce parum breviora, omnino Boroniae. *Carpidia* calycem aequantia, valde compressa, acutissime carinata, apice truncata, punctata, obsolete pubescentia.

Species valde paradoxa et habitu et florum indumento. Varietates α et β forsitan species diversae, at specimina, quae perscrutari licuit, notas essentialia haud suppetunt.

2. **Boronia juncea** *Bartl.* glaberrima, caule erecto dichotome ramoso subaphyllo; foliis linearibus semiteretibus canaliculatis; cymis terminalibus pedunculatis multifloris; sepalis e lanceolata basi acuminato-subulatis, apicem versus sublanatis; filamentis glabriusculis.

In subarenosis exsiccatis districtus Wellington 5. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2036.

Siuillima *B. laniflorae* var. β ultra bipedalis, superne dichotome ramosissima, ramis strictis. *Folia* inferiora desunt, superiora remotissima appressa, crassa, obtusa, 3-4 lin. longa, summa adhuc minora, lineari-subulata. *Cymae* parvae, subcompositae, circ. 7-florae. *Pedicelli* glabri, compressi, florem subaequant. *Flores* parvi. *Sepala* extus glabra, acumine supra sublanata. *Petala* calyce paulo longiora, oblonga acuminata, glabriuscula.

A. B. laniflorae var. α nonnisi floribus minoribus extus pedicellisque glabris recedit, indeque forsitan pro ejusdem speciei varietate habenda.

3. **Boronia flexuosa** *Bartl.* suffruticosa, trichotome ramosa, glauca, ramis ancipitibus; foliis remotis oblongo-spathulatis, summis linearibus; cymis dichotomis multifloris terminalibus axillaribusque longe pedunculatis; pedunculis hispidulo-scabris; sepalis lanceolatis acuminatis; filamentis ciliatis.

In arenosis sylvae ad fluvium Canning (Perth) et in districtu Sussex 5. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2024.

Radix erassa, lignosa, multiceps. *Caules* pedales et ultra, erecti, lignoscentes, teretes, glabri, superne trichotome ramosi. *Rami* erecti, subfastigiati. *Folia* pauca, erecto-patula, crassa, glaberrima, obtusa, integerrima, inferiora basi longe attenuata, $\frac{1}{2}$ -1 poll. longa, superiora lineari-oblonga, 1-1 $\frac{1}{2}$ poll. longa. *Cymae* laxae bis terve dichotomae 5-9-florae, erectae, pedunculo communi teretiusculo vel compresso, erecto, scabriusculo, 2-3 poll. longa, ramis compressis, hispidulo-scabris, flexuosis. *Bractee* ovato-lanceolatae, submembranaceae, breves. *Pedicelli* semipollicares, teretiusculi, scaberrimi, purpurascens. *Sepala* glabra, lineam longa. *Petala* calyce triplo longiora, oblonga apiculata, glabra, rubra. *Stamina* 8. subaequalia. *Antherae* pallide flavae, ellipticae, appendicula minuta obtusa.

4. **Boronia teretifolia** *Lindl.* suffruticosa glabra, foliis anguste linearibus convoluto-teretibus strictis; cymis termi-

nalibus compositis multifloris longe pedunculatis, sepalis lato-ovatis cuspidatis; filamentis hispidis. — Lindl. Swan River Bot. pag. XVII.

In solo limoso lapidoso vallis Cataractae ad Caput fl. Cygnorum 26. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 2023. — In limoso-calculosis (!?) ad radices montis Greenmountain (Perth) 13. Sept. 1839. No. 2029.

„Suffrutex strictus. Flores rosei“.

5. **Boronia macra** *Barth.* suffruticosa, glabra, caulibus simpliciusculis erectis; foliis remotis lineari-oblongis lineari-busque integerrimis planis; cymis terminalibus pedunculatis; sepalis oblongo-lanceolatis acuminatis; filamentis ciliatis.

In limoso-calculosis (?) sylvae prope Mahoganycreek (Darling's-range) 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 2026.

Planta sublignescens, annua fere. *Caules* e radice solitarii vel pauci, erecti, spithamaci-pedales, graciles, filiformes, teretes, apicem versus subcompressi, simplices vel superne ramis aliquot oppositis compressis erectis instructi. *Folia* internodiis breviora, erecto-patula, crassiuscula, uninervia: inferiora minora lineari-spathulata vel lineari-oblonga, obtusa, basi valde attenuata, superiora sensim majora, remotiora, angustiora et acutiora, summa remotissima, subpollicaria. *Cymae* solitariae, subcompositae 5-7-florae, erectae, pedunculo communi bipollicari, compressiusculo. *Flores* „rosei“ mediae magnitudinis, praeter stamina glabri. *Sepala* sesquialia, fere longa. *Petala* sepalis triplo longiora, oblonga, acutiuscula. *Stamina* 8. calycem paulo superantia. *Atherae* oblongae, pallidae, appendicula minuta.

6. **Boronia spathulata** *Lindl.* suffruticosa, glauca, glaberrima, ramis strictis ancipitibus; foliis remotis obovato-spathulatis, summis linearibus; cymis terminalibus trifloris pedunculatis; sepalis ovalis obtusis; filamentis basi pilosis. — Lindl. Swan River Bot. pag. XVII.

In arenosis sylvae ad fl. Canning (Perth) Nov. 1841. Herb. Preiss. No. 2025.

7. **Boronia chironiifolia** *Barth.* fruticosa, glaberrima, foliis lineari-oblongis vel lineari-lanceolatis acutis basi attenuatis subintegerrimis; cymis terminalibus sessilibus; sepalis triangulari-ovatis; filamentis glabriusculis.

In uliginosis sylvae 17 mill. ab urbicula Albany (Plantagenet) 9. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2027.

„Frutex tripedalis“ erectus, ramosus, subglaucescens. *Rami* erecti vel erecto-patuli, plerumque oppositi vel subcongesti, teretes; ramuli ultimi subangulati, ad nodos compressi. *Folia* crassa, coriacea, erecta vel erecto-patula, internodiis plerumque longiora, plana, integerrima vel majora remotissime et obsolete denticulata, uninervia, avenia, utrinque obsolete glanduloso-punctata, rugulosa, circiter pollic. longa, summa paulo minor. *Cymae* 5-7-florae. *Pedicelli* semipollicares, erecti, angulati, superne crassiores, ebracteolati, purpurascetes. *Flores* praeter stamina glaberrimi, mediae magnitudinis, „pallide rosei“. *Sepala* lin. longa, acutiuscula, plana. *Petala* sepalis quadruplo longiora, ovalia. *Stamina* 8. calyce parum longiora. *Filamenta* obsoletestissime pubescenti-ciliolata. *Atherae* pallidae, appendicula minutissima.

8. **Boronia fastigiata** *Barth.* glaberrima, glauca, caule stricto superne fastigiato-ramoso; foliis obovatis denticu-

latis; cymis terminalibus compositis multifloris; sepalis ovatis acutis; filamentis ciliatis.

In locis hinc inundatis districtus Plantagenet Novembr. 1840. Herb. Preiss. No. 2028.

Caulis sesquipedalis, lignescens, erectus, teres, inferne simplex, aphyllus, superne in ramos digitales vel sesquidigitales oppositos erectos fastigiatos teretes foliatis deliquescent. *Folia* sessilia, crassiuscula, erecto patula, plana, obovata vel obovato-subrotunda, acutiuscula vel obtusa, basi brevissime attenuata, praecipue apicem versus denticulata, utrinque rugulosa, avenia, nervo glandulisque vix conspicuis, 3-4 lin. longa. *Cymae* fastigiatæ, sessiles vel breviter pedunculatæ. *Rhachis* pedunculique partiales compressi. *Cymulae* pedunculatæ, oppositæ, fastigiatæ trifloræ, terminalis nonnunquam 5-flora. *Bracteae* caducae. *Flores* mediae magnitudinis, pedicellati. *Pedicelli* semipollicares, subangulati, superne incrassati, ebracteolati. *Sepala* plana, purpurea, $1\frac{1}{2}$ lin. longa. *Petala* calyce duplo longiora, glaberrima, ovato-oblonga, obtusiuscula, rosea, stria dorsali purpurea. *Stamina* 8. *Filamenta* calycem aequantia. *Atherae* flavae, ovales, appendicula vix manifesta. *Carpidia* calycem aequantia valde compressa, truncata, elevato-punctata.

9. **Boronia crassipes** Bartl. fruticosa, virgato-ramosa, glabra, foliis linearibus planis serrulatis; pedunculis axillaribus binis infra medium bracteolatis, superne incrassatis angulatis; sepalis lanceolato-subulatis.

In uliginosis planitiei haud longe a monte Wuljenup (Plantagenet) 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2040.

„*Frutex* 10-12-pedalis, gracilis“ ramosissimus, ramis erectis, gracilibus virgatis, teretibus, purpureis, a basi foliatis, ramulis subtetragonis, ad nodos subcompressis. *Folia* internodio longiora, erecta, acuta, basi attenuata, minute sed regulariter serrulata, uninervia, avenia, utrinque glanduloso-punctata, 6-10 lin. longa, $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ lin. lata. *Pedunculi* (raro solitarii) folio duplo vel parum breviores, paulo infra medium bracteolis duabus oppositis subulatis patulo-recurvus $1\frac{1}{2}$ -2 lin. longis instructi, ultra bracteolas sensim incrassati, angulati, angulis in nervos sepalorum excurrentibus. *Flores* subnutantes, mediae magnitudinis, in racemos foliatis dispositi. *Sepala* bracteolis similima 2 lin. longa, cum pedunculis purpurea. „*Petala* rosea“ calyce vix duplo longiora, elliptico-oblonga, acuta. *Stamina* 8, subaequalia, calyce parum breviora. *Filamenta* tenuia, basi subciliata. *Atherae* pallide flavae, ovales, appendicula minutissima. *Carpidia* calycem aequantia, glabra, obsolete punctata.

10. **Boronia tenuifolia** Bartl. fruticosa, glaberrima, foliis lineari-oblongis obtusis mucronulatis planis pellucido-punctatis, glandulis pellucidis crenulatis; pedunculis terminalibus unifloris solitariis ternisve; sepalis ovatis acuminate; filamentis villosissimis.

In solo ericetorum inter frutices densos sylvae ad fluvium Canning (Perth) raro Nov. 1841. Herb. Preiss. No. 2022.

„*Suffrutex* $1\frac{1}{2}$ pedalis“, potius frutex parvus. *Rami* inaequales, erectiusculi, teretes, a basi foliati; ramuli oppositi, graciles, subangulati, patuli. *Folia* internodio longiora vel rarius aequalia, patentia, membranacea, basin versus attenuata, uninervia, glandulis sparsis pellucido-punctata, serie densa glandularum pellucidarum secus marginem crenulata, 5-8 lin. longa, $1-1\frac{1}{2}$ lin. lata. *Pedunculi* folio paulo breviores, subangulati, erecti, purpurei, circa medium bracteolis duabus oppositis oblongo-lanceolatis patentibus instructi vel nudi. *Flores* erecti. *Sepala* vix lin. longa, purpurea. *Petala* quater longiora, ovalia, acutiuscula, rosea, stria lata dorsali obscuriore. *Stamina* 8.

Didymeria acmela
Hb. nov. Philad.

C. cordifolia Ferd Muller in 1844, non
C. correa virens Smith? DC
In larvis embryonis distinctus
Puroum Bay! Oct. 1847. hb. St.

L. aurata rustacea d. 14. Apr 1848. Jussieu
idem repium piferas a rivulis in-
undatus ad nensis Kaiyusahl
pedum collata fruticosa valde gra-
aculeus ob folia appropita aut ad
horonias aut Correas trahenda,
nisi novi generis typus = *D. magnificans* Sm.

C. virens Sm. *Tripl. Lamourson*. Frut 24!
Sept 15. 1848. hb. St. J. n. 23 -

B. rustacea Ferd Muller. V.D.L! hb. St.
B. variabilis ex Hooker.
Vasmannus. n. 38. (in trim).

caule stricto ^{part} pubescenti, sulcato
sulcis impari pinnatis ^{foliis} *trijugis*
spectulata - *caucolatis* *venetis*
apiculatis, *pinaculis* *apillatis*
stellatis folio *triplo* *brevis*
ad *pedicellis* *bagi* *binoculatis*, *fe-*
palis *triangulati* *ovatis* *stipulis* *acutis*

Racemifragmulum in promptu est
folia *intanodis* *longiora* 8-10 6-8"
longa 2-3" *cau*, *g* *tabra*, *puberis*.
pinaculata *crenulata*. *Articul.* *caulis*.
alatae *fluvians*, *pedunculis* 3" *longi*
bracteae *minimae* *pubescentes*. *Spal.*
vix *lineares* *petales* *triplo* *brevis*.
cris. - *hb. fl. Murray*, 2-3! *hb. St. n.*
382. *Jan.* 1849. *Puffin Bay* *ad* *rygnet.*
virens *hb. St.* 641. - 2! *Nov* 49.

B. praeoxy Ferd Muller.

hb. fl. South Isk rivn, Form. *hb. St.*
n. 1. *Oct* 20. 1848. *p.* 5-6!

B. Stuartii Ferd Muller. *B. variabilis* Hooker
In *montibus* *occidentales* *Form.* *hb.*
n. n. 337. *frat.* 1-2! *Jan* 21. 1849. *griffithii*

calyce paulo longiora. *Filamenta* villosissima, lanata fere. *Carpidia* calycem vix superantia, glabra.

Maxime affinis *Bor. vimineae* Linnl.

11. **Boronia crenulata** *Smith.* fruticosa, glabra, foliis obovatis mucronulatis crenulatis; pedunculis axillaribus terminalibusque subsolitariis unifloris; sepalis ovatis acuminatis; filamentis villosis ciliatis apice glandulosis. — *Smith.* in *Transact. Linn. soc.* VIII. pag. 284. *DC. prodr.* I. pag. 721.

Ad *Stirling's-Terrace* solo turfoso-arenoso (*Plantagenet*) 21. Sept. 1840. *Herb. Preiss.* No. 2010.

** *foliis impari-pinnatis.*

12. **Boronia crassifolia** *Bartl.* foliis sessilibus glaberrimis; foliolis bi- trijugis lineari-spathulatis integerrimis obtusis crassis; pedunculis axillaribus solitariis folio brevioribus medio bracteolatis; sepalis subrotundo-ovatis; filamentis alternis sterilibus.

In regionibus interioribus *Australiae meridionali-occidentalis* Oct. 1810. *Herb. Preiss.* No. 2033.

Fruticulus spithameus, gracilis, ramosus, flexuosus, ramis teretibus, filiformibus, tenuissime pubescentibus, purpureis. *Folia* internodiis paulo breviora vel eadem aequantia, patentia, brevissime petiolata, foliolis parum distantibus, planis, enerviis, punctato-rugosis, inferioribus paulo longioribus, semipoll. longis, terminali sessili, costae articulis submarginatis, 1-1½ lin. longis. *Pedunculi* 2-4 lin. longi, filiformes, subangulati, purpurei, medio bracteolis duabus oppositis oblongis glabris instructi, ultra bracteolas incrassati. *Sepala* glaberrima, obtusissima, lineam longa. *Petala* calyce triplo longiora, ovalia, obtusa, rubra, ad lentem tenuissime velutino-pubescentia. *Filamenta* calyce breviora, inferne tenuissime ciliata, quatuor fertilia, apice subulata, antheris cordato-ovatis, pallide flavis, minute appendiculatis, quatuor sepalis opposita sterilia, fertilibus paulo breviora, apice glanduloso-capitata. *Germen* glabrum.

13. **Boronia alata** *Smith.* foliorum rhachi nervisque subtus pilosiusculis; foliolis subquinquejugis crenatis margine revolutis; pedunculis axillaribus dichotomis; bracteolis ciliatis. — *Smith.* in *Transact. Linn. soc.* VIII. pag. 283. *DC. prodr.* I. pag. 721. *Sweet. fl. australas.* tab. 48.

In rupibus calcareis ad *Rocky Bay* (*Perth*) et in insula *Rotenest* 18. Aug. 1839. *Herb. Preiss.* No. 2012.

„*Frutex tripedalis. Flores rosei, nauseosi*“.

14. **Boronia stricta** *Bartl.* caule simplici piloso; foliis sessilibus pilosiusculis, foliolis 3-4-jugis angustissime lineariibus subtus convexis; pedunculis axillaribus solitariis geminisque folio multiplo brevioribus basi bracteolatis; sepalis lanceolato-subulatis.

In solo turfoso inter frutices densos planitie inter montes *Melville* et *Elphinstone* (*Plantagenet*) 11. Oct. 1840. *Herb. Preiss.* No. 2031.

Radix verticalis, parce ramosa. *Caulis* erectus, strictus, simplicissimus vel ramo uno alterove superne instructus, 1-2-pedalis, lignosus, teres, in-

ferne nudus ac glaber, superne pilis mollibus albidis patentibus dense obsitus denseque foliatus. *Folia* internodiis longiora, erecta vel patulo-incurva, demum glabrescentia, foliolis approximatis, incurvis, acutiusculis vel obtusis, integerrimis, inferne attenuatis, concavo-canaliculatis, inferioribus longioribus 6-8 lin. longis, costae articulis submarginatis, circiter lin. longis. *Pedunculi* pilosissimi, 1-1½ lin. longi, ima basi bracteolis duabus lanceolato-subulatis margine inferne membranaceis muniti. *Calyx* pilosus, sepalis alabastrum ovatum supereminentibus, 2 lin. longis. *Petala* 2½ lin. longa, ovalia, breviter cuspidata, velutino-puberula, „rosea“ stria dorsali lata purpurea pilosiuscula. *Stamina* 8. omnia fertilia, calyce breviora. *Filamenta* glabra, apice glanduloso-incrassata. *Antherae* identiculae sub apice insertae cordato-ovatae, pallide flavae, appendicula satis manifesta albidula. *Carpidia* calycem subaequantia, lato-elliptica, rotundato-obtusissima, glabra.

15. **Boronia elatior** *Barth.* ramosa, foliis ramisque pilosis; foliolis 2-5-jugis linearibus acutis planis; pedunculis axillaribus solitariis medio bracteolatis; sepalis subrotundo-ovatis acuminato-cuspidatis; filamentis alternis sterilibus.

In humoso-arenosis humidis inter frutices densos vallis jugi montium Darling's range (Perth) Sept. 1841. Herb. Preiss. No. 2013.

„*Frutex* 4-6-pedalis, erectus“ ramosissimus, ramis gracilibus, teretibus, ex adscendente basi erecto-patulis, molliter albedo-pilosis, a basi foliatis. *Folia* brevissime petiolata, internodiis longiora, erecto-patula, ¾-1½ poll. longa, pilis mollibus undique adpersa, pleraque 4-5-juga, summa 2-3-juga, jugis parum distantibus: foliola uninervia, integerrima, glanduloso-rugulosa, terminale reliquis longius, 6-8 lin. longum: costae articuli 1-1½ lin. longi, submarginati. *Pedunculi* uniflori, graciles, laxi, folio vix duplo breviores, piloso-villosi, medio bracteolis duabus oppositis lanceolatis subrecurvis instructi. *Calyx* glaber, glanduloso-punctatus, sepalis tenuissime pubescenti-ciliatis, saepissime purpureis, vix 1½ lin. longis. *Petala* ovata, sub apice cuspidato-mucronata, glabra, purpurea; calyce duplo fere longiora. *Tamenta* brevissima glabra, quatuor fertilia sepalis (nec petalis) opposita, antheris cordato-ovatis, appendicula acutiuscula, quatuor petalis opposita sterilia, antherae rudimento parvo glanduliformi.

Species pulcherrima filamentorum sterilium situ valde singularis.

CYANOTHAMNUS Lindl. Swan-River Bot. pag. XVIII. Endlich. gen. n. 6005.

1. **Cyanothamnus anethifolius** *Barth.* caule ligneseente a basi ramoso; foliis ternatis biternatisque; foliolis filiformibus; floribus solitariis axillaribus; filamentis basi ciliatis, superne glandulosis; antherarum appendice erecto plana ipsis pluries breviora.

In solo arenoso prope Spitesbrook ad fluvium Canning 14. Jul. 1841. Herb. Preiss. No. 2035.

„*Fruticulus* pedalis“ glaberrimus. *Radix* lignosa, verticalis, flexuosa, parce ramosa. *Caulis* erectus: rami oppositi, graciles, adscendenti-erecti, subfastigiati, inferne teretes, superne quadranguli vel compressiusculi, a basi foliati, ramulosi. *Folia* opposita, internodiis longiora, patula, ternata vel biternata, pleraque ternata, foliolis lateralibus simplicibus, intermedio ternato, foliolis 4-8 lin. longis, obtusiusculis, integerrimis, glanduloso-punctatis, supra canaliculatis. *Petioles* 2-3 lin. longi, filiformes, canaliculati. *Pedunculi* sparsi, solitarii, uniflori, petiolo breviores, bracteolis duabus minutis suboppositis

obtusis instructi. *Calyx* semilin. longus, glanduloso-punctatus, 4-partitus, laciniis ovatis, obtusis. *Petala* calyce triplo fere longiora „cyanea“ glabra glanduloso-punctata, ovata, obtusa, apice demum recurva, per aestivationem imbricata. *Stamina* 8. calycem vix superantia, subaequalia, erecta: *antherae* parvae, fuscae, erectae, basifixae, ovaes, appendice minuta albida. *Germen* glabrum. *Stylus* cylindraceus, stamina aequans. *Stigma* breviter quadrifidum, lobis subcylindraceis, obtusis. *Carpidia* 4 petalis persistentibus duplo longiora, divergentia, glanduloso-punctata, transversim venulosa, lenticulari-compressa, oblique lato-elliptica, margine exteriori recto, interiori arcuato, apice rotundato-obtusissima.

Adn. Cyanothamni a *Boronis* proximis praeter foliorum indolem et florum colorem diversum praecipue differunt: antheris erectis, basifixis, filamentis in processum (subulatum) antheriferum haud angustatis, stylo tenui cylindraceo et stigmatate quadrifido. Antherarum appendicula notam, qua a *Boronis* distinguantur, certam non praebet.

ERIOSTEMON Smith. in Transact. Linn. soc. IV. pag. 221. Adr. Juss. in Mem. Mus. XII. pag. 481. tab. 21. Meisn. gen. 60. (44.) Endl. gen. n. 6006.

1. **Eriostemon spicatum** A. Rich. foliis sparsis linearibus glanduloso-punctatis glabris; racemis terminalibus villosis-subtomentosis; pedicellis bracteatis. — A. Rich. sert. Astrolab. pag. 76. tab. 27. Walpers rept. I. pag. 504.

In arenosis prope oppidulum Perth. d. 22. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 2021. „Frutex pedalis, erectus“. *Bracteae* caducae. *Petala* coerulea (in specimin. exsicc. expallentia) basi cuneato-attenuata, subunguiculata.

2. **Eriostemon nodiflorum** Lindl. ramulis pubescentibus; foliis linearibus obtusiusculis glandulosis glabris erectis; floribus lateralibus (terminalibusque) capitatis; bracteis linearibus margine villosis; calyceibus pilosis; filamentis villosis; ovarii lobis inaequalibus cornutis. — Lindl. Swan River Bot. pag. XVII. Walpers rept. pag. 504.

In subarenosis haud longe ab Eleven Miles Bridge (Plantagenet) m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2049.

„Frutex $1\frac{1}{2}$ -pedalis“. *Petala* coerulea basi albida, cuneato-attenuata, subunguiculata. Haec species cum antecedente affinisque *E. racemoso* Endl. et *E. ebracteato* Endl. propriam generis sectionem petalis coeruleis subunguiculatis insignem, vel, si mavis, proprium genus *Cyanochlamyx* dicendum exhibere videtur.

PHEBALIUM Vent. Malm. 102. Adr. Juss. Mem. Mus. XII. 479. Mem. soc. h. n. II. pag. 130. Endl. gen. n. 6009. Meisn. gen. pag. 60. (44.)

1. **Phebalium anceps** DC. foliis linearibus vel oblongo-lanceolatis obtusis, junioribus utrinque lepidotis, adultis

subundis; corymbis terminalibus; staminibus corolla brevioribus. — DC. prodr. I. pag. 719. Adr. Juss. Mem. soc. hist. nat. II. pag. 9. tab. 12. f. 2.

In rupestribus scaturiginosis ad Princess Royal Harbour et ad portum Leschenault Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 2011.

„Frutex 12-15-pedalis“.

2. **Phebalium rude** Bartl. foliis obovatis retusis basi in petiolum cuneato-attenuatis subtus pedunculis axillaribus unifloris alabastrisque lepidotis.

In calcareis tergi montis Baldhead 16. Oct. 1840. Herb. Preiss. Nr. 2038.

„Frutex sesquipedalis“. *Rami* adsunt spithamaei, crassi, rigidi, a basi ramosissimi, cortice inaequali rimuloso. *Ramuli* ascendenti-erecti, sparsi, e petiolorum basi decurrente, tuberculato-angulati; secundarii breves, acute angulati, angulis valde prominulis, albido-lepidoti. *Folia* sparsa, densa, erecta, coriacea, plana vel concaviuscula, integerrima, apice retusa vel late emarginata vel truncata fere, angulis rotundatis, basi in petiolum canaliculatum lepidotum 1-3 lin. longum cuneato-attenuata, supra sparse lepidota, demum calva, glanduloso-punctata, subtus densius albido-lepidota, serius calvescentia, cum petiolo 4-8 lin. longa, 2½-4 lin. lata. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, petiolo paulo longiores, angulati, superne bracteolis 2 vel 3 minutis obtusis deciduis instructi. *Calyx* parvus, acute 5-dentatus, patens. „*Flores albi*“. *Alabastrum* globosum, suturis subtomentosis. *Petala* sesquilineam longa ovato-oblonga, obtusa, supra glabra. *Filamenta* glaberrima, lanceolato-linearia, apice subulata, petalis duplo fere breviora. *Antherae* ovoides. *Germen* argenteo-lepidotum. *Carpidia* juniora e dorso cornuta.

3. **Phebalium bilobum** Bartl. foliis obcordato-bilobis basi euneatis subtus pedunculis axillaribus unifloris alabastrisque lepidotis.

In rupestribus planitie collium Konkoberuphills (Kent) 19. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2039.

„Frutex bipedalis“. *Ph. rudi* simillimus sed omnibus partibus minor. *Rami* sesquidigitales, teretes, dense cicatrisati indeque exasperati. *Ramuli* breves, patuli, superne conferti, irregulariter angulati, lepidoto-canescentes. *Folia* densa, obcordato-biloba, sinu acuto, lobis rotundatis, uninervia, avenia, supra parce subtus densius albido-lepidota, demum calvescentia, 3-6 lin. longa et aequae lata. *Pedunculi* folio duplo triploque breviores, angulati, bracteolis duabus denticuliformibus prope florem. *Calyx* parvus, sinuato-5-dentatus. *Petala* lin. longa, ovato-oblonga, obtusa, supra glabra, per aestivationem valvata. *Carpidia* valde compressa, oblique truncata, angulo dorsali protracto.

CHORILAENA Endl. gen. n. 6010.

1. **Chorilaena quercifolia** Endl. in Hügel. Enumerat. pag. 17.

In colliculo arenoso inter frutices vix penetrabiles prope Baldhead Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2043.

„Frutex 8-pedalis“.

Boronia occerulata Forst. Muller.

Cyanothamnus bononiacensis

Forst. Mull. — Petala extus concava
Lincol. in planta viva vidi et intus carnea
Stamina 8 filis longiora utro-
que ciliata & prolixo botulicora. An-
theras latius inferius exteriori fila-
menti infunditibus acutae cum apiculis
obtusis. Oculi & folia nuda luteo glau-
dulosa. Ovar. graciliss.

Frutex 2-3' in puticosis Amer-
icis struit vapus Wellington.
1848 videtur a C. tenui di-
stinguere Lindley.

Boronia (Cyanothamnus) pubescens Forst. Mull. in bot. apud
Lindley. ^{Guineae} ^{Guineae} ^{Guineae}

x *C. verrucosus* A. Sch. *Pithecolobium*

Stipus glabris totis *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
filicibus *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
lata *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
1848. Fr. 1-2'

haec *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
pulosa *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
1848. Fr. 1-2'

x *Eriothamnus Martii* Forst. Mull.

E. virgata Hook. prot. Hobart-town, lat. 42. 294
filicibus *Eriothamnus* *Eriothamnus* *Eriothamnus*

Eriothamnus Martii Forst. Mull.

In numero Pine-forest Humum
Gardneri vapus, Jan 49. hb. Vind.
Torte *E. granuliferi* var. *laevius*
In hac duae species ad *E. grand-*
tem vel *bravifolium* vocanda
sunt? — *Triblanta pilosa* *Stipagatus*
Stipagatus *Stipagatus* *Stipagatus*

Mullebrundia conf. pag. 178.

Correa (Lidymeria) aemula Forst. Mull.

Encount. pag, conf pag 169.

Hec traho pl. *Stuartiana* nec
Stuartiana ab *parvifolia* *Stipagatus*
mes *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
Stipagatus *Stipagatus* *Stipagatus*
coricis definitione. Edlyi *Stipagatus*
Lori. (*Lidym.*) *magnifica* pag 16 &

Facile *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
floribus *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
latis, *Stipagatus* *Stipagatus* *Stipagatus*
Stipagatus *Stipagatus* *Stipagatus*

Conf. p. 191.

magis distincte

DIPLOLAENA R. Brown in Flinders voy. II. pag. 546. Desf. Mem. Mus. III. pag. 449. Adr. Juss. Mem. Mus. XII. pag. 479. Meisn. gen. pag. 60. (44.) Endl. gen. n. 6011.

1. **Diplolaena Dampieri** Desf. foliis obovato-oblongis ellipticisve apice subemarginatis supra viridibus, subtus incanis; involucri foliolis exterioribus lanceolatis herbaceis. — Desf. Mem. Mus. III. pag. 450. tab. 20. Bot. reg. 1841. n. 64.

In confragosis jugi montium Darling's-range 27. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 2042.

Specimen iconi in Bot. reg. editae simillimum. — *Folia* supra haud glabra, sed punctis elevatis pilos minutissimos stellatos gerentibus scabriuscula, apice emarginata vel rotundato-obtusissima.

2. **Diplolaena salicifolia** Bartl. foliis lineari-oblongis vel anguste oblongo-obovatis obtusissimis basi longe attenuatis, supra glabriusculis, subtus albido-tomentosis; involucri foliolis exterioribus subovatis brevioribus.

α **revoluta**. foliis lineari-oblongis margine revolutis; foliolis involucri exterioribus lato-ovatis subherbaceis.

β **cuneata**. foliis anguste oblongo-obovatis margine planis; foliolis involucri exterioribus ovato-lanceolatis subcoloratis.

In calcareo-arenosis ad fluvium Cygnorum prope Freemantle, Woodman's-point et in insula Rotenest 15. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2020.

„*Frutex* 5-pedalis, pulcherrimus“. *Ramuli* sparsi, patuli, tomento stellato incani, demum glabrescentes. *Folia* erecto-patula, 1-2 poll. longa, lineari-oblonga, lineari-vel oblongo-lanceolata, anguste oblonga vel anguste oblongo-obovata, rotundato-obtusissima vel retusa, basi longe attenuata in petiolum 2-3 lin. longum incano-tomentosum, margine revoluta vel in var. *β* plana, supra glabra et glandulis minutis impresso-punctata, juniora interdum pilis nonnullis stellatis vage adspersa, subtus dense albido- (novella ruflo) tomentosa, tomento e fasciulis pilorum stellatis composito. *Capitula* majora quam *D. Dampieri*, *D. grandiflorae* (ex ic. Desf.) fere, nutantia, pedunculo semipollicari rufescenti tomentoso insidentia. *Involucri* foliola exteriora 5 basi in dissem diam. 4 lin. connata, explanata, ovata vel ovato-oblonga, obtusiuscula, sordide rubescentia (ex sicc.) basin versus obscure virentia vel tota colorata, interiora duplo fere longiora, oblongo-linearia, rubella: omnia tomentosa. *Carpidia* 2 lin. longa, glabra, transverse venoso-rugosa, subtruncata, angulo apicis dorsali rotundato.

3. **Diplolaena microcephala** Bartl. foliis obovatis vel oblongo-obovatis obtusissimis basi cuneatis, supra tenuiter, subtus dense tomentosis; involucri foliolis exterioribus lanceolatis interiora subaequantibus.

In littore ripestri arenoso inter frutices densos promontorii Cape Riche 20. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2019, nec non in montosis glareosis sterilibus districtus Grantham m. Mart. 1841. No. 2018.

„*Frutex* 1½ pedalis, (No. 2018.) vel 3-pedalis (No. 2019.)“ ramosissimus, ramis ramulisque sparsis, patentibus, teretibus, junioribus dense rufo-tomentosis. *Folia* circiter semipollicem longa, patentia, saepe complicata, margine plana, in petiolum 1-1½ lin. longum cuceato-attenuata, subtus cum petiolo tomento denso albido-rufo vestita, supra parcius tomentosa, obscure viridia. *Capitula* in ramulis terminalia, solitaria, breviter pedunculata, subnutantia, multo minora quam congenerum, virginea globosa, pisum minus magnitudine vix aequantia. *Foliola* involucri aequilonga, 5 exteriora lanceolata, acuta, subherbacea, subtus fulvescenti-tomentosa, interiora lineari-lanceolata, obtusa, colorata, rosea (ex sicc.).

EUPHORBIACEAE Juss.

(Auctore J. F. KLOTZSCH.)

Tribus EUPHORBIEAE Bartling. Endlicher gen. pl.
pag. 1108.

EUPHORBIA Linn. Endl. gen. pl. n. 5766.

1. **Euphorbia paucifolia** Kl. suffruticosa, erecta, caule tereti, glabro, leviter sulcato; ramis inferioribus verticillatis, quaternis aut senis apice foliiferis, superioribus oppositis, floriferis; foliis oppositis, exstipulatis, linearibus, integerrimis, glabris, basi attenuatis; floribus axillaribus, solitariis, subsessilibus; capsula subglobosa, glabra, calyce sexfido, persistente instructa.

In depressis madidis umbrosisque ad fluvium Canning prope praedium rusticum Maddington (Perth) 2. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 1208.

„*Frutex* 12-16-pedalis, gracilis, lactescens, ramis pendulis“. *Caulis* cylindricus, glaber, inferne lignosus, pallide-fuscus, nitidus, superne ramisque herbaceus, leviter sulcatus. Internodia ad caulem 3-4 unc., ad ramos 2-3 unc. longa. *Folia* opposita, exstipulata, linearia, glabra, obtusa, versus basin attenuata, integerrima, 1-1½ lin. lata, 10-14 lin. longa. *Flores*, axillares solitarii, subsessiles. *Involucrum* semiglobosum, glabrum antherisque purpureum, tridentatum, glandulis tribus sessilibus, patelliformibus instructum, basi bracteis squamiformibus, scariosis, atrofuscis, brevibus, imbricatis vestitum. *Ovarium* subglobosum, trigonum, pedicellatum, nutans, glabrum, calyce persistente, obtuso, sexfido, margine scarioso instructum. *Styli* tres, breves, erecti, bifidi, atro-purpurei.

2. **Euphorbia Peplus** L. Sp. pl. pag. 653. Roep. Enum. Euphorb. pag. 67. n. 25.

In cultis insulae Rotenest. Probabiliter advecta. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1207.

Virgiana } *Sp. Collegit C. Mitchell*
Berlyae
Michxliana

1857, 1271. *Platyretia* *Fern. exiller in the J.*
Laurelaria *Platyretia* *multa*
natia *conspicua* *2* *arte* *conspicua*

venit *autem* *galia* *multa* *in*
vis *subtus* *tomatopi* *brevis*
pro *foliis* *floribus* *feminis* *a*
pro *salis* *sumis* *pubescentibus* *et*
et *rimum* *Torrens* *haud* *longe* *ab* *urbiana*
et *orientalide* *in* *aromat.* *umbrosis.* *Jan*
23 *1848.* *Coccyula* *clausive* *Sis* *Poliana*
quid *genus* *proxima* *videtur* *Adriana* *77*
(A. acropolia *Hook)* *Walt.* *ex* *H.* *1857* *371.*

Poranthera *unica* *Forst* *Mull.*

Solo *madida* *Forst.* *coll.* *ex* *Forst.* *maurice* *hb* *St* *1863*
vallium *in* *fructibus* *Forst.* *maurice*
Lam. *5.* *Pig.* *6.* *Perizonia*
Floris *monoch.* *Ver!*
Parvam *Stylidi* *speciem* *aut* *Thysiam*
imitat.

Poranthera *vicariosa* *Forst* *Muell.*

In *placis* *montis* *milliaris* *non*
nulla *angusta* *in* *litore* *remota.*
prope *Enochia* *2* *atq* *Ver!*
quid *genus* *proxima* *videtur* *Adriana* *77*
(A. acropolia *Hook)* *Walt.* *ex* *H.* *1857* *371.*

Calyptrorhiza *laucolabium* *Forst* *Mull.*

Calyptrorhizate *oblongifolia*
sepis *foliis* *majoribus* *magis*
laucolabris *floribus* *longius*
quid *genus* *proxima* *videtur* *Adriana* *77*
(A. acropolia *Hook)* *Walt.* *ex* *H.* *1857* *371.*

Rivincarpus *Tasmanicus* *Forst* *Mull.*

Ad *flumen* *South* *Est* *river* *hb.* *St.* *Tasm.*
70. *II.* *134* *272.* *Rup.* *6-8!* *Ver.*
Unonocarpus *paspin* *divinus.*
R. fistilifloro *maximopere* *affinis*
habitu *minus* *valido.* *et* *lis* *a* *non* *affinis*
ad *interioribus* *laevibus* *non* *asperis* *floribus*
subpedicellatis *petalis* *floris* *femineis*
illis *2* *labris* *in* *tomatellis* *maraculis*
non *villosis* *et* *forte* *alios* *tharacoides*
conspicua *ex* *pedicellis* *retro*
pubes *proventricibus* *extrinsecis.*

Tribus CROTONEAE Blume. Endl. gen. pl. pag. 1113.

TRACHYCARYON*) Kl. (Crotonis species Lab.
Adrianae species Endl.)

Flores dioici. *Masc. Calyx* quadripartitus: laciniis aequalibus, aestivatione valvatis. *Corolla* et glandula nulla. *Stamina* creberrima, receptaculo conico nudo inserta; *filamentis* brevibus, aestivatione erectis, liberis; *antherarum* loculis longis, linearibus, connectivo apice in ligulam viscoso-subpellucidam producto, utrinque adnatis. *Fem. Calyx* quadripartitus, subregularis. *Corollae* petala 4, lanceolata, calycina, inaequilonga. *Germen* sessile, trioculare. *Ovula* in loculis solitaria, pendula. *Styli* 3, profunde bifidi, verrucosi. *Capsula* verrucosa, tricoeca: coccis bivalvibus, monospermis. *Semina* carunculata.

Frutex Novae Hollandiae, ramis glabris, teretibus, apicem versus digonis, angulis sub nervo medio foliorum enatis, *foliis* oppositis, sessilibus, trinerviis, subtrapeziformibus, coriaceis, grosse dentato-serratis, utrinque glabris, basi biglandulosis; *floribus masculis* interrupte spicatis: spicis axillaribus terminalibusque, bracteatis: *bracteis* magnis, sessilibus, distantibus, multifloris: *floribus femineis* in apice ramulorum axillaribus, subracemosis, bractea oblonga stipatis.

1. **Trachycaryon Labillardierei** Kl. Croton quadripartitum Labillard. Nov. Holland. II. pag. 73. t. 233.

In arenosis inter frutices densos secundum fluvium Cygnorum haud longe ab urbicula Freemantle Dec. Herb. Preiss. No. 1206.

CALYPTROSTIGMA)** Kl. (Crotonis spec.
Labill. Adrianae spec. Endl.)

Flores dioici. *Masc. Calyx* profunde quinquefidus: laciniis inaequalibus, aestivatione imbricatis. *Corolla* et glandula nulla. *Stamina* creberrima, receptaculo convexo nudo inserta; *filamentis* brevibus, aestivatione erectis, liberis, *antheris* brevibus, lateralibus. *Fem. Calyx* profunde quinquefidus: laciniis inaequalibus, aestivatione imbricatis. *Corolla* nulla. *Germen* tri-quadriloculare, sessile. *Ovula* in loculis solitaria, pendula. *Stigma* ealyptraeformis, subintegrum, sessile. *Capsula* tricoeca, laevis: coccis monospermis, bivalvibus. *Semina* castanea, carunculata.

Frutices Novae Hollandiae, ramulis triquetris: angulis sub petiolis foliorum enatis; foliis alternis, oblongis aut linearibus, eglandulosis; racemis axillaribus paucifloris; floribus ebracteatis.

*) Nomen e vocibus *τραχίς* et *κάρρον* compositum.

**) Nomen e vocibus *καλύπτρα* et *στίγμα* compositum.

Beyeria viscosa Miqul.

1. **Calyptrostigma viscosum** Kl. ramulis triquetris, glabris, viscosis; foliis oblongo-spathulatis, utrinque glabris, supra nitidis, viscosis, subtus ferrugineis, basi attenuatis; capsulis nitidis, viscosis, trigonis; pedicellis longis, sursum incrassatis.

Croton viscosum Labillard. Nov. Holl. II. pag. 72, t. 222.
Hb. Willd. n. 17848 fol. 2.

Crescit in colliculosis arenosis insulae Rotenest 19. August 1839, Herb. Preiss. No. 2387 *).

AMPEREA ADR. JUSS. ENDL. GEN. PL. N. 5813.

1. **Amperea rosmarinifolia** Kl. decumbens, ramosissima, glabra; ramulis longissimis, compresso-triangularibus, striatis, glabris; foliis alternis, linearibus, acuminatis, glabris, margine revolutis; floribus monoicis, axillaribus, fasciculatis: masculis quadrifidis.

In solo turfoso-arenoso inter frutices clivuli prope urbiculam Albany (Plantagenet) 21. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1225.

Frutex decumbens 3-4-pedalis, ramosissimus. *Rami* teretiusculi, fuscinerei. *Ramuli* confertissimi, pedem longi, virgati, subcompresso-trigoni, leviter striati, glabri, lineam fere crassi. *Folia* alterna, linearia, acuminata, distantia, erecta, margine reflexa, subtus longitudinaliter sulcata, basi bistipulata, glauco-viridia, 6-8 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata. *Petioluli* glabri, compressi, lineam longi, deorsum attenuati. *Stipulae* lanceolato-lineares, acutae, remote-dentatae, fusco-purpureae, $1\frac{1}{2}$ lin. longae. *Flores* monoici, axillares, fasciculati, brevipedicellati, bracteis ovatis, carinatis suffulti, masculi et feminei intermixti. *Masc. Calyx* quadrifidus, campanulatus, tubo brevi, luteo, laciniis recurvis, ovatis, azureis, aestivatione valvatis. *Corolla* nulla. *Stamina* 8, lutea; filamentis filiformibus, ima basi coalitis, quatuor exterioribus brevioribus; antherarum loculis ovatis, distinctis, ex apice connectivi granuliformis, pendulis. *Fem. Calyx* profunde quinquefidus, laciniis lanceolatis, acutis, carinatis, erectis, aestivatione valvatis. *Ovarium* oblongum, triangulare, glabrum, triloculare: loculis uniovulatis: ovulis pendulis. *Stylus* brevissimus; stigmata 3, erecta, bifida, patentia: laciniis puberulis subulatis.

MONOTAXIS BRONG. ENDL. GEN. PL. N. 5833.

occidentalis Endl.

1. **Monotaxis cuneifolia** Kl. suffruticosa, ramis filiformibus, glabris, leviter sulcatis; foliis oblongis, acutis, versus basin attenuatis, glabris, integerrimis, laete-viridibus, aut

*) Species duas sequentes in Herbariis Lindleyi et Willdenovii observavimus. **Calyptrostigma ledifolium** Kl. ramulis incano-subtomentosis; foliis anguste-linearibus, apice truncatis, margine revolutis, supra pallide-viridibus, subtus incanis; capsulis subglobosis; pedicellis brevibus. Hab. in Nova Hollandia. Drummond. **Calyptrostigma oblongifolium** Kl. ramulis triquetris, flavo-virescentibus, subtomentosis; foliis oblongis, obtusis aut brevissime acutis, supra saturate-viridibus, nitidis, subtus incanis; pedicellis brevibus. *Croton viscosum* Hb. Willd. n. 17848 fol. 1 et 17849 fol. 1 et 2. Hab. in Nova Hollandia Labillardier. R. Cunningham.

obovatis, acutis; floribus aggregatis, in apice ramulorum axillaribus: masc. pedicellatis, fem. sessilibus; stigmatis lobis subulatis, integerrimis, apice incurvis.

In arenosis umbrosis inter frutices silvae cis urbiculum Guildford (Perth) 14. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1222.

Caulis suffruticosus, basi pennae anatinae crassitie, statim supra radicem subsimplicem fusiformem cinereo-fuscam solutus in ramos plurimos, 5-6 pollices longos, graciles, flaccidiusculos, simplicissimos vel interdum ramulo auctos, e basi procumbente adscendentes, subfastigiatos, leviter sulcatos, glaberrimos, pallide-virescentes. *Folia* alterna, oblonga, acuta, integerrima, glabra, pallide-viridia, brevi-pedicellata, margine subrecurva, 4-5 lin. longa, infra apicem $1\frac{1}{2}$ -2 lin. lata, versus basin attenuata, superiora densa, inferiora remota; nervo medio subtus prominulo; basi utrinque stipula subulata minima aucta. *Flores* in apice ramulorum axillares, dense aggregati, bracteis minimis suffulti. *Masc.* confertissimi, pedicellati; *Calyx* campanulatus, quadrifidus, albidus, laciniis ovato-lanceolatis, acutis, in aestivatione imbricatis. *Petala* 4, ovata, acuta, basi brevi-unguiculata, albidia, laciniis calycis alterna. *Stamina* 8; quatuor petalis opposita, iisdem paullo longiora, praecociora, patentia; antherarum connectivo dilatato, hippocrepiformi-bicurvi, deorsum arcuato; utroque crure antherae loculum introrsum longitudinaliter apertum gerente; cruribus connectivi in alabastro filamento adpressis antherisque ejusdem latera spectantibus. *Stamina* 4, petalis alterna, serius evoluta, primum brevissima, tandem reliqua aequantia, erecto-conniventia, antherarum connectivo parum dilatato, loculis discretis, utrinque e connectivi apice pendulis. *Flos femineus* centralis, solitarius, sessilis. *Calyx* quinquefidus: laciniis lanceolatis, erectis. *Ovarium* oblongum, obtuse-trigonum, glabrum, calyce duplo fere longius, triloculare: loculis uniovulatis, ovulis angulo interiori loculorum prope apicem appensis. *Stigmata* 3, bifida: lobis subulatis, apice incurvis, purpureis.

grandiflora Euml.

2. **Monotaxis ericoides** ~~W.~~ fruticosa, ramis tenuibus, glabris, versus apicem divisis; foliis subulatis, mucronatis, margine revolutis, glaucis; floribus pedicellatis, aggregatis, in apice ramulorum axillaribus, masculis pentameris, femineis hexameris; stigmatis lobis eleganter fimbriatis, patentibus.

In colliculis arenosis inter frutices prope urbiculum Perth 19. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1218.

Frutex dodrantalis, facie *Ericae carnea*. *Caulis* cinereo-fuscus, pennae aserinae crassitie, supra basin solutus in ramos plurimos, graciles, apice divisos, glabros, fusco-cinereos. *Folia* sparsa, erecto-incurva, lineari-filiformia, mucronata, margine revoluta, glauca, 5-8 lin. longa, basi utrinque stipula setacea fusca aucta. *Umbella* 8-12 flora, in summitate ramorum ad florem centralem feminem redacta, axillaris, basi stipulis setaceis, purpureis cincta. *Masc.* *Calyx* campanulatus, quinquefidus, amoene purpureus: laciniis lanceolatis, acuminatis. *Petala* quinque, ovato-oblonga, obtusa, albidia, calyce dimidio longiora, basi hastata. *Squamae* 5, breves, crassiusculae, truncatae, calycis laciniis oppositae. *Stamina* 10, omnia fertilia; filamenta filiformia, exserta; antherarum connectivo ut in congeneribus hippocrepiformi, loculis globosis crura terminantibus. *Pedicelli* filiformes, glabri, 2 lin. longi. *Fem.* *Calyx* hexaphyllus, brevi-pedicellatus, foliolis albidis, ovatis, acutis, carinatis, glabris, aestivatione imbricatis. *Petala* 6, oblonga, obtusa, basi attenuata, sed non appendiculata, calyce dimidio longiora, albidia. *Discus* hypogynus, sexradiatus: radiis crassiusculis, brevibus, spatulatis, apice purpureis, truncatis, sepalis oppositis. *Ovarium* glohosum, glabrum, obtuse-trigonum, triloculare: loculis uniovulatis: ovulis pendulis. *Stigmata* 3, profunde bifida, fimbriata, patentia, purpurascantia.

Tribus PSEUDO-ANDROGYNI. Ovarii loculi uniovulati. Stamina sub ovarii rudimento sessili inserta. Flores axillares, solitarii.

.LOPADOCALYX *) Kl. = *Olaux* Br.

Flores monoici. *Masc. Calyx* parvus, patelliformis, integerrimus. *Corolla* profunde quinquepartita, erecta, aestivatione valvata, laciniis intus ad basin appendice filamentosa instructis. *Stamina* 3; filamentis subulatis, erectis, basi corollae insertis; *antheris* lateralibus, brevibus, ovatis, introrsis. *Ovarii* rudimentum lageniformi-trigonum, apice brevissime trifidum. *Fem. Calyx* parvus, patelliformis, integerrimus. *Corolla* nulla. *Ovarium* disco carnoso orbiculari impositum, triloculare: loculis uniovulatis. *Stylus* brevis, ovarii continuus; *stigmata* 3, brevia, integerrima, obtusa. *Fructus*

Frutices Novae Hollandiae ramosi, foliis alternis, sessilibus, subcoriaceis, glabris; floribus axillaribus, solitariis, ebracteatis, masculis cum femineis mixtis. *Olaux Phyllanthi* R. Br.

1. **Lopadocalyx phyllanthoides** Kl. ramis distichis, glaberrimis; foliis late oblongis, subcordatis, sessilibus, integerrimis, apice emarginato-apiculatis; pedicellis sursum incrassatis, glabris, brevibus calycibusque pallide-luteis; corollae appendicibus subulatis, staminum longitudine.

In rupestribus circa urbiculum Albany (Plantagenet) 11. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1211.

Caulis 4-5 pedalis, fruticosus, livido-fuscus, leviter striatus, ramosus. *Rami* teretiusculi, graciles, distichi, versus apicem ramulosi. *Folia* alterna, erecta, sessilia, lato-elliptica, subcoriacea, glabra, opaca, sordide-glaucoviridia, basi subcordata, apice emarginato-apiculata, 4-6 lin. longa, 3-4 lin. lata, stipulis destituta. *Flores* in apice ramulorum axillares, solitarii, ebracteati, masculi aut feminei, brevi-pedicellati. *Masc. Calyx* patelliformis, integerrimus, patens, brevissimus, viridi-luteus, persistens. *Corolla* profunde quinquepartita, erecta, lutea: laciniis oblongis, acutis, 1½ lin. longis, basi appendice filamentosa, erecta instructis, aestivatione valvatis. *Stamina* 3, corolla dupla breviora; filamenta subulata, erecta, basi corollae inserta; *antherae* breves, obtusae, biloculares, laterales, introrsae, longitudinaliter dehiscentes. *Ovarii* rudimentum lageniforme, trigonum, apice brevissime trilobum. *Fem. Calyx* cupularis, integerrimus, luteus, brevissimus, persistens. *Corolla* nulla. *Ovarium* lageniforme, acute-trigonum, disco carnoso orbiculari impositum, triloculare: loculis uniovulatis: ovulis pendulis oblongis, utrinque attenuatis. *Stylus* brevis, ovario continuus. *Stigma* brevissime trilobum. *Olaux uliginosa* Kl.

2. **Lopadocalyx uliginosus** Kl. suffruticosus, ramis filiformibus, simplicibus, erectis; foliis alteruis, sessilibus, oblongis, acutis, basi rotundatis, saturate viridibus, glabris, opacis, subtus nervo magis prominente subcarinatis.

*) Nomen e vocibus *λοπαξ* et *καλιξ* compositum.

In solo turfoso-uliginoso inter frutices densos planitie inter montes Melville et Elphinstone (Plantagenet) 11, Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1210.

Caulis suffruticosus, brevissimus, incrassatus; statim supra radicem solutus in *ramos* plurimos 8-11 pollices longos, graciles, simplicissimos aut interdum ramulo auctos, laeves, glaberrimos, flavido-virescentes. *Folia* alterna, erecta, oblonga, acuta, basi rotundata, sessilia, saturate-viridia, 3-4 lin. longa, 1-2 lin. lata. *Flores* in apice ramorum axillares solitarii. *Pedicelli* glabri, flavescetes, 1½ lin. longi, deorsum attenuati. *Flores masculi* non observavi. *Flores feminei* ut in specie praecedenti.

Tribus PHYLLANTHEAE Endl. gen. pl. pag. 1119.

PHYLLANTHUS Schwartz Endl. l. c. n. 5847.

1. **Phyllanthus calycinus** Labillard. fruticosus, ramosus, foliis obovatis, apice rotundato-apiculatis, dense imbricatis; floribus in apice ramulorum axillaribus, brevi pedicellatis; calycibus maximis. — Labillard. Nov. Hollandiae plant. spec. II. pag. 75. t. 225. Hb. Willd. n. 17993.

In civnilis arenosis insulae Carnac 8, Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 1213.

2. **Phyllanthus Preissianus** Kl. fruticosus, ramosus, ramis sanguineis ramulisque teretibus, glabris; foliis subsessilibus oblongo-subspathulatis, brevissime acutis, erectis, membranaceis, subtus glaucescentibus; floribus axillaribus, solitariis, geminis aut rarissime trifloris, 5-6 fidis, pedicellatis: femineis majoribus, folio longioribus: masculis minoribus, in fundo calycis squamis sex, peltatis, castaneis.

Phyllanthus pulchellus Preiss. Mss. nec Endlicher.

In arenosis subumbrosis sylvae ad fluvium Cygnorum, 15, Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 1212.

Caulis fruticosus, ramosus, erectus, 1-2 pedalis. *Rami* teretiusculi, glabri, sanguinei, lineam crassi. *Ramuli* tenues, subcompressa-angulati, glauco-fuscescentes, sublexnosi. *Folia* subsessilia, oblongo-spathulata, brevissime-acuta, erecta, membranacea, glaberrima, supra laete-viridia, subtus glaucescentia, 6-9 lin. longa, infra apicem 2-3 lin. lata, basi utrinque stipula parva, lanceolata, acuminata, fusciscente aucta. *Flores* monoici, in apice ramulorum axillares, solitarii, hini aut terni, pedicellati, basi bracteis 2-6 lanceolatis, acuminatis, albidis cincti. *Masc. Pedicelli* filiformes, glabri, albidii, 4-5 lineares. *Calyx* profunde-sexfidus, campanulatus, albidus: laciniis concavis, obtusis; stamina 3, inclusa, squamis sex, fuscis, peltatis cincta. *Fem. Pedicelli* albidii, sursum incrassati, glabri, 6-8 lin. longi. *Calyx* profunde 5-6 fidus, viridi-sulfureus: laciniis oblongis, obtusis, concavis, margine albedo-diaphanis. *Ovarium* globoso-trigonum, glabrum, triloculare: loculis biovulatis; ovulis pendulis: squamis 5-6 sessilibus, carnosis cinctum. *Stigmata* 3, profunde bifida, glabra: lobis filiformibus, recurvis.

3. **Phyllanthus scaber** Kl. fruticosus, caule ramisque scabris, subangulatis; foliis subspathulatis, brevissime acutis, subcoriaceis, supra scabris, subtus opacis; floribus in apice

ramulorum axillaribus, solitariis, brevissime pedicellatis, basi bracteis 2 sessilibus, lanceolatis, fuscis, margine dentatis cinctis; calyce 6 partito, intus sexsquamoso: laciniis late linearibus, subobtusis; stigmatibus tribus, brevibus, filiformibus, recurvis, integerrimis; capsulis depresso-globosis.

In litore rupestri promontorii Cape Riche 18. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1200.

Frutex ramosus bi-pedalis. *Caule* ramisque subangulati, scabri. *Folia* alterna, spathulata, brevi acuta, dense imbricata, erecta, glaucescentia, supra scabra, subtus pallidiora, opaca, membranaceo-coriacea, 6-8 lin. longa, infra apicem 3-3½ lin. lata, margine recurva, basi utrinque stipula brevissima, subfusca aucta. *Flores* feminei in apice ramulorum axillares, solitarii, brevissime pedicellati. *Capsula* depresso-globosa, glabra; trilocularis, trilocca: coccis bivalvibus, dispermis. *Semina* reniformi-trigona, fusca, glabra. *Stigmata* 3, brevissima, filiformia, recurvata, integerrima.

STACKHOUSIACEAE R.Br.

(Auctore A. BUNGE.)

STACKHOUSIA Smith. Endl. gen. n. 5763.
Meisn. gen. pag. 336. (249.)

1. **Stackhousia pubescens** A. Rich. tota pubescens, foliis linearibus angustissimis acutis, floribus in spicam terminalem dispositis, laciniis calycis margine dissecto-ciliatis. A. Rich. Voy. de l'Astrolabe pag. 89. t. 33.

In calcosis ad latus occidentale montis Bakewell 8. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1972.

Iconem citatam non vidi, neque descriptionem novi; speciem vero nostram huc retuli ob affinitatem cum *St. Hügelii* Endl., tum vero quia nulli specierum, quae, vel e speciminibus exsiccatis, vel e descriptionibus mihi innotuere (*St. monogyna*, *spathulata*, *obtusa*, *muricata*, *nuda*, *Hügelii*, *flava*.) adnumerari potest. Ab omnibus distinguitur pubescentia, a plerisque insuper bracteis elongatis. — *Rami* praesto sunt pedales, teretes, striati, pube densa, brevi, patente, uti folia et racemus, vestiti. *Folia* sparsa, pollicem longa, linearia, acuta, carnosula (?) erecta. *Racemi* abbreviati, pollice parum longiores, ovato-oblongi, dense multiflori. *Flores* sessiles. *Bractee* lineari-subulatae, 4^{''} longae, ciliatae. *Bracteolae* tenuiores 2^{''} longae. *Calycis* tubus subglobosus, 0,5^{''} longus; lacinae limbi lanceolatae, ciliatae, linea paulo longiores. *Corollae* aequalis tubus 2,5^{''} longus, limbi lacinae oblongo-lanceolatae, 2^{''} longae, acutiusculae. *Stamina* longiora e fauce vix prominula. *Antherae* fere croceae. *Styli* 3 cohaerentes staminibus brevioribus breviores. *Cocci* ?

TRIPTEROCOCCUS Endl. Endl. gen. n. 5764.

Meisn. gen. l. c.

1. **Tripterooccus simplex** Bge. caulibus simplicissimis terebibus striatis basi foliosis, foliis linearibus, bractea media pedicellum superante lateralibus brevioribus, calycis laciniis tubo suo duplo longioribus, petalorum ungue laminam superante, ala coccorum dorsali lateralibus paulo angustiore.

In glareosis apertis montium continuorum Darling's-range (Perth) 8. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1971.

Radix simplex, alte descendens, lignosa, multiceps. *Caules* plurimi ex una radice, erecti, stricti, simplicissimi, pedales et ultra, lineam dimidiam in diametro crassi, vel paulo crassiores. *Folia* anguste linearia, sparsa, inferiora 10-12 approximata, pollicem longa, superiora remota breviora, summa 2^{'''} longa. *Racemi* pauciflori. *Flores* brevissime pedicellati, pedicello 0,5^{'''} longo, tribracteolati. *Bractea* media pedicellum calycisque tubum aequans, bracteolae laterales tubum attingentes. *Calycis* tubus hemisphaericus, 0,7^{'''} longus, striatus, lacinae duplo longiores, lineari-subulatae. *Petalorum unguis* in tubum 5 lineas longum incurvum conniventes. *Laminae* 5^{'''} lineares incurvo-patulae. *Stamina* 3 longiora tubum vix aequantia, duo alterna tubo dimidio paulo longiora. *Filamenta* filiformia. *Antherae* oblongae. Pollinis grana sicca oblonga, triplicata, triporosa, extus celluloso-reticulata, fere *Stalices*. *Stylus* simplex calycis laciniis brevior, apice trifidus, ramis intus stigmatosis. *Cocci* indehiscentes cum styli parte persistente 3,5^{'''} longi, 2,7^{'''} lati; alae laterales lineam latae, dorsalis angustior brevior, omnes radiatum nervosae, fragillinae. *Semen* trigonum, line impresso rugulosum, linea paulo longius, 0,3^{'''} latum, integumento membranaceo pallido. *Embryo* in axi albuminis parci oleosi rectus, radícula infera, cotyledones plano-convexae, carnosio-oleosae.

2. **Tripterooccus junceus** Bge. caulibus ramosis terebibus profunde sulcatis paucifoliis, bracteis pedicellum superantibus, calycis laciniis tubo suo plus duplo longioribus, corollae lamina unguem aequantibus, ala cocci dorsali angustissima.

In arenosis inter frutices prope Woodman'spoint, Perth. 18. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 1973.

Radix multiceps. *Caules* 1½-2 pedales, lineam in diametro crassi, terebibus, sulcato-striati, ramosi, ramis elongatis, erectis, simplicibus. *Folia* sparsa remota, facile decidua, inferiora pollicaria et paulo longiora, anguste linearia, acuta. *Racemi* terminales in caule et ramis sub 10-15-flori, laxi, florentes 2-3 pollicares. *Flores* ex sicco livido-flavescentes, minores quam praecedentis. *Bracteolae* subulatae pedicello longiores. *Calycis* tubus hemisphaericus 0,5^{'''} longus, lacinae subulatae fere 1,5^{'''} longae. *Petalorum unguis* in tubum curvatum 3^{'''} longum conniventes, laminae totidem longae, in sicco contortae, subulatae. *Stamina* pistillumque praecedentis. *Cocci* omnino ut in *Tr. Brunonis* describuntur, majores quam in praecedente et ala dorsali angustissima fere nulla.

Tripterooccus Brunonis Endl. in Enum. Hügel. pag. 18. e descriptione talibus definiendus: *Tr.* caulibus ramosis

tetragonis profunde sulcatis paucifoliis, bractea media pedicellium aequante lateralibus brevioribus, calycis laciniis tubo suo triente longioribus, corollae lamina unguem aequantibus, ala cocci dorsali angustissima.

RHAMNEAE Brown.

(Auctore E. T. STEUDEL.)*

POMADERRIS Labill. Endl. gen. n. 5743.

Meisn. gen. pag. 70. (50.)

§. 1. Foliis ovatis.

Symonium glabellum ^{a supra glabris.} ~~Steud.~~ ^{! ex Reisch.}

1. **Pomaderris polyantha** Steud. caule erecto breviteramoso tereti emerscente cortice subrimuloso; foliis (1-1½ uncialibus) elliptico-ovatis obtusis basi attenuatis margine reflexis supra albo-viridibus glabris subimpresso venulosis, subtus adpresse molliter niveo-tomentosis; stipulis ovatis acutis scariosis subtus medio herbaceis pilosis caducis; cymis axillaribus paniculatis in apice ramulorum aggregato confertis. †

In arenosis ad fluvium cygnorum et ad oras maritimas ditionis Perth. Jun. Dec. Herb. Preiss. No. 1677 et 1679.

Caulis pube brevissima densissima intricata rimulosa vestitus, inferne teres, superne angulatus; *rami* breves, foliati, cinereo-pubescentes, apice cymoso-floriferi; *folia* alterna, magnitudine varia ¾ - 1½ pollicaria; *petioli* folio 3-4-ve breviores, pubescentes; *cymae* ramosae, ramulis subreflexis multifloris; *sepala* extus velutino pilosa; *petala* nulla; capsulae ovato-subrotundae pube secedente vestitae.

2. **Pomaderris aemula** Steud. caule erecto parvo ramoso tomentosulo anguloso-striato; foliis (1-2 uncialibus) ovatis integerrimis supra fusco-viridibus glaberrimis reticulato-pellucide-venosis, subtus adpresse albo-cinereo-tomentosis; stipulis lanceolatis acuminatis scariosis subtus medio herbaceis pubescentibus; cymis axillaribus panicula-

*) Synopsis Rhamnearum a clmo. Reisseck elaboratam (cfr. Endlicher Genera pag. 1094 vel Walper Repertorium I. pag. 542) in componendis speciebus Novae Hollandiae occidentalis aut expectare aut species cum illo monographo communicare in animo erat. Cum vero iste opusculum adhuc desideratur et in eo erat, ut „Plantae Preissianae“ typographo essent tradendae, longioris morae causa esse nolui; itaque hujus familiae species investigationi mihi (saepè, quod maxime doleo, in speciminibus non satis evolutis) traditas, pro virili elaboratas lectoribus trado.

tis multifloris; cymularum capitulis basi bracteis ovatis obtusis seniseariosis involueratis, apice uno alterove folio munitis; petalis ovatis subplanis luteo-albis. ♀

In arenosis dittonis Plantagenet 23. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1690.

3. *Pomaderris phillyraefolia* ~~Fenzl~~ ^{Fenzl} foliis terminalibus et brevioribus oblongis ellipticis ovalibusque integerrimis, supra glabris vel pulvere viridi-flavo magis minusve adspersis eveniis, supra ramulisque tomento brevi subadpresso holostriceis, floribus in cymis corymbosis parvis confertis; calyceibus villo ineano patente tomentosus athesi vix 1-1½" longioribus, petalorum lamina subcordato-ovata vel subrotunda integerrima concava. Fenzl in Hügel Enumerat. pag. 22. n. 15.

In clivulis arenosis prope oppidulum Freemantle 15. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 1678.

Omnino convenit, nec differt nisi foliis superne venulosis.

4. *Pomaderris pyrophylla* Steud. caule erecto ramoso fusco-cinereo-pubescente tereti vix striato; foliis suboblique ovatis integerrimis supra glaberrimis pellucide-lineatis rufo-virescentibus, subtus adpresse albo-tomentosis; stipulis ferrugineis lanceolatis caducis foliisque junioribus pilosis; cymis axillaribus terminalibusque; floribus in capitulis bracteatis aggregatis; petalis inter calycis laciniis (saepe) exsertis ovatis concavis. ♀

In arenosis insulae Rotenest 18. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1681.

Caulis plus minus ramosus; rami adulti glabri lignosi, juniores rarerubrescentes; folia petiolata, — petiolis folia 3-4-plo brevioribus — ½-2 pollicaria, margine subrevoluta, supra tenui venosa, venis lucem versus pellucidis sparsim reticulatis; sepala dense villosa.

β ramosior a praecedente non differt, nisi caule magis lignoso, ramosiore; foliis distinctius revolutis. Herb. Preiss. No. 1676.

5. *Pomaderris subretusa* Steud. caule diffuse-ramoso; ramis cinereis, cortice demum secedente, pubescentibus; foliis ovatis vel junioribus suborbiculatis apice retusis basi levissime cordatis supra fusco-viridibus glabris (vel novellis pubescentibus) subtus adpresse albo-tomentosis pilisque patentibus (in summis plus minus rufescentibus) instructis; stipulis ovato-lanceolatis acuminatis membranaceis ferrugineis pilosis; cymis axillaribus in pedunculis folia aequantibus, basi foliatis. ♀

In calcareis summitatis montis Baldhead dittonis Plantagenet 16. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1687.

Rami teretes; folia brevi petiolulata, parva, juniora minoria vix 1-1½ lineas excedentia, subrotunda, adultiora 4 ad summum 6 lineas longa, ovata, apice obtusissimo subretusa, supra glabra, venis tenuibus versus lucem vix pellucidis percursa; cymae axillares in pedunculis 2-4 lineas longis subcapitato confertae; flores 10-12 parvi; calycis extus dense pubescentes, intus glabri, ferruginei, limbi patentes medio nervo conspicuo percursi; petala inter calycis laciniis minima, unguiculata.

β. *Foliis ovatis utrinque pubescentibus.*

- Ternstroemia albicans* Reisch
6. **Pomaderris albicans** Steud. caule erecto brevi ramoso angulato-striato pubescente; foliis ovatis integerrimis margine subrevolutis supra mollissime cinereo-velutinis subtus dense albo-tomentosis; stipulis ferrugineis scariosis lanceolatis pilosis; cymis axillaribus paucifloris demum elongatis subracemosis. ♪
- In calcareis ad latus montis Elizamontagne. 19. Mai 1839. Herb. Preiss. No. 1689.
7. **Pomaderris hirsuta** Steud. caule diffuse-ramoso cinerascenscente; ramis patenti-pilosis; foliis oblongo-vel lanceolato-ovatis (parvis semi-uncialibus) supra fusco-viridibus mollissime brevi-velutino-pubescentibus, subtus adpresse albo-tomentosis villisque patentibus hirsutis; stipulis lato-ovatis membranaceis acuminatis sparsim hirsutis; cymis axillaribus terminalibusque laxiuscule capitulatis. ♪
- In rupestribus ad tergum montis Clarence 30. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1673^b.

Frutex 1-2 pedalis, ramosus; *rami* adulti teretes, cicatricosi, glabri, rufescentes, juniores pubescentes intermixtis pilis longioribus hirsuti; *folia* brevi-petiolata, 2-6 ad summum 8 lineas longa, supra late viridia, venosa, — venae primariae opacae, secundariae versus lucem sub lente pellucidae — margine parum revoluta, supra pube adpressa partim evanescente sub-velutina, subtus inter tomentum album pilis longis vestita; *cymae* ramosae, floribus in ramulis capitulo congesti; *calycis* lacinae extus tenue pubescentes, intus glabrae, pallide ferrugineae.

- Ternstroemia hirsuta* majoranaefolium Geyl
8. **Pomaderris commixta** Steud. caule ramoso diffuso, ramis pilosulis; foliis ovatis (parvis 4-6-lineas longis) supra cinereo-velutinis, subtus albo-tomentosis pilis raris patentibus (ad nervos et margines) intermixtis; stipulis minutis ovatis obtusis semiscariosis; cymis axillaribus paucifloris laxè capitatis. ♪

Cum priore lecta. Herb. Preiss. No. 1673^b.

Frutex 1-2-pedalis, ramosus; *rami* adulti teretes pube demum secedente hinc pubescentes hinc glabriusculi; *ramuli* foliorum delapsorum cicatricibus stipulisque persistentibus notati, sursum foliosi, dense pubescentes; *petioli* 1½-2 lin. longi; *folia* magnitudine varia, minora vix lineam excedentia, plus minus rotundata, majora ovata, obtusa nervo medio supra depresso subtus elevato; *cymulae* parvae, axillares, pauciflorae; *calycis* lacinae extus dense pubescentes, glabrae, ferrugineae.

§. 2. *Foliis angustis linearibus.*

- Ternstroemia rosmarinifolia* Reisch
9. **Pomaderris rosmarinifolia** Steud. caule ramoso laxè puberulo; foliis angustis linearibus (1½ lineas latis, 8-12 longis) obtusis margine revolutis, supra lacte viridibus glabris, subtus dense villososericeis; stipulis minutis setaceis acutis; cymis axillaribus diffusis subracemosis. ♪

In calcareis fruticosis ad tergum montis Baldhead 16. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1674.

P. origanifolia fr. Mee. var. *P. parvifolia*!
 caule ramoso pubescente foliis ovatis emar-
 ginatis undulatis ~~clabulatis~~ supra
 sparse hirsutis, petalis canaliculatis sa-
 mutosis, stipulis membranaceis usque
 stipesine ciliatis lanceolatis denti-
 catis, cymis axillaribus pauciflo-
 ris! Fol. puberula vena.

In planitie linearali Encounta Bay,
 Febr. 1847. hb. H. J. n. numero.

Proactilitia fr. Mee.

Proactilitia fr. Mee. *Proactilitia* fr. Mee.
 caule ramoso pubescente foliis ovatis emar-
 ginatis undulatis ~~clabulatis~~ supra
 sparse hirsutis, petalis canaliculatis sa-
 mutosis, stipulis membranaceis usque
 stipesine ciliatis lanceolatis denti-
 catis, cymis axillaribus pauciflo-
 ris! Fol. puberula vena
 In planitie linearali Encounta Bay,
 Febr. 1847. hb. H. J. n. numero.

P. multicaulis fr. Mee.

P. multicaulis fr. Mee. *P. multicaulis* fr. Mee.
 caule ramoso pubescente, foliis ovatis
 emarginatis undulatis ~~clabulatis~~ supra
 sparse hirsutis, petalis canaliculatis sa-
 mutosis, stipulis membranaceis usque
 stipesine ciliatis lanceolatis denti-
 catis, cymis axillaribus pauciflo-
 ris! Fol. puberula vena
 In planitie linearali Encounta Bay,
 Febr. 1847. hb. H. J. n. numero.

prope Tannunda vere 1848.
 Pine forest in the Goulter Bay, et
 Lyndoch valley Febr. 2-3. Febr. Nov.
 In collibus prope Pappan point.

summorum i. e. involucentium magis rotundis
 nam superstitie ret. Flores brevissimis
 puberulis alaribus paucifloris

Pom. (Tymalium?) velutina fr. Mee.
 In collibus republicis portus
 regnorum Tannanica Nov. 1849.
 Fr. 5-6. Flores luteae Nov.
 hb. H. J. 654.

x *Haloragis (Gonioarpus) trifida* *Griseb.*
vel *optius signanda.*

Hal. (Gon.) dimorpha *Griseb.*
~~*glaberrima*~~ *Griseb.*
cauli & basi *hereti* *decumbenti*
pendente *erecta* *simplici* *vel*
ramosa *striata* *quadrangula*,
foliis *oppositis* *femineis* *alter-*
nantibus *immo* *floralibusque*
lanceolata - *linearibus* *integris*
retis *aut* *trifidis* *segmentis*
linearibus *acutis* *lateralibus*
patulis *aut* *lanceolata* *li-*
nearibus *supra* *medium* *inferius*
paucis *foratis*, *floribus* *in* *fo-*
licium *supriorum* *axillis*
plurimigenis *linis* *terminae* *primae*
scapulis *postae* *anthemum* *inter-*
rupte *spiratis*. *bracteae* *pedi-*
cellatis *tetrandris*, *calycis* *seg-*
mentis *5* *petalis* *striatis* *lim-*
bo *longioribus* *pilulata* - *petalis*
bracteis *minutis* *pubulatis*

α. & *trifida* *Griseb.*

β. *trifida* *Walter* *in* *New*
Zealandia - *range.*

γ. *imbricata* *Griseb.*

δ. (*Gonioarpus*) *repens*
Griseb. *in* *hb.* *Stuart.*

ε. *repens* *pro* *Tasmania*
frequens. *hb.* *N. J. H.*

Anthys *non* *est* *applicata.*

+ *Pygnalium bifidum*, *Griseb.*

In *montibus* *viridis* *prope* *ad* *offon* *paucis*
foliis
bilobato *acutis* *dissul* *lance* *foliis*
marginibus *revolutis*, *glomerulis* *glomeratis*
limbo *involuto* *ratibus* *involutis* *formentibus*
foliis *utrinque* *albo* *lanuginosis* *involuto* *ante*
stethum *ure*, *obscure*

Fruticulus 2-3 pedalis; *rami* debiles, teretes, pilis subdistantibus brevissimis substellatis asperuli; *folia* sparsa, in petiolum brevem attenuata; *stipulae* minutae, vix lineares, acutissimae, deciduae; *flores* parvi; *calyces* basi dense-limbi extus vix pilosi, intus glabri; *corolla* nulla.

10. **Pomaderris westringiaefolia** Steud. caule ramoso laxo puberulo vel glabriusculo; foliis angustis subovato-linearibus ($1\frac{1}{2}$ -2 lineas latis, 8-10 longis) obtusis margine revolutis supra fusco-viridibus glabris, subtus dense piloso-sericeis; stipulis minutis setaceis deciduis; cymis axillaribus foliis brevioribus confertis. 5

In plantis clivuli calcarei Arthur'shead 23. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1686.

Fruticulus parvus, ramosus; *rami* adulti glabri, fusco-rubri, juniores pilis brevissimis fasciculatis vix stellatis asperuli, in summitate piloso-pubescentes; *folia* obovato-linearia, 5-7 lin. longa, raro abbreviata, ovata, in petiolum brevem lineam longam attenuata, sub apices ramulorum subconfecta; *flores* (evoluti desunt) in cymis axillaribus laxiusculis.

TRYMALIUM Fenzl, Endl. gen. n. 5744.

1. **Trymalium expansum** Steud. caule fruticuloso ramoso tereti pubescente; ramis divaricato-patentibus infra nudis superne foliatis et floriferis pilosis; foliis in ramulis alternis supra fusco-viridibus pubescentibus, subtus albotomentosis; floribus subracemosis tandem in ramis elongatis diffuse ramoso-paniculatis; capsula ovata basi calyce persistente circumscissa et superne setoso-villosa. 5

In rupestribus ad clivulum vallis Todyayvalley ditonis Victoria. 7. Mart. 1840. Herb. Preiss. No. 1683.

Frutex ramis teretibus rufescentibus; *rami* elongati, ultra mediam nudi, sursum ramulosi; ramuli dense albo-pubescentes, abbreviati, foliati; *folia* breviter petiolata, magnitudine varia, 2-8 lin. longa, ovata vel ovato-oblonga; *stipulae* setaceae, marcescentes, pilosae; *flores* ante florescentiam (evoluti desunt) subracemoso-aggregati, tandem in ramis fructiferis elongatis amplo racemoso-paniculati.

2. **Trymalium floribundum** Steud. caule erecto ramoso tereti patenti-piloso; foliis ovatis integris vel obscure repando-dentatis supra sparsim simpliciter pilosis vel glabratiss, subtus dense substellato-cinerascenti tomentoso pilosis; stipulis angustissimis lanceolato-acuminatis deciduis; floribus in summis foliis axillaribus terminalibusque paniculatis; calycis tubo villosa limbo 5-fido glabro; capsula circumscissa setoso-pilosa. 5

In sublimosis saxosis ad latus praecipitum vallis Cataractae ad caput fluvii Cygnorum 25. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 1680.

Caulis teres, rubicundus, pilis patentibus longis aliisque brevissimis adpressis substellatis tectus; *folia* brevi-petiolata, 1-1 $\frac{1}{2}$ pollices longa, venis versus lucem pellucidis percursa; *stipulae* subcariosae, valde fugaces petiolum subaequant, pilosae; *flores* in racemis axillaribus terminalibusque ramosis paniculam amplam semipedalem formantes; pedicelli pilosi, calycis basi dense villosi, lacinae utrinque glabrae, ferrugineo-rufae, fructus.

CRYPTANDRA Smith. Endl. gen. n. 5742.
Meisn. gen. pag. 70. (50.)

§. 1. Inermes.

a. calycibus villosis.

C. lomnosa Lindl.

1. **Cryptandra nutans** Steud. caule ramoso pumilo (1-1½ pedali) basi glabro, apice ramisque pubescentibus; foliis fasciculatis margine revolutis subacerosis, supra puberulis subtus albo-pilosis floribus terminalibus fasciculato-spicatis subnutantibus; calycis tubo campanulato limbo connivente albo-sericeo; bracteis ovatis ferrugineis calycis tubum aequantibus. ♀

In arenosis sylvae prope ora maritima ditionis Perth. Herb. Preiss. No. 2424.

Fruticulus ramosus; *rami* cinereo-fuscescentes, infra glabri sursum pilis albidis vestiti; *stipulae* in ramulis novellis tantum conspicuae fugaces, ovato-lanceolatae, subscariosae, pallide ferrugineae; *folia* fasciculata aggregata 1-1½ raro 2 lin. longa, marginibus revolutis sese attingentibus; subteretia vel marginibus adnuc distantibus subtus canaliculata; *flores* in apice ramulorum axillares et terminales subracemosi, nutantes; *calycis* limbus intus glaber ferrugineus.

2. **Cryptandra tridentata** Steud. caule ramosissimo glabrescente cicatricibus foliorum emortuorum noduloso; foliis obovato-cuneatis apice truncatis tridentatis subfasciculatis glabris; stipulis membranaceis ovatis acutis. ♀

In N. Holl. occ. austr. Herb. Preiss. No. 2421.

Fruticulus parvus pedalis, ramosissimus, cortice rimuloso fuscescente; *ramuli* teretes, pubescentes; *folia* alterna, brevi-petiolulata 1-1½ lin. longa, solitaria vel subfasciculata, viridia plana, margine vix revoluta, apice plerumque 3-raro 5-dentata, dentibus plus minus exsertis quandoque vix conspicuis; *flores* et fructus desunt.

β. calycibus glabris.

Trymalium leucocarpum Fenzl

3. **Cryptandra floribunda** Steud. caule erecto angulato striata rubicundo glabro, ramis brevibus; foliis oblongo-vel lanceolato-linearibus (1-2 pollicis longis), supra fusco-glaucis viridibus glabris (junioribus pubescentibus), subtus cinereo-albo-sericeis; stipulis lanceolatis scariosis elongatis; racemis pluribus apices ramorum terminantibus interrupte subverticillatis fasciculatis; pedicellis flore longioribus pilosis; calyce glaberrimo tubo abbreviato limbo patente vel reflexo; staminibus petalis reflexis non inclusis, germine glabro; fructibus ♀

In limosis ad fluvium Cynorum Juli 1839. Herb. Preiss. No. 1675.

Pomad. / Frymalium ^{raguifolium var. novum} *parvifolia* A.K. n. 544

Ad. St. Pauli, hb. St. J. 623. p. 2-3
Nov. 1849.

Wm. & Th. Syst. veg. 4. p. XXVIII
C. propinqua ? All. Cunningham.

1. *Encantada Bay*! Nov. 1849. hb. St. J. 44.

fruticulosus, multicaulis internodiis
humillimus. Conf. de hac specie
notae Schleich & Endlicher in plan-
tis Berlin.

Pomaderris ericifolia! Hooker
C. trochiloides f. *formel*.

caule ramuloso hirsuto pubescente,
foliis in ramulis aggregatis. Le-
necari oblongis revolutis ^{foliis} nullis
pubescentibus obtusis ^{apice} pubes-
centibus ^{apice} hirsutis, floribus axil-
laribus fasciculato-congestis
calycis tuba campanulata lobata
connivente sericeo pubescente,
bracteis lanceolatis hirsutis
stipulis glaucis tenuibus sericeo
pilosis.

folia ramorum 5-6" longa, na-
muloorum 2-3" longa, pedicellis for-
mibus sublinearibus brevioribus.

P. D. L! hb. St. J. T. 44.

Pomaderris sp. ? Stuart.

C. axillariae designat est com-
paranda, ut tamen huc perti-
net. Nomen paulisper

in restam vnam speciem
habere signans. Ad. St. Pauli
31 flor. hirs. ex inventore Nov. 49,
hb. St. J. 603.

Pomaderris brondata f. *formel*

P. leucophaea ^{varietas} *maxima* ^{formata}.
Ad portum Lygnorum, hb. St. J. 617.
procreabit

Caulis nitide rubens, sub lente punctulis minutis subalbescensibus sparsim notatus; *ramuli* foliati; folia plana, margine revoluta, in petiolum brevem attenuata; *stipulae* lanceolatae, acuminatae, semiscariosae; flores ex axillis foliorum superiorum, vel immediate ramulos terminantes, in racemis 1-3-pollinaribus interrupte verticillatis; *pedicelli* pilosi, flore plerumque longiores; *calycis* lacinae utrinque glaberrimae, rufo-ferrugineae; *petala* parva, unguiculata, cucullata sed stamina demum non tegentia; *stylus* brevissimus; *stigma* 3-fidum, fructus ignotus. Ad *Trymalii* genus accedens species.

4. *Cryptandra glaucophylla* Steud. caule erecto ramoso rufescente subtereti basi glabro sursum ramisque pubescentibus; foliis alternis approximatis vix fasciculatis marginibus reflexis linearibus angustissimis; supra glabris, (sub lente, valida), tenuissime punctato-impressis, subtus sericeo-pilosis, racemis axillaribus et in ramis terminalibus subdissiti-floris; calycis tubo brevissimo pubescente vel glabro, laciniis glabris patulis vel reflexis, staminibus vix inclusis. ♀

In asperis montis Greenmountain 27. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 1684.

Frutex ramosissimus; *caulis* basi rufescente glabrescens sursum uti rami pilis brevissimis adpressis substellatis in summo apice ramulorum solutis longioribus pubescens; *folia* 5-8 lin. longa, ob margines reflexos vix lineam lata, subalterna, summa appropinquata, non fasciculata, breviter petiolulata, apice fasciculo pilorum (ex inferiore pagina praeminentium) apiculata; racemi in ramulis ex summis foliis axillares et terminales, *floribus* in interstitiis racemosis; *calyx* basi pilosus, parvus, laciniis glabris, flavo-ferrugineis; *petala* minima, cucullata demum calycem versus reflexa *stamina* nondum includentia; fructus

5. *Cryptandra anomala* Steud. fruticulosa ramosa, ramis glabris sursum pubescentibus; foliis petiolo saepe flexuoso lineari-vel ovato-oblongis irregulariter alternis supra viridibus glabris subtus albo-piloso sericeis; stipulis parvis ovato-lanceolatis scariosis; racemis axillaribus, calycis tubo pyramidato-campaulato glabro, laciniis patentibus; capsula ovata apice truncato-plana calycis dejecti marginibus cineta 5-punctata 3-ocularis. ♀

In N. Holl. occ.-austr. Herb. Preiss. No. 1685.

Fruticulus pedalis; *rami* teretes, inferne glabri, rufescentes, epidermide demum secedente sursum pilis minutis adpressis substellatis vel simplicibus in summis ramulis confertioribus adpersi; petioli breves, erecti, quandoque curvati; folia 3-7 lin. longa, apice vix conspicue mucronulata; flores in racemis brevibus, paucifloris, axillaribus, in pedicellis brevibus basi bracteola parva ovata-lanceolata acuta minutis; calycis lacinae luteo-ferrugineae glabrae; *petala* minima paulo pallidiora, unguiculata, cucullata; *stamina* demum non tegentia; fructus capsularis glaber subconicus. Habitus omnino praecedentium.

§. 2. Spinosae.

a. calycibus villosis.

6. *Cryptandra pungens* Steud. caule ramoso cortice secedente; ramis spinoscentibus puberulis; foliis fasciula-

tis linearibus subteretibus utrinque glabris; stipulis setaceis marescentibus; floribus in ramis terminalibus racemoso-spicatis vel in ramulis spinescentibus lateralibus erectis vel subnutantibus; calycis tubo campanulato sericeo piloso limbo subpatente minutissime pubescente; bracteis minutis ovatis scariosis acutis. ♀

In arenosis sylvae prope ora maritima ditionis Perth. Herb. Preiss. No. 2422.

Caulis ramisque cinerei pubescentes; *rami* plures in spinam terminati vel mutati; *folia* subfasciculata, brevissime petiolulata, 1-3 lineas longa, subteretia, apice minutissime apiculata; *stipulae* mox caducae, in ramis novellis conspicuae, lanceolato-setaceae; *flores* vel in ramulis spinescentibus racemoso-aggregati vel in inermibus longius racemoso-spicati; *petala* stamina tegentia.

7. *Cryptandra holostyla* Steud. caule erecto stricto, ramisque erectis cinereis pubescentibus apice (invalide) spinescentibus; foliis fasciculatis revolutis subteretibus (sub lente) muricato-asperis demum glabris; floribus versus apices ramulorum axillaribus solitariis vel binis pedunculis filiformibus flores longitudine aequantibus; calycibus longe-campanulatis sericeo-pubescentibus limbo abbreviato patente; stylo apice integro. ♀

In divulis calcareis prope ora maritima ditionis Perth Herb. Preiss. No. 2423.

Rami erecti pilis patentibus sursum vestiti, semiunciales, spinescentes, foliati, ramuli abbreviati; *folia* subfasciculata, 3-4 lineas longa, subteretia, rigidiuscula, sub lente pilis brevibus puncticulis minutis insidentibus rigidiusculis asperula, demum glabrata; *stipulae* scariosae, setaceae, caducae; *flores* parvi; *calyx* conicus, limbi 5-fidi lacinae brevissimae germen dense pilosum non tegentes; *petala* inter calycis lacinas brevissima stamina tegentia; *stylus* apice capitatus, integer, mox deciduus.

- C. miticaris* Reisd. ^{3. calycibus glabris *} *philophylla* Reisd.
8. *Cryptandra glabrata* Steud. caule erecto ramoso glabro, ramis ramulisque pubescentibus floriferis spinescentibus; foliis (parvis 3-5 lineas longis) subfasciculatis in ramis sterilibus sursum alternis, oblongis revolutis acutiusculis glabris; floribus in ramulis spinescentibus racemoso-aggregatis arcte (ante florum evolutione) scarioso-bracteaatis, calycibus omnino glabris. ♀

In arenosis sylvae prope Pointwater ditionis Perth. Herb. Preiss. No. 2424.

Rami post delapsam epidermidem secedentem rufescentes, erecti, demum plerumque spinescentes; *ramuli* brevissimi in floriferis 3-4 in sterilibus summis 5-6 lineas non excedentes; *folia* parva, subfasciculata, brevissime petiolata; *flores* in ramulis pauci, 4-6 subracemosi; *bractee* scariosae ovatae calycem glabrum involucentes.

- C. miticaris* Reisd. *philophylla* Reisd.
9. *Cryptandra lasiophylla* Steud. caule erecto ramoso ramis pubescentibus, ramulis floriferis spinescentibus; foliis

*) Tres sequentes species nullos praebuerunt flores evolutos nec fructus, hinc magis habitus quam florum investigationis fide huc relatae. *Cryptandrae ulicinae* et *reticuliferae* Hook diagnoses comparare non licuit.

x Dissarria Tasmanica Gussone

Speciem propriam a pl. Novio-
Hollandica var. D. Australi
figenti p[ro]nafi distinctam
constituere videtur.

glaberrima, spinis plerumque
nudis, ramulis ^{terminalibus} ex axilibus spinarum
vel terminalibus folia plerumque
gemmibus, ~~illis~~ his quadr-
quinguedis in verticillata ^{deusa}
axillaria collectis, illis oppositis anguste spa-
tulato-linearibus cuneatis ^{pro-}
seraturis mucosis ^{finem} ductio-
latis apice emarginatis vel apu-
culatis.

In Tasmania ad fl. South Esk river
hanc communis. hb. St. J. n. 43.
Nov. 1849. fructus 1-2.

N. 1
 Vulgaris in Tasmania,
 ubi plerumque altior quam
 prope Adelaidam pro an. 15-20

Bursaria pinnata Cavendish.

exiguata per salam relationem.
hb. St. n. 10. hb. St. n. 13 & 46. Ficus
pinnam Rivali in orientabilibus interioribus
coloniae magnitudinem arboris medicariae
h. 2. 1848. reg. 5. p. xxxiii occurrit!

Bursaria exarmata. Ferd. Mull.
hb. St. n. 11. ad fl. Murray
differs a B. pinnata ramis foliis
ramibus flavo-fulvis pubescentibus,
ovariis trifloris pubescentibus
libris etc. Apr. 1848. Bot.

Encephalocarpus simplicior
nec sicut ut nihil nisi
B. pinnatae sit varietas
videtur signata: ramulis
pedicellis ovario pinnis
foliorum infra comuldo inia-
nis, ibidem. Apr. 1849.
Nov. 1849. B. dissarria L. C.

fasciculatis oblongo-lanceolatis (parvis 2-5 lineas longis) utrinque hirsutis; floribus in ramulis spinescentibus racemoso-aggregatis (ante florum evolutionem) arcte bracteolatis calycibus glabris. ♀

Cum praecedente. Herb. Preiss. No. 2420^b.

Caulis teres, post epidermidis secessum rubicundus, glaber; *rami* erecti pube patenti vestiti, steriles longiores 3-4 pollicares, inermes, floriferi breviores $\frac{1}{2}$ - 1 pollicares, spinescentes; *folia* subfasciculata, 2-4-na, plana, brevissime petiolata, supra praesertim hirsuta, subtus demum glabriuscula; *stipulae* e basi latiore lanceolatae, acutae; *flores* nondum evoluti omnino uti in praecedente.

10. **Cryptandra tenuiramea** Steud. caule ramosissimo, ramis tenuissimis ramulisque spinescentibus pubescentibus; foliis subfasciculatis binis ternisque vel solitariis sparsis (parvis 2-4 lineas longis) linearibus utrinque hirsutis; floribus in ramulis solitariis sparsis, bracteolis involucrantibus lanceolatis acutissimis. ♀

In N. Holl. occ.-austr. Herb. Preiss. No. 2419.

Fruticulus tener pedalis; *rami* flores et folia gerentes seminaciales spinescentes; *folia* solitaria et fasciculata plana, margine revoluta; *stipulae* scarlosae, folio triplo breviores, setaceae, acuminatae; *flores* (evoluti desunt) parvi in ramulis sparsi. Iterum ex habitu huc relata.

PITTOSPOREAE.

R. Brown in Flinder's voy. II. 542.

Endl. gen. pag. 1081.

(Auctore ALOYSIO PUTTERLICK.)

PITTOSPORUM Solander Putterlick Synops.

Pittosp. p. 5. Endl. gen. n. 5661. Meisn. gen.

, pag. 66. (48.)

Sectio I. EUPITTOSPORUM. Inflorescentia terminalis, simplex vel composita. Fructus plus minusve subglobosi vel ovoidei, angulati vel compressiusculi.

** *Pedunculi* terminales, simplices, solitarii rarius bini ternive, singuli e gemma prodeuntes. *Folia* integerrima.

1. **Pittosporum parviflorum** Putterlick. glabrum, foliis obovatis, 4-5 linealibus, vix ultra 3 lin. latis, apice rotundatis, basi in petiolum vix semilinealem angustatis,

marginē integerrimis obtusis, e luteo laete viridescētib; sempervirentibus; in utraq; pagina concoloribus, opacis, coriaceis; pedunculis solitariis binisve, rarius ternis, tenuibus, linealibus, simplicibus, apicem versus paulo crassioribus; floribus ovatis, vix linealibus, petalis pallide e luteo-viridescētib; oblongis, obtusis; fructu (immaturo) ovato-compressiusculo, obscure flavescēte, styli basi coronato.

In glareosis sterilibus districtuum: York et Wicklow. Australasiae austro-occidentalis, die 20. Martii 1840. Herb. Preiss. No. 1290.

Fruticuli bipedalis *truncus* cylindricus, pennae anserinae crassitie, erectus, cortice cinereo-fusco, longitudinaliter rugoso vestitus, ligno sat duro, denso, flavescēte; a basi ramosus. *Rami* teretes, superne seissim attenuati, erecto-patentes, vetustiores trunco conformes, annotini fuscescentes, glaberrimi, nitiduli, punctis minimis resinosis conspersi, ceterum dichotome ramosi. *Folia* obovata, 4-5 linealia, vix ultra 3 lin. lata, apice rotundata, rarissime in junioribus obsolete emarginata, basin versus in petiolum brevissimum vix semilinealem, subtus convexiusculum, supra leviter canaliculatum angustata, plana, e luteo laete viridescētia, in utraq; pagina concolora, sempervirentia, opaca glaberrima, margine obtusiusculo integerrima, nervo mediano perenni vix infra paululum prominente perducta, lateralibus obsolete, erecto-patentia. *Pedunculi* in apice ramulorum annotinorum solitarii binive, rarius terni, teretes, vix lineales, filiformes, apicem versus paulo crassiores, et pilis brevibus appressis obsessi, simplices, basi bracteolis, ante evolutionem in gemmam imbricatam conniventibus, minimis, ovatis, acutis, glabris, citissime caducis stipati, sub anthesi mutantes. *Flores* ovati, vix lineam longi, semilineam lati, obtusi. *Calyx* foliola omnia jam delapsa. *Corollae* petala 5, lineari-lanceolata, $\frac{2}{3}$ lin. longa, vix $\frac{1}{3}$ lin. lata, obtusiuscula, glandula punctiformi terminata, extus convexiuscula, intus cava, e luteo laete viridescētia, carnosula, succo resinoso ab ovarii glandulis basilariibus secreto et inspissato ipso ovario adglutinata. *Stamina* omnia jam delapsa. *Ovarium* ovoideum, lineale, $\frac{2}{3}$ lin. latum, obtuse triquetrum, verruculis minimis scabrum, succo resinoso obductum, basi paulum dilatata glandulis quinque prominentibus, cum staminibus alternantibus et succum resinosum secretantibus stipatum; superne stylo tereti, obtuse subriquetro, ovarium longitudine aequante, filiformi, basi articulatum tumida ovario affixo, in medio paulo ampliore, in apice *stigmatē* simplici truncato, medio impresso et obsolete trilobq; subtilissime papillato terminato, post anthesin caduco coronatum; intus triloculare, semiseptis tribus medio juxta axim contiguis et utriusque margine ovuliferis septatum. *Ovula* marginibus duorum semiseptorum conniventium alternatim affixa, parallele biserialia, obovata, mutua pressione sub posteriore evolutione angulata, stipite brevissimo affixa, horizontalia, anatropha 6-10 in quovis loculo. *Fructus* immaturus ovario duplo major, ceterum cum hoc congruens conformatus.

Sectio II. PLAGIANTHERON. Pedunculi ex axillis foliorum laterales vel terminales, simplices vel divisi.

* *Pedunculi simplices, solitarii, rarius bini. Folia integerrima, subevenia.*

2. **Pittosporum ligustrifolium** All. *Cunningh.* ramis virgatis, dichotome divisis, junioribus tomentoso-incanis; foliis anguste lanceolatis, 2-4 uncialibus, sesquilineam la-

P. bicolor. Hooker
P. mutabile Gerd Müller
P. revolutum hb. N. J. H. B.

A. *P. revoluta* Aiton diffini
videtur pedunculis axillaribus
& terminalibus perinque
foliariis! An var?

Prope Lannoyton ad fl. South
Isk river. Oct 20. 1848.

Planta minus quam *P. acacioides*
amara. gumi ^{residuo} exsudat conspissatione
sue sebi, coloris flavo rubello-flavescenti.
Floris parum odori. Fructus *P. acaci-*
oide minores.

Bursera spinosa Cavailles

In plagis ^{20-30'} siccioribus Capidopis
Arbor, cortice gravi fere ara-
matico.

Mount Gambier, ubi, 'Box tree'
vocatur, Port Lincoln, Port
Caley

Diversis locis diversis temporibus

Didymaria aculeata Lill. in Mtch.
Proc exp. II, 198.

undique pilis stellatis lutescentibus
purpureo. Ramis striatis.
Folia subtrepida cordata obtusa
opposita brevi petiolata pellu-
civa punctata. Pedunculis
axillaribus filiformibus unifloris
supra medium bracteis 2
pubescentibus acutis. Calyx corollae
membranae 4 partibus
laciniis acuminatis. Petala
4 longissima dissimilia linearia
conserta circa Staminum
paria ex his tomentosa intus
glabra. Antheris & hypogynia
filamentis. Cilium lineari
canaliculatis membranae
albis brevioribus, antheris
sagittatis in appendice
Chylis filiformis glabris. Discus
nullus. Capsula 4 corva, villosa
filiformis, raris dissimilis?
(in var. 1 sp.) e medio carpio folio
Cili, punctibus modo supra al-
ternis propositis

Flowers green
not far from glutty-river

D. *clivata* in Cornacis geminis saepe
D. *spicosa* (Flu)

ipso dimidio breviorum et *stigmata* hemisphaerico, medio impresso, obsolete quadrilobo et subtilissime papilloso terminatum continue transiens; intus semiseptis duobus parietalibus in axi contiguis biloculatum, septis in margine utrinque loculum spectante alternatim ovuliferis, *ovulis* filo brevissimo annexis, subglobois, horizontalibus, anatropis, parallele biserialibus, circiter 8-12 in quovis loculo, plurimis abortivis. *Capsula* ovoideo-vel obovato-compressiuscula, stylo brevi terminata, sordide flava, glabra, rugosa, opaca, intus biloculata, in valvas duas dehiscens; valvis crassis, coriaceis, reflexo-patentibus, intus citrinis, verniceo-nitidis, medio semisepto incompleto in margine utrinque seminiferis. *Semina* in quovis loculo 4-6, uniseriata, subglobosa, angulato-compressa, diametro lineali, testa purpurascens, nitida, albumine carnoso albo, embryo in fundo albuminis juxta umbilicum posito, ovato, minimo, basi attenuata micropylum vix conspicuum spectante, mere celluloso.

Differt a *Pittosporo acacioides* All. *Cunningham* Mss. 1817, et in *Ann. of Nat. Hist.* IV. 109. (*P. angustifolium* *Loddiq.* Bot. Cab. t. 1859 [1832]) quod habitu illo simillimum, ramulis in hoc, foliis et pedunculis jam in statu juniore glaberrimis, foliis magis lanceolatis, utrinque concoloribus; longius petiolatis, pedunculis petiolo duplo brevioribus, floribus paulo majoribus et capsulis aurantiacis, lato-ellipticis; a *Pittosporo phillyraeoides* Dec. vero, cum in hoc folia lanceolata, breviora, duplo latiora, crassioraque, pedunculi petiolo duplo longiores, crassiores, capsulae majores aurantiacae.

3. ***Pittosporum phillyraeoides* DC.** ramis junioribus tomentoso-incanis; foliis ellipticis lanceolatisve, 1-1½ uncialibus, ad 4 lin. latis, basi in petiolum 2-3 linealem angustatis, apice cuspidato breviter mucronatis, mucronulo falcato-reflexo, planis, glaberrimis, pallide luteo-viridescens, utrinque concoloribus, coriaceis, nervo mediano tenui perductis, lateralibus obsolete, margine obtusiusculo integerrimo angustissime subrevoluto, erecto-patentibus; pedunculis axillaribus, solitariis binisve, petiolo duplo longioribus; capsulis elliptico-vel ovoideo-compressiusculis, aurantiacis, opacis, rugulosis, bi-trivalvibus pleiospermis. — DC. *Prodr.* I. 347. *Don Gen. Syst.* I. 347. All. *Cunningham* in *Ann. of Nat. Hist.* IV. 109. *Putterlick Syn. Pittosp.* 16. *Walp. Repert.* I. 254.

P. oleifolium All. *Cunningham* Mss. in sched. 1822.

Habitat in Australiae ora occidentali in arenosis aridis insulae Dirk Hartog 1802 (Lechenault); Hartog Bay 1804 (Ferd. Bauer) 1822. (All. *Cunningham*); in arenosis insulae Horstman's Abrolhos ubi a Cl. G. Moore Jan. 1840 lectum, communicatum accepit cl. Preiss. *Herb. Preiss.* No. 1294.

„*Frutex* robustus, erectus; ramosus, sexpedalis, habitu fere facie *Oleae*.“
All. *Cunningham l. c.* *Ramuli* juniores tomentoso-incani. *Folia* alternatim dissita, in ramulorum apicibus confertiora, in petiolum subius convexiusculum, supra canaliculatum angustata, juxta apicem medianum vix infra partem prominente, superne parum impressa, recentiora utrinque concolora, adulta superne brunnescentia ideoque in pagina inferiore pallidiora apparent. *Flores* lucusque ignoti. *Fructus* capsularis, elliptico-vel ovoideo-vel obovato-compressiusculus, ad 8 lineas longus, 5 lin. latus, ultra 3 lin. diametro transversali, aurantiacus, rugulosus, opacus, in valvas 2-3 dehiscens, valvis fere ultra lineam crassis, coriaceo-lignosis, patentibus-reflexis, intus aurantiacis, verniceo-nitidis, semisepto margine utrinque alternatim seminifero. *Semina* ovata vel subglobosa, angulato-compressa, diametro lineali, testa purpurascens, nitida, glaberrima. *Embryo* in fundo albuminis solidi durioris albi prope umbilicum situs, minimus, orthotropus, incompletus, mere celluloso.

Arbor ob elongum abundantiam
 segregat, pithura
~~fructu~~ ^{fructu} ~~et~~ ^{et} ~~ad~~ ^{ad} ~~oculum~~ ^{oculum}
 minus gummi largam copiam
 expulit, quod in infusione
 magis visens quam Gum Ara-
 bicum seu cetero simili ^{innocentius}
 Efectum plantae foliorum ^{partem}
 fructuumque exploratae non
 videntur explorare expiit

Fortasse salubris Schindigatione digna
 N. P. & Port. Luroth. v. var. raph. trivalv.
 X. S. anacardes! Kll. Cunningham

frutex 5-6 ped. alt. ad fluminis
 Murray ripas arenosas. Fr.
 1848. Quam fructifera. Kll. N. 26.
 Fructu maturo ^{quodam} ^{exhibet} ^{floribus} ^{et} ^{hermina}
 Arborescens gracilis, et vallis

foliis oppositis lacinatis virenti-
 bus. ⁱⁿ ^{montibus} ^{virentibus} ^{liberalibus} ^{inter} ^{fructum} ^{et} ^{hermina} ^{et} ^{hermina} ^{et} ^{hermina}
 Folia recentia ^{pyro} ^{se} ^{teratilis}
 viridia nitida amara.

Capula compressa, lobata
 apice umbonata basi vix
 dilatata ^{et} ^{fructum} ^{impressum}
 alba ^{et} ^{viridis} ^{et} ^{viridis} ^{et} ^{viridis}
 haec et mucilagine amara

illita. albumen album in ipis
^{et} ^{fructum} ^{impressum} ^{et} ^{fructum} ^{impressum}
 aqua ^{et} ^{fructum} ^{impressum} ^{et} ^{fructum} ^{impressum}
 alcohol simul colorem lacteam
 profringendis rebus aptam
 nota leuibus efficit!

Arbor ad 30". Truncus cortice fovei-
 de-fusco nigricante rugoso et ringo,
 ramorum cortex cinereo albus las-
 vis. Ramuli erecti v. adfrendentes,
 ramuli p. induli. Folia diuapula
 lonolae pallide lactea, laciniae
 apice patulis. Anthos aurae
 stigma lactea. Flores fragrantis
 vallis. Calcearis ad Enfield. Anth: Oct.

Eremotharum furm.

G. n. pinum / solitario in genere
Singulare Pittoporo proximum
videtur in hb. Stuart Pittop.
melanopseum appellari
Lutea in hb. Vehr Myoporum
obtusum vocari; Plurimum
semel non videtur!

Inclinis glareosa - arenosis
fl. Murray Monocle videtur
Stuart, Miller, Mueller!

Frutx ramis elongatis erectis
Folia vix nitentia carnulenta

S. E. myoposides fr. Mueller

in the South Australia 1857 n.

In furtivis ~~depr~~ vixt ~~frum~~
Inuson Gulf apicem & munda Plur
Arbuscula humilis vel frutx albica.
Folia naupego - amara
Anth: prima vix.

ONCOSPORUM Putterlick. Endl. gen. n. 5663.

Meisn. gen. pag. 348.

Calyx pentaphyllus, imo margiui receptaculi floris adnatus hypogyus, foliolis subaequalibus, distinctis. *Corollae petala* 5, distincta, hypogyna, calycis foliolis alterna, spatulata, in corollam campanulatum conniventia, patentia, apice reflexa, subaequalia. *Stamina* quinque, distincta, hypogyna, petalis alterna, subaequalia, in tubum conniventia; *filamentis* e basi latiore planiuscula intus caualiculata subulato-filiformibus, apice antheriferis; *antheris* ovatis, apice obtusis, baseos emarginatae dorso affixis, biloculatis, loculis appositis, superne contiguis, connectivo adnatis, inferne divergentibus, longitudinaliter introrsum deliscentibus, pollinis granulis globoso-triedris faretis, erectis, tandem rellexis. *Ovarium* stipite brevi basi glandulis 5 cum staminibus alternantibus instructo et receptaculi conici floris apice insidente liberum, elongato-ellipsoideum, cylindraco-compressiusculum, anceps, glaberrimum, basi in stipitem angustatum, lateribus planiusculis medio juxta axim sulco longitudinali impressum, apice attenuato in *stylum* teretem, filiformem, glabrum, *stigmati* simplici, convexiusculo, medio paulo impresso, subtilissime papilloso terminatum continue transiens, intus e semiseptis in axi contiguis biloculatum, septis in marginibus utrinque loculum spectantibus, parallele juxta axim decurrentibus et parum prominulis alternatim ovuliferis. *Ovula* brevissimo funiculo introrsum curvato suspensa, juxta axim dissepimenti utrinque biseriata, subglobosa, horizontalia, anatropa, 4-6 in quovis loculo, plurima abortiva. *Fructus* e receptaculo floris superstite stipite brevi suffultus, capsularis; *capsula* late ovoidea vel subglobosa, utrinque compressiuscula, basi in stipitem attenuata, lateribus planiusculis utrinque medio juxta axim sulco longitudinali impressa, marginibus obtusiusculis subanceps, apice attenuata styli basi persistente coronata, fulva, venulis fuscis reticulatim anastomosantibus elevatis obducta, glabra, opaea, tenuiter membranacea, intus biloculata, pleiosperma, maturitate loculicide ab apice ad medium semibivalvata, loculis adhuc clausis e semiseptis in axi cohaerentibus, mox septifrage, semiseptis nunc medio hiantibus, complete bivalvis, semiseptis nunc margine liberis paulo incrassatis et loculos spectantibus semiferis. *Semina* funiculo vix $\frac{1}{2}$ lineae longo, tenui, corrugato, fusco suspensa, globosa, diametro lineali, purpurascuntia, glabra, nitida, libera, 2-6 in quovis loculo; *raphe* brevi ab umbilico ad chalazam horizontaliter per quadrantem circumferentiae seminis producta, toruloso-tumida, discolor, intra testam adnata. *Embryo* in fructu albinis solidi et duri prope umbilicum propria cavitate inclusus, minimus, ovalis, basi attenuata hilum spectans, mere cellulosus.

Suffrutices Australasiae austro-occidentalis, trunco erecto, a basi ramoso; ramis erecto-patentibus, filiformibus, volubilibus; foliis alternis, indivisis, inferioribus spathulatis, argute serrato-dentatis, imo fere pinnatifide dentatis, dentibus iterum denticulatis, superioribus ellipticis, plerumque integerrimis, membranaceis, pubescentibus; pedunculis terminalibus vel rarius axillaribus, simplicibus vel bifidis; floribus speciosis, laete violaceis vel caerulescentibus.

Oncosporum Putterlick in Nov. stirp. mus. Vind. decad. II. pag. 9. Synops. Pittosp. 21. (exclusis characteribus praeter fructus.)

1. ***Oncosporum Drummondianum*** *Putterl.* ramis filiformibus, longissimis, volubilibus, patentissimo-pubescentibus, adultioribus calvis; foliis brevipetiolatis, pilis longis canescentibus patentissimis utrinque villosis, inferioribus minoribus, semiuncialibus, ad 2 lin. latis, spathulatis, apicem versus grosse serrato-dentatis, imo fere pinnatifido-dentatis, dentibus iterum denticulatis, superioribus ovalibus vel ellipticis, acutis, fere pollicaribus, ad 3 lin. latis, dente uno alterove arguto instructis, supremis lanceolatis vel oblongo-ellipticis, acutis, 1-1½ uncialibus, plerumque integerrimis, omnibus membranaceis, erecto-patentibus; pedunculis ramulos terminantibus, rarius axillaribus, simplicibus vel bifidis, patentissimo-villosis, erectis, sub anthesi nutantibus; floribus speciosis, campanulatis, subirregularibus, pallide violaceis; calycis foliolis subulatis, patentissimo-villosis, capsulis late-ovoideo-compressiusculis, utrinque sulcatis, membranaceis, pleiospermis.

Habitat in Australiae austro-occidentalis colonia Swan-River (1839 J. Drummond); in solo glareoso sterili coloniae Swan-River, 8. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1288; in interioribus continentis inter promontorium Leschenault et King George's Sound. 1843 (J. S. Roe).

Frutex bipedalis et altior, radice tereti, deorsum sensim attenuata, recta, helvola, ramulis fibrillisque paucis, longis aucta. *Truncus* cylindricus, pennae aseriniae tenuioris crassitie, semipedalis, superne sensim attenuatus, cortice ferrugineo, rugoso, glabro, nitido vestitus, ligno solido duro, albedo instructus, erectus, hinc inde flexuosus, a basi ramosus. *Rami* teretes, pennae coryinae crassitie, superne sensim attenuati, filiformes, cortice rufo, nitido, spiraliter rugoso-striato vestiti; juniores pilis tenuissimis, diametro eorum duplo longioribus, incanis, horizontaliter patentibus, praecipue apicem versus sat dense villosi, adultiores calvescentes, erecto-patentes, primum recti, tandem flexuosi et volubiles, longitudinem bipedalem et alteriorem attingentes, alternatim foliati, e foliorum axillis ramulos anodontos foliatis apice floriferos prominentes. *Folia* brevissime petiolata, in serie spirali juxta truncum, ramos ramulosque alternatim dissita; trunci *inferiora* minor, spathulata, uncialia, ad 2 lin. lata, basin versus sensim in petiolum angustata, apicem obtusiusculum vel brevissime acutum versus margine grosse serrato-dentata, imo fere pinnatifido-dentata, dentibus iterum denticulatis, plana, laete viridescens, in pagina superiore intensiora, hinc inde purpura suffusa, seupervirentia, tenuiter coriacea, annotina pilosa, adultiora calvescentia, erecto patentia; *superiora* ovalia vel elliptica, fere uncialia, ad 3 lin. lata, acuta, margine hinc inde dente uno alterove arguto instructa, plana, laete-viridescens, subtus pallidiora, utrinque pilis tenuissimis, longis, canescentibus, tandem evanescentibus villosa, membranacea, nervo mediano pallidiora tenui vix infra paululum prominente perducta, lateralibus saturatioribus anastomosantibus in pagina inferiore magis conspicuis; fere patentia; *suprema*

Pittospor. a et. (et hinc proconv. mod. aut
in polle.)

Characterus generis & specificus nimis
long., enim nullum spatium ad
inferendas species & varietates re-
linquunt. Stirps hinc memoranda
quasi medium inter genera Pit-
tosporum et Bursaria sunt
feminibus ob femina nuda
nulla pulpa viscosa involuta
ad Onocarpum ^{frabenda}

Onocarpum prostratum ^{Willd. & Aublet} ^{Willd. & Aublet}
Gerd Muller. Pittosporum
prostratum hb. N. J. II n. 135.

diffuso-procumbens, foliis ^{sub} ob-
longo-lanceolatis acutis ^{marginibus involutis}
suboppositis glabris integerrimis
v. apice paucidentatis, pedunculis
axillaribus foliis ^{limbo} nullis
brevioribus, petalis lanceolatis
sepalis pubescentibus duplo superanti-
bus, capsulis (vix maturis) orbicu-
latis emarginatis revorsis pilis
sermis

rami 1/2 - 1' longi. Fol. riv. 4-8"
lg 1-2" et, adpressis illorum Le-
ptosporum scoparii.

South Esk river, Tasn. Nov. 20. 1848.
Christine Franz Bursariae generis
genere concludendum ob ca-
lyceam fructuumque almea
diffinita. Distincta.

Species generis alia est species ^{fructu}
Onocarpum ^(Willd. & Aublet) angustifolium ^{fructu}

provincienti quae flores omnino
congruum, regis crucis athen in
vino proximis impuro a 12
Stuart accepta delicta.
Nov. Wall (austro-orientalis?) l. b. 4
N. 824.

Ad Margarit. Diosmide (Puffb.
(v. Orocoporum Diosmide) ⁱⁿ
quorum ~~apertis~~ ^{apertis} ~~notis~~ ^{notis} in
diagnosi ^{apertis} ~~notis~~ ^{notis} convenit,
differe videtur foliis duplo
brevioribus. Et non hujus
loci etiam Pronaya eri-
coides Ldl? An his libri-
obatas comparare licet?

Orocoporum (Pronaya?) Marti-
anum f. 111 in hb. 2. 960.

Hillebrandia (Margarit.) Martiana
f. 111 in litt. ad il. Soudr.
In collibus prope Port. Sorell
litoris boreali-occidentalis
Samaeae.

Ab aliis jam proxima fronte
foliis apice tridentatis distin-
gitur. Pronaya ericoidi for-
tasse proxima.
Vere!

tandem oblongo-elliptica vel lanceolata, pollicem et ultra longa, vix 2 lin. lata, acuta, integerrima, plana, membranacea, villosa, ceterum reliquis conformia, sed confertiora et erecto-patentia. *Pedunculi* in apice ramulorum annuorum axillarium et terminalium terminales, rarius e sinu foliorum axillares, solitarii, simplices vel a medio bifidi, teretes, filiformes, foliis duplo longiores, purpurascetes, pilis diametro multo longioribus horizontaliter patentibus junioribus cano-villosi, demum calvescentes, basi bracteolis subulatis, linealibus, 1-2, villosis suffulti, apicem versus in receptaculum floris sensim incrassati, erecto-patentes, sub anthesi mutantes. *Flores* speciosae, campanulatae, petalis divergentibus fere bilabiatis, semiunciales. *Calycis foliola* 5, imo margini receptaculi floris conici adnata, distincta, subulato-acuminata, bilinealia, basi latiore vix $\frac{1}{6}$ lin. lata, extus convexiuscula ibique et margine longe pilosa, intus concaviuscula, glabra, subaequalia, pallide lutea, apicem versus purpurascens, aestivatione imbricata corollae adpressa, sub anthesi patentia, persistentia. *Corollae petala* 5, hypogyna, calycis foliolis alterna, distincta, spatulata, ad 6 lin. longa, subaequalia, marginibus aestivatione imbricata, sub anthesi unguibus fere trientem petali occupantibus, lineam latis, introrsum marginibus involutis canaliculatis pallide luteolis in tubum subobliquum conniventibus, laminae ad sesquilineam latis, cuspidato-apiculatis, lacte violaceis, patentibus apice reflexo, tota venis quinque longitudinalibus parallelis, in petalis tribus superioribus sursum reflexis atris, in inferioribus duobus magis divergentibus pallidioribus, et venulis horizontalibus percursa. *Stamina* 5, petalis alterna, hypogyna, distincta, in alabastro duplo, sub anthesi triente breviora, subaequalia, tubum parum excedentia; *filamentis* e basi latiore intus sulca exarata subulato-filiformibus, glabris, albis, in tubum sursum incurvum conniventibus, apice antheriferis; *antheris* ovatis, obtusis, semilinealibus, baseos emarginatae dorso affixis, luteolis, erectis, post anthesin retrorsis, biloculatis, loculis introrsum longitudinaliter dehiscentibus; *pollinis* granulis globoso-triedris, luteolis farts. *Ovarium et fructus* jam in charactere generali exposita. *Semina* nunc in quovis loculo miserata, globosa; *raphe* a puncto insertionis funiculi seu umbilico axim capsulae versus horizontaliter per quadrantem circumferentiae seminis producta, toruloso-tumida, integumento communi seminis bicoloris obducta, intus cava, filo tenuissimo e vasorum fasciculis tela cellulosa connexis, albido, corrugato percursa. *Testa* seminis e strato cellularum cubicarum parietibus sat crassis et profundius coloratis superficiali constructa, adnata strato cellularum simplici, teneriori, hyalino albido, cum membrana interna tubuli raphes continuo, in regione chalazae placentulam vasculosam includente et nucleum ipsum undique arcte ambiente. *Nucleus* membrana obsolete cellulosa, teneriora, transparente, tandem a chalaza soluta et undique libera involutus. *Albumen* subglobosum, ad chalazam complanatum, integrum, solidum, fere corneum, coloris lactei, ad micropylum a testa retractum impressum, ibique intus cavitate ellipsoidea unilique clausa, humore repleta, vix $\frac{1}{200}$ partem albuminis consumente embryonem includens. *Embryo* in fundo cavitatis micropylum spectante sacco proprio, tenerino, pellucido inclusus, compresso-ovalis, vix $\frac{1}{400}$ lineae pernetiens, basi attenuata umbilicum spectans, apice obtuso paullulum emarginatus, coloris lactei, transparens, simplex, mere cellulosus, partibus certis nomini discernendis.

MARIANTHUS Hügel msc. Endl. gen. n. 5664.

Meisn. gen. pag. 348.

1. **Marianthus candidus** Hügel. ramis flexuosis, volubilibus, glabris, punctulato-verruculosis; ramulis erecto-patentibus, superne sericeo-incano-tomentosis, apice flori-

feris; foliis alternis, subsessilibus, inferioribus rameis late ellipticis, bipollicaribus et ultra, ad $\frac{2}{3}$ pollicis latis, superioribus oblongo-ellipticis, angustioribus, omnibus margine revoluta integerrimis, pallide viridescentibus, subtus pallidioribus, pilis adpressis pubescentibus, supra glabris, opacis, coriaceis, erecto-patentibus, sempervirentibus; pedunculis terminalibus, folio multo longioribus, teretibus, sat crassis, pilis adpressis sericeo-incanis, erectis, rectis, superne alternatim ramosis, ramulis bracteatis, rectis, trichotomis, in cymam multifloram (50-100-floram), dispositis; floribus speciosis, 7-8-linealibus, campanulatis, erectis; calycis foliosis subulato-acuminatis, purpuraseentibus, pubescentibus; petalis candidis, ungue purpuraseente; antheris caeruleis; capsulis

Marianthus candidus Hügel msc. Endl. Enum. pl. Hügel pag. 8. Putterlick Synops. Pittosp. 22.

In Australia austro-occidentali ad fluvium Cygnorum (Dec. 1833. L. B. ab Hügel); in Colonia Swan-River (Dec. 1837. J. Drummond, n. 82.) in arenosis sylvae prope oppidum Perth Nov. 1839. L. Preiss. Herb. Preiss. No. 1285.

Frutex robustus, scandens, 6-10 pedalis, floribus innumeris ubicunque onustus, elegantissimus.

2. ***Marianthus coeruleo-punctatus*** Klotz. ramis erecto-patentibus, volubilibus, pubescentibus, apice floriferis; foliis brevipetiolatis, inferioribus spathulatis, bipollicaribus, $\frac{3}{4}$ pollicem latis, brevissime acutis, grosse serratodentatis aut pinnatisectis, superioribus oblongo-ellipticis, utrinque longe attenuatis, $1\frac{3}{4}$ pollicaribus, 7-2 lin. latis, integerrimis, pubescentibus, tandem calvis, erecto-patentibus; pedunculis in apice ramulorum terminalibus, solitariis, teretibus, folio supremo plus duplo longioribus, junioribus pilis adpressis sericeo-pubescentibus, fructiferis calvescentibus, erectis, rectis, superne alternatim ramosis, ramulis basi bracteatis erecto-patentibus, rectis, simplicibus vel superne trichotomis, imo iterum divisis, pedicellis basi bracteatis in cymam multifloram (12-36-floram) dispositis, teretibus, superne in receptaculum floris sensim ampliatis, pilis adpressis sericeo-incanis, sub anthesi nutantibus, fructiferis erectis; floribus speciosis, ad 9 linealibus, divergenti-campanulatis; calycis foliolis subulato-acuminatis, viridibus, interdum apice purpuraseentibus, sericeo-pubescentibus; corollae petalis longe spathulatis, subaequalibus, laete violaceo-caeruleis, superioribus tribus sursum reflexis in ungue candido caeruleo-punctatis, inferioribus duobus divergentibus reclinatis coneoloribus; staminibus post anthesin reclinatis, antheris caeruleis; capsulis oblongo-ovalibus, cylindraceo-compressiusculis, toruloso-elevatis, membranaceis, bilocularibus, bivalvibus, polyspermis, seminibus in quovis loco biserialis 10-24, purpuraseentibus. — Klotzsch

Hillebrandia, n. g. fuit Mueller.

huicque cum Thebalia confusum
~~est proximum~~, pro ut tamen de-
finitur: antheris ~~versatilibus~~ glandu-
dula defixis ^{calyce dentato} & ~~capitis~~ ^{capitis} ~~disjunctis~~
plana at in Eriophrone liberis;
ab ~~xxx~~ ultimo differt antheris
in appendiculatis, denique a
Chorilana Pylo simplicis, &
stigmatibus integro mixto &
calyce haud manifeste abste-
ato. ~~ultima nota Chorilanae~~
~~hoc ultimo signo Hillebrandia~~
capitata (Thebalium capitatum
fuit mu. surr. antea in hb.) Chorilanae
convenit igitur ^{quam} quodum species
posteriori ~~consideranda~~, utriusque
fructus tamen novum reputat
pervenit.

Hillebrandia stapfalasia &
affinua (Eriophrone squamea
Theb. Lab., Thebalium Willardiorii
Ado. Juss.) ~~plura~~ obolitippium bra-
vitate sunt. Theb. Thebali &
Eriophrone Thebes in Hillebran-
diae genus transfundat. An idem
genus quam Haezlicke. An huius
non nisi nomine innotuit?

in Leon. plant. rar. h. b. Berol. I. 28. t. 12. Walp. Re-
pert. I. 256.

In Australiæ anstro-occidentalis colonia Swan-River (Dec. 1839. J. Drum-
mond); 1840. L. Preiss. Herb. Preiss. sine Num.

Frutex 4-6 pedalis, ramis copiosissimis, longissimis, volubilibus, pubescentibus, saepissime in aliis plantis scandens. — *Fructus* in pedicellis erectis rectus, in receptaculo floris superstite stîpite brevissimo insidens, capsularis. *Capsula* oblongo-ovalis, cylindraceo-compressiuscula, basi in stîpite attenuata, faciebus planioribus medio juxta axim sulco longitudinali impressa, parietibus juxta sulcum utrinque e seminibus incrassatis torulosa, angulis obtusiusculis medio juxta longitudinem sutura valvarum decurrente subanceps, apice rotundata subemarginata, in emarginatura styli basi persistente coronata, pallide virescenti-flava, glabra, nitida, tenuissime membranacea, intus e semiseptis in axi contiguis biloculata, localis polysperma, tandem loculicide et septifrage rupta bivalvis, valvis patentibus apice parum reflexis, in semiseptorum nunc liberorum marginibus prominulis loculum utrinque spectantibus alternatim seminiferis. *Semina* in quovis loculo biseriata, alternatim mox ex uno, mox ex altero margine septi egredientia, funiculo brevissimo vix $\frac{1}{6}$ lin. longo, corrugato, fusco suspensa, globosa, diametro lineali, purpurescentia, laevia, nitida, 12-16 in quovis loculo. *Raphe* brevi ab umbilico axim capsulae versus horizontaliter per quadrantem circumferentiae seminis producta, toruloso-tumida, integumento communi seminis concolore obducta, intus cava, filo tenuissimo e fasciculis vasorum tela cellulosa connexis albido, corrugato perducta, ad chalazam in placentulam orbicularem vasis pertexam ampliata. *Testa* seminis e strato cellularum crassarum intensius coloratarum simplici superficiali, adnato strato inferiore e cellularis tenuioribus albido, transparente. *Nucleus* membrana tenerrima transparente, tandem a chalaza soluta involutus. *Albumen* subglobosum, ad chalazam complanatum integrum, solidum, sat durum, fere corneum, coloris lactei, ad micropylum parum impressum, intus cavitatem ellipsoideam, vix $\frac{1}{200}$ albuminis consistentem, undique clausam et embryonem includentem continens. *Embryo* in fundo cavitatis situs, sacculo proprio tenerrimo pelucido inclusus, ovalis, complanatus vix $\frac{1}{100}$ lineae permeiens, basi attenuata hilum spectans, apice obtuso, coloris candidi, simplex, mere cellulosus.

3. **Marianthus erubescens** *Pultert.* ramis volubilibus glabris; foliis petiotalis, inferioribus lato-ellipticis, bipollicaribus, ultra pollicem latis, superioribus oblongo-ellipticis, aequilongis, angustioribus, apice cuspidato brevissime apiculatis, margine integerrimo subrevolutis, planis, laete viridescentibus, subtus pallidioribus, glabris, coriaceis, erecto-patentibus; pedunculis e ramulorum lateralium vel foliorum axillis solitariis, imo haud raro binis superpositis, teretibus, folio brevioribus, purpurascens, glabris, erecto-patentibus, superne di-trichotomis, pedicellis basi bracteatis, sub anthesi nutantibus; floribus speciosis, fere pollicaribus, campanulatis, irregularibus, nutantibus; calycis foliolis ovatis, acutis, dorso glabris, purpurascens, margine pallido subtilissime ciliolatis; petalis longe spatulatis, intense purpureis, intus in ugue candidis, subaequalibus, superioribus tribus sursum reflexis, inferioribus duobus magis distantibus reclinatis; antheris flavis; capsulis oblongo-ellipticis, utrinque compressiusculis, longitudinaliter juxta axim sulco impressis, aucipitibus, membranaceis, coloris testa-

cei, venis saturatoribus anastomosantibus pictis, bilocularibus, loculis polyspermis (16-24); seminibus utrinque in loculis biseriatis, purpurascens. — Putterlick in Nov. Stirp. Mus. Vind. decad. VII. pag. 60 n. 69. Synops. Pittospor. 23. Walpers Repert. I. 256.

Habitat in Australiac austro-occidentalis colonia Swan-River (Dec. 1839. J. S. Roe) ibidem (Dec. 1839. J. Drummond, collect. n. 78); in solo glareoso sterili ad Eucalyptos fruticosos scandens, prope Wicklow. 9. Nov. 1840. L. Preiss. Herb. Preiss. No. 1292.

Frutex scandens, 4-6 pedalis, floribus intense purpureis, in genere lucisque maximis, inter folia laete viridia sparsis, ad aspectum eximius.

4. **Marianthus pictus** Lindl. ramis ramulisque erecto-patentibus, flexuosis, glabris, nitidis; foliis inferioribus obovatis, 6-8 linealibus, 4 lin. latis, basin versus in petiolum brevissimum angustatis, apice rotundatis, obtusis, e nervo mediano parum excedente brevissime apiculatis, margine integerrimis, superioribus brevi-petiolatis, ellipticis, apice acutis, margine hinc inde argute serrato-dentatis, omnibus marginibus angustissime revolutis, laete virescentibus, infra pallidioribus, rore glaucescente praecipue infra obductis, planis, glabris, opacis, erecto-patentibus; pedunculis in apice ramulorum annuorum terminalibus vel e sinu foliorum supremorum axillaribus, teretibus, filiformibus, semipollicaribus, rufis, glabris, erecto-patentibus, apice alternatim ramulosis in cymam paucifloram, (3-6 florum) dispositis; floribus speciosis, 6 linealibus, irregularibus, fere bilabiatis, nutantibus; capsulis oblongo-ellipsoideis, cylindraceo-compressiusculis, medio utrinque juxta axim sulco longitudinali impressis, membranaceis, bilocularibus, loculis polyspermis; seminibus in quovis loculo 12-16, uniseriatis, purpurascens. — Lindley in Append. to Bot. Reg. 1839 in notis pag. XXII. n. 93. Walpers Repert. I. 256.

Oncosporum bicolor Putterlick in Nov. stirp. Mus. Vind. decad. II. pag. 9. Synops Pittosp. 21. (exclusa descriptione fructus) Walpers Repert. I. 256.

Habitat in Australiac austro-occidentalis colonia Swan-River (Jan. 1834. L. B. ab Hügel); Dec. 1837. (J. Drummond); in districtibus York, Wicklow, Victoria, etc. 1840. L. Preiss. Herb. Preiss. No. 1286.

Frutex 2-3 pedalis, a basi ramosus, ramis cylindricis, penulae anserinae crassitie, sursum sensim tenuioribus, pedalibus et longioribus, cortice ferrugineo e laminis tenuissimis epidermidis hinc inde solutae cinerascens vestitis, erecto-patentibus, erectis, strictis, undique alternatim ramosis, ramulis teretibus, filiformibus, flexuosis, purpurascens, opacis, inferioribus longioribus, erecto-patentibus, fere fastigiatis, alternatim dissite foliatis, apice floriferis. *Folia* solitaria, inferiora obovata, 6-8 linealia, ad 4 lin. lata, basin versus sensim in petiolum brevissimum angustata, apice rotundata, obtusa, e nervo mediano parum excedente brevissime apiculata, fusco-virentia, infra pallidiora, rore glauco obducta; superiora elliptico-obovata vel elliptica, pollicaria, ad semunciam lata, basi in petiolum 1-2 linealem supra canaliculatum subtus convexiusculum angustata, apice acuto imo in supremis cuspidato apiculato hinc inde argute serrato-dentatis, omnibus

marginibus angustissime revolutis, nervo mediano infra basi versus parum prominulo pallidiorē perducta, lateralibus obsolete, pallide viridescētia, infra pallidiora, utrinque sed infra evidentius rore glaucescente obducta, plana. juniora pilis brevibus consita, adulta glabra, opaca, erecto-patentia persistentia. *Pedunculū* in apice ramulorum annuoflorum terminalis vel e sim foliorum supremorum axillares, teretes, filiformes, semipollicares, purpurascētes, glabri, erecto-patentes, superne alternatim ramosi, *pedicellis* 3-6, teretibus, filiformibus, circiter 4 linealibus, viridibus, glaberrimis, basi bracteola minima, ovata, acuta, vix $\frac{1}{4}$ lineali, caducissima stipitis, superius cicatrice una alterave instructis in cymam paucifloram dispositis. *Flores* speciosi, sexlineales, campanulati, petalis fere bilabiatis divergentibus, subaequalibus, irregulares sub anthesi mutantes. *Calycis foliola* 5, margini extimo receptaculi concavi floris inserta, distincta, ovata, $\frac{2}{3}$ lin. longa, vix $\frac{1}{2}$ lin. lata, acuta, dorso convexiusculo purpurascētia, intus cava, albidā, glabra, aequalia, in alabastro marginibus imbricata, sub anthesi corollae adpressa, demum decidua. *Corollae petala* 5, hypogyna, calycis foliolis alterna, distincta, spatulata, superiora tria 5 linealia, inferiora duplo paulo longiora, fere 7 linealia, ad unguem vix trientem longitudinis attingentem fere lineam lata, superne in laminam duas lineas latam obovatam, apice rotundatam brevissime apiculatam desinentia, aestivatione marginibus imbricatim sese tegentia, sub anthesi unguibus, marginibus parum involutis canaliculatis in tubum sursum incurvum conniventia, laminis patentibus apice relexo, tria superiora sursum recurvata, duo inferiora magis distantia reclinata, in basi unguis glandula luteola instructa, ceterum candida, in pagina exteriori et suprema parte laminae luteola, venis quoque parallelis purpureis, tribus intermediis latioribus longitudinaliter percursa, in unguibus trium superiorum inter venas purpureo-punctatis, plana, glaberrima. *Stamina* 5, hypogyna, petalis alterna, distincta, subaequalia, in alabastro petalis duplo, sub anthesi triente breviora, in tubum sursum incurvum conniventia, apice divergentia, demum divaricata et deorsum reclinata; *filamentis* subulatis, e basi latiore complanata, dorso convexiuscula intus canaliculata sensim filiformibus, albidis, apice antheriferis; *antheris* ovatis, semilinealibus, apice obtusis, integris, bascos emarginatae dorso filamento affixis, luteis, erectis, post anthesin retrorsis, bilocentis, loculis appositis, superne contiguis connectivo adnatis, inferne subdivergentibus, longitudinaliter introrsum dehiscētib; pollinis granulis globoso-triedris, luteolis, glabris fatis. *Ovarium* basi stipite brevissimo glandulis quinque cum staminibus alternantibus instructo subsesside, liberum, longe ellipsoideum, cylindraceo-compressiusculum, bilineale, in faciebus planiusculis medio juxta axim longitudinaliter sulco impressum, angulis convexiusculis, acutiusculis anceps, glabrum, basi rotundatum, apice parum attenuato in *stylum* teretem, filiformem, germinis fere longitudinem attingentem et stamina vix superantem, una cum ovario sursum paulo incurvum, glabrum, apice *stigmatē* oblique depresso simplicissimo terminatum continue transiens; intus e semiseptis parietalibus in axi contiguis biloculatum, septis in marginibus utrinque loculum spectantibus parum prominulis, et juxta axim decurrentibus alteratim oviferis. *Ovula* funiculo brevissimo introrsum curvato suspensa, subglobosa, basi cordato-emarginata, prominentia una umbilicali funiculo affixa, altera ad latus extrorsum prope umbilicem micropylen aperiente, anatropa, utrinque in loco miserata, horizontalia, 12-16. *Fructus* stipite brevissimo e receptaculo floris superstitē suffultus, capsularis, mutans. *Capsula* longe ovoidea vel ellipsoidea, cylindraceo-compressiuscula, in faciebus planioribus medio juxta axim sulco longitudinali impressa, angulis obtusiusculis fere anceps, basi rotundato-cordiformi, apice styli basi persistente coronata, glabra, coriaceo-membranacea, olivaceo-spadicea, nitida, intus biloculata, polysperma, maturitate, primo loculicide ab apice ad medium semi-bivalvata tandem septifraga complete bivalvis, valvis in semiseptorum nunc hiantium et marginalium marginibus introrsum prominulis cymum loculorum spectantibus utrinque seminiferis. *Semina* funiculo vix $\frac{1}{4}$ lineali corrugato suspensa, subglobosa, mutua pressione angulata, diametro lineali, purpurascētia, laevia,

nitida, raphe brevi ab umbilico axim capsulae versus horizontaliter per quadrantem circumferentiae semis producta, parum tumida, integumento communi seminis concolori obducta, intus cava, fasciolum vasorum tela cellulosa continentium in filum tenuissimum corrugatum includente, ad chalazam in placentulam orbicularem vasis perextam ampliata. Integumentum commune seminis sive *testa* e strato cellularum crassarum simplici, coloris profunde umbrini, tenerum, opacum, sat durum, adnatum strato cellularum teneriore, transparente, pallidi coloris. *Nucleus* membrana tenerima, transparente, tandem a chalaza soluta involutus. *Albumen* subglobosum, ad chalazam complanatum, integrum, solidum, durum, corneum, coloris lactei, ad micropylum parum impressum, intus cavitatem ellipsoideam, vix $\frac{1}{200}$ albuminis consumentem, undique clausam et embryonem includentem continens. *Embryo* in fundo cavitatis situs, sacco proprio tenerissimo pelucido inclusus, ovalis, complanatus, vix $\frac{1}{600}$ lineae permiens, basi attenuata micropylum versus umbilicum spectans, apice obtuso, coloris lactei, simplex, mere cellulosus.

Bronaya angustifolia Lehmann.

5. ~~*Marianthus angustifolius*~~ *Putterl.* ramis erecto-patentibus, rectis, virgatis, plus minus fastigiatis, glaberrimis, foliosis; foliis subsessilibus, fere linearibus, $1-1\frac{1}{2}$ uncialibus, latioribus ad 2 lin. latis, a medio basin versus sensim angustatis, superne marginibus parallelis apice brevissime acuto, apiculatis, integerrimis, planis, laete viridescentibus, infra pallidioribus, glaucescenti-nitentibus, glabris, erecto-patentibus, pedunculis ramulos annotinos continue terminantibus, solitariis, folia suprema superantibus, filiformibus viridescentibus, glabris erectis, superne cymoso-ramosis, paucifloris; pedicellis simplicibus, bifidisve, erectis, floribus speciosis, 5 linealibus, campanulatis; calycis foliolis subulato-acuminatis, dorso pubescentibus; petalis violaceo-coeruleis, ungue saturatiore; fructibus

Habitat in Australiae austro-occidentalis Colonia Swan-River (Nov. 1840. (Drummond) 1839. L. Preiss. Herb. Preiss. No. 1287.

Suppetunt specimen tria, nonni tantum suprema radice de fractae parte adhuc instructum, *trunco* cylindrico, bipedali et altiore, inferne vix penna corvina crassiore, superius sensim attenuato, cortice rufescente, longitudinaliter rugoso, nitido, in ramulis pallidioribus vestito, ligno denso, duro, albedo praedito. *Rami* ex axillis foliorum persistentium jam a basi, vix pollicem ultra radice initium, egredientes, inferiores distantia circa pollicem alternatim dissiti, superiores sensim magis approximati, pedales et longiores, plurimi apicem trunci attingentes, filo emporético vix crassiores, plerumque simplices, rarius inferiores apicem versus ramulosi, erecto-patentes, superiores fere cum trunco erecti, stricti, virgati, a basi foliosi, apice floriferi. *Folia* solitaria, alternatim in ambitu ramorum dissita, subsessilia, fere linearia, $1-1\frac{1}{2}$ uncialia, ad 2 lin. lata, superiora angustiora, a medio versus basin sensim angustata, superne marginibus integerrimis parallelis apice brevissime cuspidato apiculata, apiculo plus minusve oblique recurvo, plana, margine paulo crassiore obtusiusculo tenuissime marginata, nervo mediano pallidioribus infra in basi paulo prominente perducta, venulis lateralibus horizontalibus et anastomosantibus nonnisi in foliis adultioribus conspicuis intra marginem arcuatum comexis, laete viridia, subtus pallidiora, glaucescenti-nitentia, sempervirentia, glaberrima, erecto-patentia. *Pedunculi* ramulos annotinos continue terminantes, solitarii, teretes, folia suprema plerumque superantes, erecti, sparsim pilosi, superne cymoso-ramosi. pe-

dicellis 4-6 linealibus, filiformibus, longitudinaliter sulcatis, adpresse pilosis, erecto-patentibus, basi bracteola subulata vix lineali pubescente suffultis, apice in receptaculum floris paulo ampliatis, simplicibus vel superioribus bi-trifidis, ramulis bracteola conformi suffultis. *Flores* campanulati, 5 lineales, erecti. *Calycis foliola* 5, hypogyna, distincta, margini extimo receptaculi floris conici adnata, e basi ovata subulato-acuminata, sesquilinealia, basi latiore $\frac{1}{3}$ lin. lata, dorso convexiuscula, ibique et marginibus pilosa, aestivatione marginibus imbricata, sub anthesi patetia, persistentia. *Corollae petala* 5, hypogyna, calycis foliolis alterna, in receptaculo superius adnata, distincta, spatulata, 5 linealia, aestivatione convoluta-imbricata, sub anthesi unguibus $\frac{1}{2}$ lin. latis marginibus involutis caualiculatis, vix trientem petali attingentibus, intense violaceis in tubum conniventibus, lamina $1\frac{1}{2}$ lin. latis, obovatis, planis, apice brevissime cuspidato apiculatis, patentibus apice reflexo, laete violaceis, una cum ungue venis 3 saturatoribus parallele longitudinalibus, et venulis horizontalibus praecipue marginem versus anastomosantibus perductis. *Stamina* 5, hypogyna, petalis alterna, distincta, in alabastra petalis dimidio breviora, sub anthesi $\frac{2}{3}$ petalorum attingentia, tubum floris superantia; *filamentis* subulatis, intus extusque caualiculatis, tetrapteris, albidis, reetis, post anthesin paulo extrorsum curvatis, apice antheriferis; *antheris* ovatis, obtusis, luteolis, baseos emarginatae dorsa affixis, intus biloculatis, laenilis superne contiguis, connectivo adnatis, inferne parum distantibus, longitudinaliter introrsum dehiscentibus; *pollinis granulis* globoso-triedris, luteolis farctis. *Ovarium* stipite brevissimo glandulis 5 cum staminibus alternantibus instructo apice coni receptaculi floris insidens, longe ellipsoideo-compressiusculum, lateribus convexiusculis medio juxta axim impressum, obtuse anceps, glabrum, superne in *stylum* teretem, filiformem, ovario dimidio breviorum, et stamina aequantum, glabrum, apice *stigmatate* obtuse bilobo papilloso terminatum continue transiens; intus biloculatum e semiseptis in axi contiguis et marginibus utrinque loculum spectantibus duplicatis alternatim ovuliferis. *Ovula* funiculo brevissimo extrorsum curvato suspensa. subglobosa, horizontalia, anatropa, micropyle ad latus externum prope umbilicem aperta, miserabilia, 8-10 in quavis loculo. *Fructus*

CHEIRANTHERA All. Cunningh. Meisn. gen.
pag. 66. (48.) Endl. gen. n. 5665.

1. **Cheiranthera? Preissiana** Putterl. ramis filiformibus, flexuosis, volubilibus, junioribus pilis canis deorsum directis dense pubescentibus; foliis alternis, brevissime petiolatis, ovatis vel ovalibus vel oblongo-ovalibus, utrinque rotundatis, apice praeterea emarginatis, planis, margine integerrimo revolutis, utrinque pilis canis patentibus dense villosulis, junioribus in axillis adultiorum fasciculatis, erecto-patentibus; pedunculis ex axillis ramulorum et foliorum axillaribus et ex apice ramulorum annotinorum terminalibus, filiformibus, foliis multo longioribus, simplicibus, junioribus patentibus-pilosis, adultis calvis; floribus ; ovario longe-ellipsoideo, cylindraceo-compressiusculo, basi in stipitem brevissimum, receptaculo floris superstitente insidentem contracto, faciebus planiusculis medio juxta axim sulco longitudinali impresso, angulis obtusiusculis subancipiti, glabro, apice in stylum teretem, filiformem, sursum incurvum, stigmatate obtuso, truncato terminatum continue transiente. intus

biloculato, loculis multi-ovulatis (12-16), ovulis in loculo uniseriatis; fructibus

In Australiae austro-orientalis rupestribus montis Currie prope oppidum York, die 15. Aprilii 1840. Herb. Preiss. No. 1291.

Planta deficientibus floribus et fructibus ex ovarii muci foecundati, parum evoluti, solummodo superstitis et ovulorum constructione certe Pittosporoarum familiae civis, quoad genus quidem dubia; at haliitu universali et reliquorum partium conformatione cum duabus speciebus novis, exacte *Cheirantherae* generis, ab J. Drummondio 1839 floriferis et fructiferis in eadem colonia collectis, etiam inflorescentia et ovarii constructione quam maxime congruens, et cum nullo alio Pittosporoarum genera, excepto forsitan genere *Billardiera*, quod vero ovariorum constructione et fructibus pendulis, non erectis, recedit, magis convenit.

Fruticuli 4-6 pedalis, in vicinis plantis lubenter scandentis, ramulos video teretes, adultiores vix penna corvina crassiores, plurimos filium emporiticum crassitie vix superantes, longissimos, tripedales et longiores, flexuosos, volubiles, cortice laete ferrugineo, spiraliter rugoso-striato, glabro, laevi, nitido vestiti, superius epidermide tenuissime membranacea, pilis mollibus, canis, deorsum directis obsita et hinc inde a cortice soluta, sed ramulos adhuc interruptim amplectente instructos, superne epidermide adhuc integra et pilis mollibus, canescentibus, deorsum directis densissime canovillosos, foliis alternatis, basi distantia circiter bipollicari, superius sensim decrescente, dissilis, apicem versus in axillis ramorum fasciculatis. *Folia* brevissimo petiolo infra convexiusculo, supra canaliculato patenti-villoso insidentia, ovata, ovalia, vel oblongo-ovalia, 3-4 linealia usque pollicaria, 2-6 lin. lata, plana, utrinque rotundata, apice praeterea acute emarginata, margine integerrimo revoluta, in sicco convoluta, laete luteo-viridescencia, subtus pallidiora, utrinque pilis mollibus, canis patentissimis, praecipue juniora dense incano-villosa, patentia vel erecto-patentia, persistentia. *Ramuli* ex axillis foliorum egredientes, e gemma, bracteis minimis ovatis, acutis, dorso convexiusculis margineque breviter pilosis, intus cavis glaberrimis, primo marginibus sese imbricatim tequentibus, conniventibus, serius patentibus, et primo in sinu pedunculum unum alterumve ima basi bracteolis 1-2, minimis suffultum exserens, tandem in ramulum foliferum, ex axillis foliorum hinc inde iterum pedunculum solitarium emittentem, et apice in pedunculum solitarium terminante proveniunt. *Pedunculi* simplices, teretes, filiformes, foliis multo longiores, 1-2 pollicares, apicem versus in receptaculum floris sensim ampliati, pilis mollibus, canis horizontaliter-patentibus dense incano-villoso, adulti calvescentes, erecto-patentes, recti vel apice parum nutantes. *Flores et fructus* omnes delapsi. *Ovarium* foecundatum unicum superstes, basi attenuata in receptaculo floris superstite, convexiusculo et medio impresso fere subsessile, longe ellipsoidem, cylindraceo-compressiusculum, 4 lineale, diametro latiore transversali $\frac{2}{3}$ lin., angustiore $\frac{1}{3}$ lin. latum, in faciebus planiusculis medio juxta axim sulco longitudinali impressum, parum inclinatum, angulis exterioribus obtusiusculis stria suturali medio longitudinaliter insignitis fere aneeps, glabram, apice attenuato in stylum teretem, filiformem, sursum tenuiorem, ovario fere duplo breviorum, lateribus utrinque sulco ex ovario continue decurrente exaratum, apice stigmatibus obtuse convexiusculo, obsolete bilobo terminatum, glabrum, parum inclinatum, persistentem continue transiens; intus e semiseptis in axi contiguis et cohaerentibus biloculatum, loculis multiovulatis. *Ovula* in marginibus semiseptorum juxta axim capsulae contiguae parallele decurrentibus et in loculos utrinque prominentibus funiculo brevissimo, albedo, corrugato alternatis, mox ex uno mox ex altero margine egrediente suspensa, subglobosa, diametro seminilineali, mutua pressione angulato, basi emarginato-cordata, torulo uno umbilicali funiculo adhaerentia, altero micropyleu prope umbilicum ad latus externum constituite; *raphe* ab umbilico introrsum horizontaliter per quadrantem circumferentiae ovuli producta, parum tumida, testa communi obducta, in

regione chalazae paulo ampliata; intus nuclei loco in cavo sacculum albidum corrugatum, chalazae adhaerentem et contractum includentia.

SOLLYA Lindl. Meisn. gen. pag. 66. (47.)

Endl. gen. n. 5666.

Billardierae spec. Labillardiere.

Labillardierae spec. Roem. et Schult.

1. **Sollya heterophylla** Lindl. Suffrutex 2-4 pedalis, ramulis volubilibus; foliis alternis, oblongo-ellipticis, primariis serrato-dentatis, serioribus integerrimis, supremis linearibus; pedunculis solitariis in ramulis annotinis ex axi foliorum supremorum axillares vel terminales superne in cymam 5-9 floram divisis; floribus nutantibus, coeruleis; fructibus longe cylindraccis baccatis pendulis. — Lindl. Bot. Reg. 1831. t. 1466. Don in Sweet Flow. Gard. t. 232. Loddiges Bot. Cab. t. 1795. Hooker in Bot. Mag. t. 3523. Endl. Enum. pl. Hügel. pag. 9. Putterliok Synops. Pittosp. 25.

Sollya angustifolia Lindley in Bot. Reg. 1831. sub n. 1446. et 1840. n. 3. n. 1466.

Sollya linearis Lindley in Bot. Reg. 1840. t. 3.

Billardiera fusiformis Labillardiere Nov. Holl. pl. spec. I. 65. t. 90. Dryander in Ann. of Botany II. 515. Decand. Prodr. I. 345. Spreng. Syst. veg. I. 792. Don. Gen. Syst. 373. Confr. Hook in Comp. to the Bot. Mag. II. 63.

Labillardiera fusiformis Roem. et Schult. Syst. veg. V. 330.

Creseit in Australiae insulae Van Diemen, (Jan. 1793. Labillardiere! ex sched. specim. authent.) Dec. 1804. (Ferd. Bauer) in Australiae ora orientali prope Sydney, Illawara (Dec. Jan. 1803 Ferd. Bauer); (1833. L. B. ab Hügel); in ora austro-occidentali ad sinum regis Georgii (1822 All. Cunningham, Baxter, 1833. L. B. ab Hügel); in colonia Swan-River prope Freemantle (Jan. 1834. L. B. ab Hügel); (1839. J. Drummond); in calcareis declivium montis Baldhead, 16. Oct. 1840. L. Preiss. Herb. Preiss. No. 1289; in interioribus continentis a promontorio Leschenault ad King George's Sound (1842. J. S. Roe).

PRONAYA Hügel. Endl. gen. n. 5667.

Meisn. gen. pag. 348.

Spiranthera Hooker in Bot. Mag. sub n. 2523, non A. St. Hilaire.

Campylanthera Hooker Icon. pl. I. 82, non Schott.

Billardiera spec. Decand. Prodr. I. 345.

1. **Pronaya elegans** Hügel. ramis erecto-patentibus, volubilibus, junioribus pilis erectis adpressis incano-pubescentibus; foliis brevipetiolatis, lanceolatis vel oblongo-lanceo-

latis, sesquipollicaribus, ad 4 lin. latis, breviter cuspidatis, superioribus brevioribus et angustioribus, planis, margine integerrimo revolutis, laete viridescens, subtus concoloribus, junioribus subtus pilis canis adpressis sparse pilosis, supra glabris, adultis calvis, erecto-patentibus; pedunculis terminalibus erectis, brevissimis, vix interdum semipollicaribus, superne alternatim ramosis et una cum ramulis simplicibus vel bi-trifidis basi bracteatis in cymam multifloram vix folia superantem dispositis, pilis adpressis sericeo-incanis; floribus campanulato-patentibus, 5 linealibus, erectis; calycis foliolis subulatis, laete viridibus pilis adpressis sericeo-pubescentibus; petalis spathulatis ungue brevi angustioribus, lamina latiora acuminatis, intense violaceo-caeruleis; antheris sagittiformibus, post anthesin spiraliter revolutis; fructu baccato, oblongo-cylindraceo, fusco-virescente. — Hügel in Bot. Archiv. 6. Endl. Enum. pl. Hügel 9. Putterlick Synops. Pittosp. 26. Walpers Repertorium 257.

Spiranthera Fraseri Hooker in Bot. Mag. sub n. 2523.

Campylanthera Fraseri Hooker Icon. pl. I. tab. 82.

Habitat in Australiae austro-occidentalis colonia Swan-River (Fraser; 1833. L. B. ab Hügel; 1839. Drummond); in arenosis sylvae prope oppidum Perth, 20. Jan. 1840. L. Preiss. Herb. Preiss. No. 1284.

Frutex 2-3 pedalis, ramis volubilibus in vicinis plantis scandens; *floribus* speciosis, intense violaceo-coeruleis onustus.

2. **Pronaya Hügeliana** Putterl. ramis erecto-patentibus, longissimis, volubilibus, apicem versus confertim foliatis, junioribus pilis deorsum adpressis pubescentibus; foliis subsessilibus vel brevissime petiolatis, inferioribus spathulatis vel obovatis vel ovalibus, obtusiusculis, semipollicaribus usque pollicaribus, 2-3 lin. latis, margine hinc inde denticulatis, superioribus lanceolatis vel oblongo-lanceolatis, sesquipollicaribus, apicem versus longitudine decreascentibus, 2-3 lin. latis, integerrimis, omnibus margine tenuissime revolutis, secus planiusculis, obscure viridibus, subtus pallidioribus et pilis longis, canis villosulis, supra pilis brevibus strictis tuberculo insidentibus pilosis, erecto-patentibus; pedunculis in ramulis terminalibus, et in ramulis lateralibus foliatis ex axillis foliorum superiorum emergentibus terminalibus, subsessilibus, vel brevissimis vix 1-2 linealibus, superne ramosis, ramulis bi-trifidis in cyma densifloram, multifloram, (10-24-floram,) folia vix superantem congestis, dense villosis; floribus campanulato-patentibus, 5 linealibus, erectis; calycis foliolis subulato-acuminatis, dorso purpurascens, dense villosis; corollae petalis spathulatis, lamina latiore acuminato-apiculatis, laete caeruleis; antheris ovatis, post anthesin apice reflexis; fructu baccato, sicco, obovato-cylindraceo, utrinque compressiusculo, rugoso, fusco-viridi.

Violariaceae, DeCandolle.

Viola L. sp.

1. *Leos. Noninium fries & arborescens*

Viola longifolia ~~garden~~ in the S. 1857. N. 127.

1. *Largeflorosa* ~~fr. Mull.~~
pubescentia, ramis, ramis glabris angu-
latis, angulis e basi foliorum decur-
rentibus, facies canaliculata linearibus
hamato mucronatis glabris, stipulis
pubescentibus minimis, nervis axillari-
bus terminalibusve paucifloris ag-
gregatis subserratis; stigma in
rostellum reflexum attenuata! Fr. 10.

fruticosa, ramis, ramis glabris angu-
latis, angulis e basi foliorum decur-
rentibus, facies canaliculata linearibus
hamato mucronatis glabris, stipulis
pubescentibus minimis, nervis axillari-
bus terminalibusve paucifloris ag-
gregatis subserratis; stigma in
rostellum reflexum attenuata! Fr. 10.

Ad rivulum fourth creek. Nabr. 1848.
Hb. St. (juniorum) 37. (Linnaea globosa
magnitudine variandi! Lusco nigra ad-
reocula albi da.) In lateris per nullis non tauris praesentibus
habet fruticosa ramis angulatis, ramis glabris angu-
latis, angulis e basi foliorum decur-
rentibus, facies canaliculata linearibus
hamato mucronatis glabris, stipulis
pubescentibus minimis, nervis axillari-
bus terminalibusve paucifloris ag-
gregatis subserratis; stigma in
rostellum reflexum attenuata! Fr. 10.

2. *betonculacea* ~~fr. Mull.~~

1. *glaberrima* ~~fr. Mull.~~

Port Philipp. Hb. Lips. f. n.

Sandicuum Laud! May 1848. Hb. I

fin. num. Foliois ovatis, quae forte

longa habenda, ovata-oblonga

& integra. F. D. L. Hb. n. 187-

En nuncupis v. apus Rinali Way Ost.

1848 - In granis nis humis valli-

nis Nov. 1848. Pugh. n. 48. Stigma

capitulum appressum. Pappo la-
clavia plus minusve marginata

basi pallida barbata, calcar albidum

Sept. 48. Nov. 48. Vulturae arum.

Siavae, Pedunculis 4 angularibus.
Mons Gambii!

Handwritten notes on the left margin, including 'Hb. Lips. f. n.' and 'Mons Gambii!'.

Handwritten notes at the bottom of the page, including 'Hb. Lips. f. n.' and 'Mons Gambii!'.

In Australiae orientalis montibus sic dictis caeruleis et in montanis prope Hllawara (1833. L. B. ab Hügel); in solo turfoso inter frutes densos ad littora portus Princess Royai Harbour 20. Dec. 1840. L. Preiss. Herb. Preiss. No. 1296.

Frutex 3-4 pedalis, ramis longissimis, volubilibus in vicinis plantis scandens. Rami teretes, robustiores pennae coryinae crassitie, cortice rufopurpurascente longitudinaliter et spiraliter rugoso-striato, glabro, laevi, nitido vestiti, superne pilis deorsum directis pubescentes et confertissime foliati. *Folia* subsessilia vel brevissime petiolata: *inferiora* spathulata, obovata vel ovalia, vix semipollicaria, ad 3 lin. lata, obtusiuscula vel apice brevi-cuspidato brevissime apiculata, margine hinc inde denticulo uno alterove instructa: *superiora* lanceolata, vel oblongo-lanceolata, sesquipollicaria, apicem versus sensim breviora, pollicaria, 2-3 lin. lata, integerrima, omnia marginibus tenuissime revoluta, secus planiuscula, obscure e luteo-viridia, subtus pallidiora et pilis longis canis adpressis villosula, supra pilis brevibus strictis, tuberculo insidentibus, patentibus pilosa, nervo longitudinali subtus prominente percursa, lateralibus saturatioribus tenerrimis horizontalibus inferne vix parum conspicuis, erecto-patentia vel patentia. *Pedunculi* brevissimi, fere subsessiles, vix interdum in ramis supremis foliis longiores, superne alternatim ramosi, ramuliculis brevibus, basi bracteolis subulatis suffultis, bitrifidis in cymam densifloram, 12-24 florum, folia suprema raro superantem congestis, dense villosis, erectis. *Flores* campanulato-patentes, 5 lineales, erecti. *Calycis foliola* e basi latiore subulato-acuminata 2-3 linealia, dorso convexiuscula et purpurascentia, intus excavata, utrinque villosa, aestivatione marginibus imbricata, sub anthesi patentia, persistentia. *Corollae petala* spathulata, 5 linealia, basi nngue vix trientem petali consumentis, angustioris, lineam latis, marginibus involutis canaliculato, albido in tubum conniventibus, laminis ad $1\frac{1}{2}$ lin. latis patentibus cuspidato-apiculatis apice reflexis, laete coerulea, venis tribus parallelis longitudinaliter perlucta. *Stamina* in tubum conniventia, illumque floris parum superantia, subaequalia; *filamentis* e basi latiore intus canaliculata, dorso convexiuscula subulato-filiformibus, albidis, apice antheriferis; *antheris* ovatis, obtusis, bascos emarginatae dorso affixis, albidis, biloculatis, loculis superne contiguis, connectivo adnatis, basi divergentibus, longitudinaliter introrsum dehiscentibus, pollinis granulis globoso-triedris, albis factis, erectis, demum retrorsis, apice reflexis. *Ovarium* basi attenuata in receptaculo subsessile, ellipsoideum, cylindraceo-compressiusculum, adpresse pilosum, apice in stylum teretem, brevissimum vix $\frac{1}{2}$ linealem, rectum, stigmatate convexiusculo medio impresso papilloso terminatum glabrum continue transiens, intus e semiseptis in axi contiguis biloculatum, marginibus septorum juxta axim contiguae decurrentibus et in loculos utrinque paulo prominulis alternatim et biserialim ovuliferis. *Ovula* funiculo brevissimo suspensa, subglobosa, inntua pressione tanlem complanata, diametro vix semilineali, horizontalia, anatropha, 16-24 in quovis loculo, plurima abortiva, in liquore resinoso, spisso, snave aromatico nidulantia. *Fructus* in receptaculo floris basi calycis foliolis basibus superstitibus amplexus sessilis, obovato-cylindraceus, utrinque compressiusculis, 6 linealis, apice attenuato emarginato stylo brevissimo superseite coronatus, superficie rugulosus, glaber, fusco-virens, haccam exsuecam, sat duram constituens, intus semiseptis in axi contiguis et connatis utrinque seminiferis biloculatus, pleiospermus. *Semina* in quovis loculo uniseriata, pauca, vix 3-4 evoluta, reliquis abortivis, in succo inspissato denso atro, albido interstitia loculorum explente nidulantia, subglobosa, diametro lineali, horizontalia raphe laterali brevi, testa purpurea, glabra, rugulosa, nitida vestita. *Embryo* in fundo albuminis totam fere seminis molem occupantis, solidi, durioris, coloris lactei prope umbilicum minimus, orthotropus, incompletus, mere cellulosus.

POLYGALEAE Juss.

(Auctor E. T. STEUDEL.)

COMESPERMA Labill. Endl. gen. n. 5649.
Meisn. gen. pag. 23. (20.)

§. 1. Erectae.

*α. Foliis angustissimis subconvolutis vel linearibus.** *Bracteis (in omnibus demum deciduis) ante anthesin flores superantibus.*

1. **Comesperma longifolia** Steud. caule (basi) frutescente ramoso vel subsimplici glabro sursum diviso racemifero; foliis sparsis non approximatis linearibus angustissimis margine revolutis elongatis (pollice longioribus) acutiusculis glabris; racemis elongatis multifloris laxis, bracteis setaceis flores (nondum evolutos) superantibus, labio medio acuto integro lateralibus brevioribus. †

In arenosis sylvae prope Limekiln districtus Perth, 29. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 2359.

Radix valida, crassa, perpendiculariter descendens, parce fibrosa; *caulis* basi suffrutescens, divisus vel simplex, inferne cicatricibus foliorum notatus, teres, uti tota planta glaberrimus, mox foliatus, sursum in ramulos racemiferos divisus; *folia* sparsa, angustissima, pollicaria et ultra, patens, subarcuata, margine revoluta carinata, linearia, apice acutiuscula, basi in petiolum brevissimum attenuata; *ramuli* in apice caulis subumbellato-aggregati, basi foliati, mox racemiferi; *racemi* inaequales, fructiferi demum elongati (3-7 pollicares) simplices; *flores* in pedicellis $1\frac{1}{2}$ lineas longis; *bractae* tenuissime setaceae; *fructus* basi in stipitem attenuati, apice ad latera obtusi, medio breviter mucronulati, *semina* unilateraliter membranula pellucida tenui marginata.

2. **Comesperma corniculata** Steud. caule erecto fruticuloso glaberrimo vix striato tereti inferne cicatricibus foliorum deciduorum notato caeterum nudo, superne ramoso; ramis angulatis foliatis; foliis sparsis in ramulis confertioribus linearibus margine revolutis abbreviatis (4-6 lineas longis) obtusiusculis; racemis terminalibus, bracteis setaceis; alis corollam superantibus lobo corollae medio postice corniculato. †

In glariosis sylvaticis circa Wuljenup ditionis Plantagenet, 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. 2360.

Radix subsimplex fibris tenuibus; *caulis* fruticulosus, teres, sursum cum ramulis angulatus; *ramuli* sparsi vel subumbellato-congesti; *folia* linearia, margine subrevoluta, bisulcata, 4-6 lineas longa, mmam lata, basi in petiolum

Tribe I (Viol.) Algodineae. Fr. Br.
Hesperanthera Wanks

1. Hl. angustifolia! Brown.
St. Pl. South. Esp. river Tasmanniae, p. 45
hb. N. H. Nov. 15. 1848. Solia dividua

Compositum *Comp. Syn. 2. p. 275.*
Syst. for ll. 17. Ord. Cruciata

2. Hl. dentata! Fr. Br.
Accipi solum specimen solum
& praeterea caricaturam & feminibus
in aeternitate Victoriae collectis
Occursum Tasmanniae hb. N. H. 440.
In characteribus generis multas; perianthium 2
lobulatis, lobulo 1 saepe absciso.

3. Erpetium concolor Ferd. Müllera.
radice difformi vel bipolite florum erectis
vel horizontalibus emittente, foliis ^{parvis} angulato-
angulatis vel subreniformibus ^{acutis}
subrenatis in petiolum decurrentibus ^{acutis}
latis v. repandis, petiolo truncato linearibus
pubulato-acuminatis, spiculis ^{axillaribus} v. ^{terminalibus} ^{racemosis}
laevibus, pedunculatis, folia ^{parva} ^{fructu} ^{perianthio}
Paeula notae expositae, parvitate ab E. hederacea
proximo distinguitur habitu duplice magis
erecto floribus, canaliculatis! atque foliis
brevibus v. subnullis.
In arvensis flos Tasmanniae (incipiente
antheris) Cit. Nov. 1848 hb. N. H. n. 154, In
montium fergis granivitis, Luffigange, Nov.
et locus similibus cit. Out. appariga
Du. 48 - In pulso arcuato, raris
inter frutices v. in montibus, h. Tasmanniae
v. in fergis Rivoli-Way Cit. 1848.
Notes sequentes in planta viva scripti.
Flos concoloris v. v. albus; filamenta alba
v. barbata, antherae fusco-viridae v. aurantiae
lividae triangulares membraceae, pili
grana fructu!

Cornephorina retusa ^{Walt.} LaBillardiere.

In utiginosis ad fl. Murphy-rivum
2-3' hb. St. Jans. # n. 345. Jan
21. 1849. Habitu Veronicae.

Cornephorina linearifolia Cunn.

P. acutifolia Forst. Mill.

(*C. acutifolia* (Poech.)

C. retusa hb. St. sin. num.

Intrae George-town, Jamaica.

Frutex 2-3' floribus purpureis.

(For. L.)

Nonnulla varietatum *Cornephorinis*
vicini exhibere videtur! itaque

C. ovatum *P. acutifolia*
dicendum!

brevem crassiusculum desinentia, apice obtuse attenuato subcartilagineo: *bracteae* flores clausos duplo superantes, lanceolato-setaceae; *alae* violaceae corollam superantes; *corollae* basi violaceae apice lutescentis lobus medius dorso in corniculum brevem productus; *fructus* (immaturus) apice obtusissime truncatus.

3. ***Comesperma longebracteata* Steud.** fruticosa glabra, basi simplex vel vix ramosa nuda, superne fasciculato-ramosa; ramis foliatis; foliis sparsis non approximatis anguste linearibus subtortuosis apice acutiusculis; racemis ante florescentiam comoso-bracteatis, florentibus subconferto-multifloris elongatis; alis oblongo-ovatis obtusis corollam superantibus, lobo medio subintegro. ♀

In turfosis fruticosis districtus Princess Royal Harbour, 27. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 2361.

Radix simplex, descendens, fibris parvis; caulis basi suffrutescens, teres, simplex vel in ramos aliquot divisus, nudus, 4-pedalis, glaber, sursum cicatricibus foliorum notatus, apice in ramulos 4-6 divisus, 6-8 pollicares, angulosos, foliatis; *folia* 4-6 lineas longa, semilineam lata, sparsa, linearia, subtortuoso-flexa, obtusiuscula, in pedicellum brevem attenuata; *racemi* simplices, ante florescentiam conspicue comoso-bracteati; *bracteae* in floribus vix evolutis jam deciduae; *flores* albo-violacei; *fructus*

4. ***Comesperma rosea* Steud.** caule erecto stricto glaberrimo striato basi nudo simplici tereti superne ramoso, ramis foliatis; foliis sparsis remotiusculis anguste linearibus margine subrevolutis apice obtusiusculis; racemis terminalibus ante florescentiam longe comoso-bracteatis; florentibus laxiusculis; alis corollam superantibus, lobo medio vix emarginato. ♀

In humoso-arenosis depressis umbrosis prope Monger'slake, 4. Febr. 1839. Herb. Preiss. No. 2363.

Radix fibrosa, fibris albidis tenuibus; *caulis* simplex, erectus, strictus, teres, 4-5-pedalis, per $\frac{3}{4}$ longitudinis efoliatus vix hinc inde cicatrice folii elapsi notatus, sursum in ramulos 5-6 divisus simplices, pedales et ultra, foliis sparsis remotiusculis vestitos; *folia* angustissima, linearia, 4-6 lineas longa, semilineam lata, subarcuata erecto-patentia, basi in pedicellum brevissimum attenuata; *racemi* terminales, simplicissimi; *flores* in pedicellis brevibus (lineam longis); *calyx* roseus, *corolla* lutea; *bracteae* ante florescentiam corollam cum petiolo duplo superantes, lanceolato-subulatae, 3 lineas longae, post evolutionem florum deciduae; *fructus*

5. ***Comesperma megapteryga* Steud.** caule basi ramoso, ramis paucis virgatis strictis glabris sulcatis; foliis raris angustissimis linearibus acutiusculis; racemis terminalibus ante florescentiam confertissimis, bracteis ovatis acutis flores subaequantibus, demum laxis paucis (6-10-) floris; alis (albis) corolla (alba) longioribus ovato dilatatis corollae labio medio integro postice mucronulato. ♀

In arenosis districtus Sussex, Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2370.

Radix exilis emittens caules 2-3 subvirgatos, strictos, tenues, remote et rarer foliatis; *folia* angustissima, linearia, subpollicaria, plus quam longitudinem suam distantia, facile decidua; *racemi* in apice caulis abbreviati, con-

ferti, etiam post florescentiam pollice vix longiores; *bracteae* ovatae, acutae, subconcauae, flores vix aequantes; *fructus*

6. **Comesperma aemula** Steud. caule basi simplici tereti superne ramoso anguloso glabro; foliis sparsis linearibus acutiusculis; racemis laxis bracteis setaceis flores superantibus cito deciduis; alis corolla (flavescente) longioribus, lobo medio integro lateralibus subbreuiore.

In arenosis districtus Sussex, 19. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2371.

C. ericinae Dec. proxima sed folia non revoluta plana. 7

Radix tenuis, simplex; *caulis* vix frutescens, basi simplicissimus, teres, $1\frac{1}{2}$ -2 pedalis, superne ramosus, uti rami angulatus; *rami* subumbellato-congesti, apice raro simplices sed in ramulos racemiferos iterum divisi; *folia* vix in petiolum attenuata, nervo medio prominente plus minus utrinque sulcata, 3-5 lineas longa, vix unam lata; *racemi* laxi, vix pollice longiores, fructiferi elongati laxiores; *bracteae* flores inapertos superantes, evolutos vix aequantes; *flores* parvi, alae calycinae intense purpureo-violaceae; *corolla* apice flavescens; *fructus* apice marginibus elongatis et commissura media producta 3-dentatus; *semina* non marginata.

7. **Comesperma contracta** Steud. caule fruticoso glaberrimo striato tereti basi nudo superne foliato ramoso; ramis angulatis; foliis sparsis subtortis anguste linearibus margine subrevolutis apice acutiusculis; racemis terminalibus abbreviatis ante florescentiam bracteato-comosis, bracteis filiformibus; alis corollam superantibus, corollae lobo medio postice breviter corniculato antice contracto. 7

In turfosis inter arundines ad marginem lacus prope villam Dr. Helms, districtus Perth, 24. May 1839. Herb. Preiss. No. 2373.

Caulis teres, basi simplex, cicatricibus foliorum notatus, sursum ramosus, uti rami subangulatus et foliatus; *folia* caulina linearilanceolata, plana, 4-6 lineas longa, ultra lineam lata, obtusiuscula, ramea angustiora, acutiora, subtorta; *racemi* abbreviati (1-2-pollicares) laxiusculi, ante florescentiam bracteis lanceolato-setaceis flores vix duplo superantibus muniti; *calycis* alae subpatentes, pallide roseae, corolla apice lutescente longiores; lobus medius postice in corniculum brevissimum productus, antice contractus, lateribus brevior et angustior; *fructus*

8. **Comesperma tenuis** Steud. caule simplici vel diviso tenui glabro remote foliato; foliis anguste lanceolatis planis; racemo ante florescentiam bracteolis scariosis flores vix superantibus instructo demum laxo; floribus (albo et coerulescentibus) parvis, lobo medio acuto. 4

In subumbrosis ad Aron Dale, districtus York, 4. Febr. 1839. Herb. Preiss. No. 2367.

Caulis tenuissimus, striatus, teres, simplex vel parum ramosus; parce foliatus; *folia* saepius plus quam duplam longitudinem remota, anguste linearilanceolata, sessilia; *rami* terminales, simplices, laxiusculi; *flores* parvi; alae albo-coerulescentes, patentes, corollam concolorem aequantes; *fructus* immaturi vix in stipitem elongati, utrinque obtusi, medio mucronulati.

Gomphosperma ericinum DC. ^{pl. St. nov.}

In collibus rupestribus ad

portum cognorum Tarraniae

pl. St. n. 757. Nov. 49. 1 1/2' alt.

Habitu *Tetratherae ericifoliae*
piliferae.
Est idem ac *C. linearifolia*
Linningsh. An hoc verò deum
sunt?



** *Bracteis ante anthesin flores non superantibus vel nullis.*

9. **Comesperma hirtula** Steud. caule basi subsimplici tereti hirsutulo superne ramoso ramis subconferto-foliatis, foliis linearibus margine subrevolutis pilis brevissimis hirsutis apice acutis, racemis (semper an denum?) ebracteatis submultifloris; floribus (carneis) subconfertis, fructibus abbreviatis. ♀

In turfosis humidis umbrosis, Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 2362 et 2364.

Radix simplex, perpendicularis; *caulis* basi simplex vel ramulo mo alterove sursum inordinate ramosus; *rami* pilis brevissimis pubescentes, angulati; *folia* sparsa, $\frac{1}{2}$ -1 pollicem longa, margine plus minus quandoque ad costam usque revoluta, setis brevibus vix sine lentis ope conspicuis munita, apice vix cartilagineo acuta; *racemi* terminales, simplices, post florum evolutionem (juniores desunt) omnino ebracteati, laxiusculi, 1-3 pollices longi; *capsulae* apice rotundatae, medio tantum obtuse macronulatae, glabrae; *semina* post pilos longiores delapsos membrana tenui pellicida cincta.

10. **Comesperma ramosissima** Steud. caule basi ramosissimo, ramis erectis teretibus adscendenti-strictis superne simplicibus vel divisis glabris; foliis sparsis remotis linearibus margine reflexis apice acutis; racemis brevibus, confertis pauci (8-12-) floris, bracteolis non prominentibus; floribus (albido-coceruleis) parvis; alis oblongis corolla brevioribus lobo medio integro.

In turfosis arenosis prope oppidulum Albany, 4. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 2369.

Caulis basi ramosissimus; *rami* erecti, subvirgati, simplices vel sursum divisi, striati, subteretes; *folia* sparsa subpollicaria vel breviora longitudine sua, plus minus remota linearia, apice vix cartilagineo-acuta basi sessilia, suberecto-patentia quandoque subtorta; *racemi* in apice ramorum brevissimi, pauci (10-12-) flori, bracteolae nunquam exsertae; *flores* parvi, *ala* et *corolla* coeruleo-albicantes, lobo medio integro; *fructus* . . .

11. **Comesperma xanthocarpa** Steud. caule a basi simplici tereti subpruinoso foliato superne ramoso glabro ramis angulatis; foliis subconfertis supremis sparsis margine revolutato subteretibus apice obtuso cartilagineo; racemis omnino ebracteatis laxiusculis obovatis; alis ovatis corollam subaequantibus lobo medio integro, capsulis elongatis flavescensibus. ♀

In subturfosis arenosis prope oppidulum Perth, 18. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 2368.

Radix perpendiculariter descendens, parce fibrosa; *caulis* basi simplex, teres, sursum uti rami angulosus, cum his 2-3-pedalis, superne confertum ramosus; *rami* stricti, simplices vel iterum ramulosi; *folia* subconferta uti caulis subpruinoso-glaucia (precina tandem evanescente), linearia, marginibus sese fere attingentibus reflexa, subpollicaria, in pedicellum distinctum brevem (lineam aequantem) desinentia, erecta, stricta; *racemi* terminales, abbreviati, vix (etiam fructiferi) pollicem excedentes; *bracteeae* omnino nullae vel vix in racemis nondum evolutis conspicuae; *alae* ovatae, corollam superantes, pallide lutescentes; *corollae* flavae lobus medius integer vel vix denticulatus laterales subaequans; *capsulae* elongatae, erecto-patentes, basi valde attenuatae, flavescens; *semina* non marginata.

12. **Comosperma laxiuscula** Steud. caule tereti basi simplici vel uti superne ramoso virgato glabro, ramis angulatis; foliis sparsis linearibus abbreviatis (3-5 lineas longis) deciduis; racemis terminalibus laxis plurifloris ante anthesin bracteatis bracteolis flore minoribus; alis corollam superantibus lobo medio integro. 5

In lapidoso districtus York, 21. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 2372.

Caulis 2-pedalis et ultra, basi plerumque simplex, teres, apice divisus in ramulos virgatos mox aphyllus; *folia* ramulorum parva, linearia, aucta, saepius minima, subulata, 3-5 lineas non excedentia; *racemi* terminales, laxiusculi, uncinati et ultra; *pedicelli* duas lineas longi, suberecto-patentes, laxiusculi 1-1½ lineas remoti; *bracteae* subulatae, pedicellum vix aequantes, mox deciduae; *flores* pallide carneo-rubescetes, corolla ferrugineo-rufescens; *fructus* basi stipitatus, striatus, apice rotundatus, marginibus non productis, medio vix apiculatus; *semina* non marginata.

β. *Foliis lanceolatis vel obovatis-planis.*

13. **Comesperma varians** Steud. caule basi vix frutescente ramoso vel simplici hispidulo superne glabro; foliis infimis oblongo-lanceolatis caulinis angustioribus linearibus remotis; racemis simplicibus vel paniculatis laxis multifloris ante florescentiam muittis bracteolis lanceolatis acuminatis florem subaequantibus; poribus (coerulescentibus) parvis, alis corolla longioribus. 4 5

In subturfosis arenosis inter frutices prope Strawberryhill, 24. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2365.

Caulis basi striis flexuosis tenuibus notatus, pilis brevibus rigidiusculis albidis sursum evanescentibus, scabridus; *folia* in ramulis radicalibus sterilibus oblongo-lanceolata, vix petiolulata, acutiuscula, ¾-1 pollicem longa, 2-2½ lineam lata, caulina multo minora, anguste linearia, suprema subsetacea; *racemi* terminales nunc simplices nunc paniculato-compositi; *bracteolae* ante florescentiam lanceolatae, acutae, flore nondum evoluto breviores, post evolutionem deciduae; *alae* albo-coerulescentes *corolla* apice pallide lutescente longiores; *fructus* basi stipitato-attemnatus, superne marginibus parum productis truncatus, subtridentatus; *semina* immatura non marginata.

14. **Comesperma parviflora** Steud. caule basi diviso foliato apice ramuloso striatulo tenuissime (sub lente) pubescente; foliis plauiusculis lanceolatis tenuissime ciliolatis, apice cartilagineo-mucronulatis; racemis terminalibus confertiusculis ante anthesin scarioso-bracteolatis, bracteolis flores subaequantibus serius deciduis; calycibus marcescentibus corollam (coeruleam) vix aequantibus. 4 4

In calcosis montium continuorum Darling'srange districtus Perth, 15. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 2374.

Caules e radice exili plures (2-4) 1-1½ pedales, basi pube tenui sursum evanescente muitti, stricti, simplices vel sursum ramosi, striati, teretes, foliati; *folia* sparsa infra dimidiam, superne totam longitudinem remota, plana, lanceolata, acuta, pollicaria, 1-1½ lineas lata, margine (sub lente) ciliolata; *racemi* terminales, simplices, primum conferti, breves, demum laxi, elongati; *fructus* in stipitem attemnati, apice subtruncati, obtuse tridentati.

Cornephorum oligophyllum Ferdm.

15. ? An huj. locis planta raris-
sima a Suavia sub nomine
C. volubile (N. 64) commun.
& hb. Lips. N. 25. Huj. speciei
proxima mihi spec. nova. Vix
a *C. volubili*, combinanda.
ar. flor. ~~luteis~~, purpureis &
rostratis. Piniforest. prope Gar-
tencorn. Nov. 48.

Cornephorum volubile Laksell

16. hb. A. Tasmannii. n. 109.
St. Lincol. Prop. urbem Launceston, 4-31
Oct. 10. 1848. hb. St. J. H. n. 38. Ad
Sivan port. hb. M. J. III n. 644.
Nov. 1849. 3-41, Guichenon bay
Febr. 1850. In passuis elevatis
calicibus prope Entield ad
rasiarium fruticosa. Oct. 4. In
Folia aculeolata (comp. Herb. in
Linn. pt. Fr. II, 302.) signum charact.
rippicum non fingunt, quum fagpis
abrupta fiat! - New-Stock, Tasm.

§. 2. Volubiles vel subscandentes.

15. **Comesperma herbacea** Steud. caule subvolubili subsimplici vel basi ramoso tenui glabro vix ima basi fruticulosulo; foliis ovato-vel simpliciter lanceolatis margine sub-revolutis apice subcartilagineo mucronulatis; racemis laxis, (an semper?) ebracteatis; alis corollam aequantibus, corollae labio medio integro acuto, fructibus subflavescentibus. 4

In Australasia occid. Herb. Preiss. No. 2366.

Caulis debilis, glaber vel basi subpubescens, 1-2 pedalis; *folia* sparsa vel alterna (inferiora minora) oblongo-lanceolata vix in petiolum attenuata, $\frac{1}{2}$ -1 pollicem longa, $1\frac{1}{2}$ lineas lata, summa anguste linearia, omnia longitudine sua vel ultra distantia; *racemi* simplicissimi, terminales, laxi, 12-20-flori; *fructus* in brevem stipitem attenuati, vix denticulati.

16. **Comesperma volubilis** Labill.? caule volubili striato ramosissimo glabro basi frutescente; foliis dissitis lanceolatis planis glabris; ramulis apice racemiferis abbreviatis ebracteatis laxiusculis. (Flores evoluti et semina desunt.) 4 ♀

In arenosis insulae Gnadentland, 10. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2375.

17. **Comesperma scandens** Steud. caule scandente profunde striato glabro ramoso, ramis sparsim dissite foliatis; foliis anguste linearibus obtusis planis; racemis terminalibus (ante florescentiam?) ebracteatis abbreviatis laxo- et pauci (6-10)-floris, corolla antee subemarginata. 4 ♀

In arenosis districtus Sussex, 25. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2376.

TREMANDREAE. R.Br.

(Auctore J. STEERTZ.)

TETRATHECA Smith. *) Endl. gen. n. 5644.
Meisn. gen. pag. 22. (20.)

Sectio I. EUTETRATHECA. Filamentis crassiusculis, antheris quadrilocularibus.

a. *Subaphyllae*: ramis subaphyllis, foliis minimis.

1. **Tetrathea affinis** Endl. glaberrima, ramis foliaceo-compressis basi aneipitibus, foliis alternis setaceis minimis

*) Genus hoc haecenus non nisi perpaucis speciebus, floris partium structura inter se maxime affinis compositum, detectionibus Preissianis non solum specierum numero, sed

sessilibus, pedicellis bibracteolatis axillaribus, floribus pentameris, staminibus puberulis. — Endl. in Hügel. Enumerat. pag. 7. n. 23.

In subarenosis prope oppidulum Albany, (Plantagenet) d. 23. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1334. (Comparavi specimen Hügelianum!)

Proxima *Tetrathecae junceae* Smith. Differt vero primo intuitu: ramis magis foliaceo-compressis, floribus pentameris, sepalis paullo acutioribus, antheris eviderter puberulis, tubuloque antherae longitudinem aequante, qui in *Tetr. juncea* triplo brevior est.

2. ***Tetratheca virgata* Steetz.** caule a basi ramoso, ramis teretibus inferne aphyllis superne foliis alternis minimis linearibus brevissime petiolulatis vestitis, pedicellis basi bracteolatis axillaribus folia corollamque superantibus, floribus tetrameris, staminibus glabris, filamentis tubuloque antherae longitudinem aequante discoloribus, ovario cum stylo reetiuseculo glaberrimo.

In limoso-calculosis inter frutices planticie haud procul a praedio rustico Dom. Brockmann (York) d. 15. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 1332, ex parte.

Fruticulus pulcherrimus, superne floribus purpureis creberrime tectis. *Caulis* pedalis et ultra, a basi ramosus. *Rami* glaberrimi, graciles, teretes, erecti, virgati, apice abortientes, inferne aphylli, leviter rugulosi. *Folia* in superiore ramorum parte alterna, arrecta, crassiuscula, brevissime petiolulata, margine revoluta, obtusiuscula, linearia, $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata, utrinque glaberrima, vel summo apice pilis paucissimis rigidulis brevissimis non nisi lente conspicuis conspersa, decidua. *Pedicelli* axillares, solitarii, uniflori, patenti-curvati, filiformes, apice paullo incrassati, glaberrimi, basi

etiam formis divergentibus adhuc incognitis auctum est: quare in sectiones distribuere coactus sum. Partium floris numerus, iam monente cl. Endlichero in Hügel. Enum. pag. 8 sub n. 24 valde inconstans est, ideoque distributionis malum principium suppeditat. Observavi enim in una eademque planta flores tetmeros et pentmeros promiscue. Sed antherarum fabricam et structuram, contra cl. Endlicherum l. c., semper valde constantem reperi, neque ex his sectiones constituere dubitavi. Filamenta plerumque crassiuscula, brevissima, in unica specie filiformia sunt, in omnibus cum anthera continua. Antherae apice semper in tubulum poro terminali instructum productae sunt, qui in speciebus orae orientali Novae Hollandiae et Terrae Van Diemen indigenis hucusque notis semper brevis est, floribus tetrameris praevaletibus. In speciebus orae occidentali indigenis, quae, paucis exceptis, omnes fere floribus pentameris gaudent, tubulus plerumque longior, antherarum longitudine vel illam superans observatur, si *Tetrathecam nudam*, *Tetrathecam confertifoliam* et *Tetrathecam Preissianam* excipias. Non possum, quin pauca referam de ovulis in ovario biloculari. Cl. Endlicher l. c. signum genericum constans commemorat in *Tetratheca*: *Ovula bina* in quovis loco, et in *Tremandra*: *Ovula solitaria*, quod equidem consentire nequeo. Creberrimis et accuratissimis summa cum patientia institutis sectionibus ovariorum plurimarum specierum, nunquam ovula bina in loco reperire mihi contigit. Locus semper ovulo solitario, quod sine ullo opere evolvi, totus repletus erat; abortitine forsau alterum? An plane abest? Non credo, me feliciorum fore examinando plantam vivam quam siccam, arena madida iterum mollitam. Restat denique, ut pauca dicam de indumento, in plerisque speciebus quam maxime variabili. Occurrit enim saepius una eademque species tum tota glabra, tum pubescens, tum setis validis patentibus undique obsita. Nec in ipsis florum organo indumentum semper constans est. Observavi ovarium glabrum, pubescens et imo villosum in *Tetratheca thymifolia* Smith. Quum vero formas varias in ipsa patria colligere et observare mihi non contingerit, aegre equidem ausus sum, specierum et varietatum limites strictissime circumscribere, bene conscius, singula specimina sicca non sufficere ad rem absolvendam.

In caractere generico loculi germinis uni-ads biculati sunt deorsum tendi contra et. Evidenter, qui solummodo ovula in quoque mai loculo una observavit et contra et. Dr. Steety, qui nunquam germina talia videre testatus est.

x Tetratheca adenorhyncha Griseb.

In Flor. Hollandia (Australia
peter?) hb. St. 830.

T. villosam imitans, sed pedun-
culis longioribus (jam inter
antheras folia duplo superan-
tilibus), foliis omnibus vertici-
latis 4-6nis, subula anthera-
rum apicali breviora et
separatis glandulosa pilosis-
sima quidem lamina super-
viximata.

ut plurimum bracteola minima suffulti, in apice ramorum aggregati. *Sepala* 4 ovata, acutiuscula, lineam longa, colorata, glabra, margine leviter ciliolata, introrsum puberula. *Petala* 4 obovata, latiuscula, patentia, rosea in planta viva, (teste cl. Preissio) purpurea in sicca, basi macula atropurpurea notata, 4-5 lin. longa. *Stamina* 8, glabra, conniveitia. *Filamenta* breviter, semilineam longa, crassiuscula, plano-compressa, pallida; *antherae* cylindricae, quadriloculares, atropurpureae, extrorsum rugulosae, introrsum basi ciliis paucis vix conspicuis vestitae, apice cum tubulo subaequilongo, pallido, oblique truncato, poro terminali instructo, scabriusculae. *Ovarium* sessile, glabrum, ovatum, compressum, roseum, biloculare; *ovulum* in loculis solitarium, apici appensum, caruncula subfungosa, uncinata, obtusiuscula terminatum. *Stylus* stamina vix superans, glaber, rectiusculus, vel paullisper tortus; *stigma* simplex. *Capsula* in specimenibus desideratur.

β *setigera* nob. ramis undique setis sparsis patentibus rufescentibus basi bulbosis 1-2 lin. longis vestitis.

In Australasia meridionali-occidentali. Herb. Preiss. No. 1333.

Bina modo specimina in proutu habeo, in quibus duo tantum flores evoluti sunt, quorum alter petalis 5 staminibusque 10, sed sepalis 4, tribus regularibus, et quarto e duobus connato, apice bilobo instructus est; alter flos evolutus et omnes ceteri clausi petalis et sepalis 4, staminibusque 8 gaudent. Varietas haec praeter setas non differt a specie primaria, nisi statura paulo humiliori, ovario apice obtusiori, styloque paulo longiore et magis torto. *Folia*, *pedicelli*, *calyces* et *ovaria* aequae glabra sunt, et setae non nisi caule ramisque insident.

3. ***Tetralthea nuda* Lindl.** glaberrima, caule subsimplici parce ramoso, ramis teretibus junceis subaphyllis, foliis rarissimis linearibus minimis in petiolum brevissimum attenuatis deciduis, pedicellis sparsis basi bracteolatis axillaribus corollae longitudine, floribus pentameris, staminibus glabris, filamentis tubuloque antherae triplo brevioribus concoloribus, ovario hirsuto, stylo recto basi hirsutiuseculo apice glaberrimo. — Lindl. Swan River pag. XXXVIII n. 186.

In Australasia leg. cl. Preiss, sed nbinam? et quando? Herb. Preiss. No. 1332 ex parte. *)

Obiter inspecta *Tetralthecae virgatae* habitum prae se ferens, propter stamina propius ad *Tetralthecam junceam* Smith accedit, a qua vero primo vultu differt: ramis teretibus, floribus pentameris, ovario hirsuto, foliisque in petiolum brevissimum attenuatis. Filamenta et antherae cum tubulo fere eadem ac in *Tetraltheca juncea*, sed concoloria nigra, quum in hac tubulus purpurascit. A *Tetraltheca virgata*, quacum statura, caulibus teretibus apice abortientibus et foliis petiolulatis convenit, recedit: Caulibus simplicibus, hinc inde non nisi ramum unum alterumve junceum elongatum agentibus, foliis rarioribus margine non revolutis, floribus pentameris, pedicellis duplo brevioribus minus aggregatis hinc inde sparsis, praesertim vero ovario hirsuto staminibusque totis diversis: tubulus enim brevissimus, anthera triplo vel quadruplo brevior, concolor. — Quoad stamina planta haec et sequens ad species orae orientali et australi Novae Hollandiae indigenas approximatur; ceterae species collectionis Preissianae hujus et sequentis sectionis tubulis antheram aequantibus vel superantibus instructae sunt.

*) In collectione Preissiana planta haec cum *Tetraltheca virgata* plane confusa est. Exemplaria quae cl. Preiss sub No. 1332 ad examinandum et definiendum designavit sunt *Tetraltheca virgata*; ea vero, quae pro herbario meo sub eodem numero mecum communicavit, sunt *Tetraltheca nuda* Lindl.

b. Foliatae: ramis densius foliatis.

4. **Tetratheca confertifolia** Steetz. caule simpliciter vel ramoso tereti hispidulo dense foliato, foliis alternis vel oppositis vel verticillato-aggregatis sessilibus linearibus obtusiusculis margine revolutis hispidis, pedicellis axillaribus folia longe superantibus in apice ramorum aggregatis hispidulis, floribus pentameris, tubulo anthera brevior, ovario ovato hispidissimo, stylo rectiusculo basi hispidulo apice glabro.

In confragosis montium continuorum Darling's-range, (Perth) d. 1. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 1328, et in regionibus interioribus Australasiae meridionali-occidentalis. No. 1329.

Fruticulus. *Caulis* simplex vel supra basin ramosus, cum ramis teretibus, setis minimis subappressis hispidulus, dein glabratus et propter folia delapsa cicatricibus tectus, $\frac{1}{2}$ -1 pedalis. *Folia* conferta, approximata, alterna vel opposita vel subverticillata, arrecta, sessilia, basi attenuata, linearia, integerrima, obtusa, crassa, margine revoluta, utrinque hispidula, et supra, praesertim margine, setis validioribus, rigidulis, patentibus, basi bulbosis ornata, minervia, nervo supra vix impresso, sulcus valido, prominulo, hispido, 3-6 lin. longa, $\frac{1}{2}$ -1 lin. lata. *Pedicelli* in apice ramorum axillares, solitarii, aggregati, multiflori, patentes, hispiduli, pollicares, fructiferi apice nutantes. *Sepala* 5 lanceolata, acuta, $1\frac{1}{2}$ lin. longa, setoso-hispidula, plerumque reflexa. *Petala* 5 obovata, patentia, sepalis duplo majora, ante anthesin albidia, dein purpurea, basi macula atropurpurea notata. *Stamina* 10 comitentia: filamenta breviter, $\frac{1}{2}$ lin. longa, crassiuscula, parce puberula, et cum antheris earumque tubulo concoloria, atropurpurea; *antherae* cylindricae, quadriloculares, in tubulo ipsis paulo brevior, oblique truncatum, poro terminali instructum productae, rugulosae, glabrae, vel introrsum ciliis paucis, lente vix conspicuis, puberulae. *Ovarium* sessile, ovatum, subcompressum, biloculare, hispidissimum. *Stylus* stamina paulo excedens, rectiusculus, vix tortus, basi latiore sensim attenuatus, medio tenuis hispidulus, apice glaberrimus, utrinque longitudinaliter sulcatus, simplex, vel, sicuti in floribus binis observavi, secundum sulcum bifidus. *Stigma* simplex. *Capsula* obovata, compressa, basi attenuata, apice emarginata, utrinque longitudinaliter sulcata, hispidula, 2-2 $\frac{1}{2}$ lin. longa, $1\frac{1}{2}$ -2 lin. lata.

Specimina sub No. 1329 ab illis sub No. 1328 dimissa nulla nota differunt, nisi foliis paulo minoribus. Flores nondum evoluti, solito more, petalis albis gaudent.

5. **Tetratheca setigera** Endl. caule parce ramoso tereti, ramis setigeris, foliis alternis oppositis subverticillatis ovato-oblongis grosse paucidentatis subtus glabriusculis supra setoso-strigosis, pedicellis axillaribus gracilibus folia superantibus apice setulis hinc inde conspersis vel glabris, floribus pentameris, petalis obovatis patentibus purpureis basi concoloribus, filamentis brevissimis vix ullis, antheris cum tubulo ipsis paulo longiore apice pallido, ovario ovato styloque recto, glaberrimis. — Endl. in Hügel. Enumerat. pag. 8. n. 24.

In solo turfoso-arenoso inter frutices densos ad Stirling's-Terrace. (Plantagenet) d. 22. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1326. (Comparavi specimen Hügelianum!)

Specimen meum mihi obvium nulla linea ab Hügeliano differt, sed antheras, quarum permultas secui, semper *quadriloculares* inveni. Cf. Endl.

Tetratheca pilosa Labillardiere

Cis flumen Murray fruticibus
montium opulenti, intermixta.

T. ericifolia Smith. Ternstroem.

In laevo montanis fissis crevis
pagum habundans. Apr. 27. 1848.

Floribus lilavino-purpureis; an-
theris & connatis oviculis apice aper-
tis nigro-brunneis. hb. Stuart
N. 32. & *p. albiflora* etiam a

Sm. involuta obstrata. N. 33.

Fruticulus frictus ulnam raro exundans.

T. calva Ferd. Mull. Radix plurimique
caulis ramosa foliis frabro utraque

foliatis, foliis alternis vel opposi-
tis vel verticillato aggregatis
lobis brevissimis petiolatis tri-
aribus obtusiusculis margine
revolutis lobis lobis vel hispi-
ditibus pedicellis axillaribus lon-
gitudine foliorum in apice ramu-
lorum aggregatis glabrescen-
tis floribus tetra- rarius pen-
tameris, tubulo anthera breviora
ovario ovali triquo glanduloso
perispermato. Non fuerunt.

In floribus arum a vici locum Victoria
Apr. 1848. In pagum Lethal. Jun. 1848.

T. glandulosa Labillardiere. N. 30.

In insula Van Diemens Land.

hb. Stuart Tasmannii. 59.

Ad sectionem primam & se-
riam C. Steyeri pertinet, pau-
sima inter plantas Australia
occidentalis. *T. foetigerae*.

Ad fl. Mafey, Tasm. hb. N. 4 n.
325. fr. 1-2' Jan 18. 1849.
New-
Norfolk.

8 *T. pulchella* ferd Muller
In insula Van Diemens Land!
hb. H. Tasmannii n. 64.
fol. alternis linearibus obtu-
ris margine revolutis cum ra-
mulis angulatis & callosoru-
lis, floribus tetrameris, sepalis
minimis triangulari orbic-
ulatis.

Planta pulchella nana. Novae
indagationis in proximis ^{partibus} perfita.
infirmas me docuit, ~~et~~ solummodo
varietatis valorem habere. In ele-
vatione montium 5000' Tasm.
hb. H. T. n. 377.

T. pilosa La Billardiere
T. glandulosa ferd Mull
sepalis glabris, calicorum
truncatum
& caulis pilis glandulosis.
In insula Van Diemens Land!
ly. Cl. Stuart. hb. H. Tasm.
num. 107.

8 *T. grandifolia* ferd Muller
foliis duplo majoribus;
petalis eorum ^{et} raculorum
longioribus valde magis
obtusis.
In ins. V. D. L. hb. H. T. n. 36.
J. Hooker. Macarlesfield, Sept.
Ad. South Est. rivu, Tasm. hb.
H. T. n. 73, ubi velle variat. ^{est.}
Diagnosis *T. eriofoliae* mutata,
quum prius etiam *T. pilosae*
repperit.

licher l. c. eas biloculares observavit. Hujus speciei varietas memorabilis occurrit:

β elongata nob. caulibus elongatis virgatis, pedicellis gracilioribus glaberrimis, petalis purpureo-roseis, antherisque cum tubulo apice pallido multo brevioribus.

In subarenosis sylvae ad fluvium Canning, (Perth) mense Sept. 1841. Herb. Preiss. No. 1322.

Fruticulus radice lignosa, multicauli. *Caules* graciles, elongati, virgati, hinc inde ramos subsimplices apice abortivos agentes, 2-3½ pedales, minus strigosi quam in specie primaria. *Pedicelli* basi bracteolis plerumque binis suffulti, gracillimi, glaberrimi, setulis plane destituti, 5-8 lin. longi. *Petala* 5 obovata, patentia, purpureo-rosea, basi concoloria. *Stamina* 10, glaberrima. *Filamenta* brevissima vix ulla; *antherae* cylindricae, quadriloculares, atropurpureae, cum tubulo ipsis paullo longiore, lurido, apice flavescente, oblique truncato et poro terminali instructo, levissime rugulosae, vix 1½ lin. longae. (In specie primaria 2 lineares.) *Ovarium* sessile, ovatum, roseum, cum stylo recto, filiformi, basi roseo, apice flavescente, stamina paullo superante, glaberrimum; *ovulum* in loculis solitarium. *Folia* et *sepala* a specie primaria non differunt. Specimina fructifera non suppetunt. — Forma quidem insignis, quoniam transitus nullos detexi, attamen verisimiliter nil nisi mera varietas, orta in loco natali diverso.

Obs. Ovarium unicum trigonum, loculis tribus instructum observavi; cetera compressa, bilocularia inveni.

6. *Tetratheca gracilis* Steetz. caule gracili erecto ramoso hinc inde setis raris consperso ceterum glabro, foliis ternatim verticillatis subsessilibus lineari-lanceolatis margine revolutis utrinque glabris internodiis multoties brevioribus, pedicellis axillaribus folia longe superantibus filiformibus glaberrimis ebracteolatis, floribus pentameris, filamentis brevibus pallidis, antheris cum tubulo atropurpureis scabris, ovario obovato apice subemarginato glaberrimo, stylo

In subarenosis sylvae ad fluvium Serpentine-River, (Murray) d. 5. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 1335.

Suffruticulosa. *Caules* plures graciles, erecti, ramosi, fere pedales, et cum ramis arrectis teretes, rugulosi, glabri, vel setis patentibus, rufescentibus, basi bulbosis hinc inde, praesertim sub foliorum verticillis, vestiti; *rami* simplices, utplurimum ternatim verticillati. *Folia* pari modo ternatim verticillata, crassiuscula, in petiolum brevissimum planiusculum attenuata, lineari-lanceolata, integerrima, apice mucronulis 1-3 minutissimis terminata vel nutica, margine revoluta, utrinque glabra, internodiis multoties breviora, 3-4 lin. longa, 1-1½ lin. lata. *Pedicelli* axillares, uniflori, filiformes, apice incrassati, glaberrimi, solitarii, oppositi vel ternatim verticillati, 7-9 lin. longi, basi bracteolis destituti. *Sepala* ovata, acutiuscula, lineam longa, glabra, ciliolata, introrsum puberula, colorata. *Petala* 5 purpureo-rosea, basi concoloria, obovata, sepalis dupla vel tripla longiora. *Stamina* 10; *filamenta* brevissima, semilineam longa, ¼ lin. lata, planiuscula, pallida; *antherae* cylindricae, quadriloculares, introrsum ciliatae, cum tubulo subaequilongio (?) scabrae, atropurpureae. *Ovarium* sessile, compressum, glabrum, obovatum, apice subemarginatum, viride. *Stylus* *Capsula* obovata, subinflata, apice emarginata, utrinque longitudinaliter sulcata, 2½ lin. longa, 2 lin. lata.

Obs. Hujus pulchrae speciei exemplaria pleraque floribus carent; in altero capsula, in altero flos miens adest, et hic insuper incompletus. Sepalorum enim duo medio tenus connata, antherarum tubuli apice corrosi sunt, et stylus paullo supra basin defractus est. Ex ulterioribus igitur observa-

tionibus patebit demum, an character de speciminibus prorsus defectis sumtus, constans sit.

Sectio II. DITHECA. Filamentis crassiusculis, antheris bilocularibus *).

7. **Tetratheca viminea** Lindl. caule a basi ramoso, foliis subsessilibus, inferioribus rhombeo-ovatis ternatim verticillatis internodiis multoties brevioribus, superioribus approximatis ovatis verticillatis alternisve, pedicellis axillaribus gracilibus folia longe superantibus glaberrimis, floribus pentameris, antheris cum tubulo ipsis paullo longiore gracili scabris, ovario ovato cum stylo tortuoso glaberrimo. — Lindl. Swan River pag. XXXVIII. n. 184.

In arenosis umbrosis sylvae Bellevue ad fluvium Cygnorum d. 5. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1327.

Fruticulus. *Caulis* 1-2 pedalis et ultra, a basi ramosus, inferne et interdum superne sub foliorum verticillis, setis brevibus rufescentibus patentibus basi bulbosis parce conspersus, ceterum cum ramis glaber, teres, cortice cinerascete ruguloso tectus. *Rami* alterni, oppositi vel verticillati, juniores interdum hirsuti. *Folia* in petiolum brevissimum attenuata, acuta, minervia, coriacea, supra rugulosa et minutissime punctulata, nitidula, subtus opaca, nervo medio valde prominulo, utrinque glabra; *inferiora* ternatim verticillata, rhombeo-ovata vel subrotunda, internodiis multoties breviora, 3-5 lin. longa et 2-4 lin. lata; *superiora* ovata, sensim minora et angustiora, verticillata, vel saepissime alterna, approximata, internodiis vix breviora, juniora ut plurimum supra sparse strigilloso-setosa margineque rigide ciliata. *Pedicelli* pollicares, axillares, uniflori, patentes, filiformes, apice paullisper incrassati, glaberrimi, rubescentes, solitarii, et saepe, quoniam e quavis foliorum axilla orti, ternatim verticillati, basi plerumque sed non semper stipulis 1-2 bracteaefornibus suffulti. *Sepala* 5, glabra vel tenuissime ciliolata, ovata, acuta, 1½ lin. longa, membranacea, rosea, sub anthesi reflexa. *Petala* 5, ovata, acuta, 3-3½ lin. longa, patenti-erecta, purpureo-rosea, basi macula atropurpurea notata. *Stamina* 10, conniventia; *filamenta* crassiuscula, complanata, basi plerumque dilatata, concoloria; *antherae* cylindricae, biloculares, basi rugulosae, levissime ciliolatae, superne cum tubulo ipsis paullo longiore, gracillimo, summo apice attenuato, laevi, flavescente, oblique truncato, et poro terminali instructo, purpureae vel atropurpureae, scabrae. *Ovarium* sessile, ovatum vel subrotundum, compressum, roseum, biloculare, et cum stylo albido glaberrimum; *ovulum* in loculis solitarium. *Stylus* filiformis, stamina non superans, tortuosus, i. e. paullisper supra basin geniculatus et iterum sursum plicatus, utrinque longitudinaliter sulcatus. *Stigma* simplex. *Capsula* desideratur.

Observavi varietates duas hujus speciei memorabiles.

β **microphylla** nob. foliis multo minoribus, pedicellis paullo longioribus, petalisque obscure purpureis.

In arenosis sylvae prope oppidulum Albany, (Plantagenet) mense Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 1318.

Unicum tantum specimen ad manus habeo. *Folia* minora 1-2½ lin. longa, ½-1½ lin. lata, *pedicelli* pollice paullo longiores et *petala*, (in planta

*) Antherae biloculares quidem, rudimenta tamen septorum secundariorum, sub lente bene conspicua, semper conservant.

nusque pilis et trunci brevibus ramis
rigidulis compressis, superficie
angulata immo aspera ^{Inferius} pilis
et a circiter proliaria ^{longius brevibus} pilis ju-
perant. Pedunculis aliterii ra-
cissime gemini patentis 3-4 li-
neas longi filiformes teretes
apice paullo ~~longius~~ immixti ubi
que pilis brevibus & prope fr-
uctibus longioribus saepe glan-
dulosis et pili obscure tubelli
basi bractealis binis linearibus
suffulti. Sepala calycis 4 trian-
gulari ovata acuminata lineam
et quod super est longa indurata
modo pedunculorum subtota, sub-
aut huius relaxa max decidua.
Petala 4 internum 5 usque ad
6 lineas longa et 3 lata, pur-
pureo-roseo basi concoloria
filamina octo ^{filamentis} ^{filamentis} ^{filamentis}
nigrescentibus longis. Filamenta
complanata pallida. Natural
cylindrica quadriloculares app-
purpureae in tubulum flavo-rem-
tum truncatum poro terminati
apertum excurrentes. Ovarium
bipile suborbiculatum fili-
formi compressum stylo subulato fili-
formi 1^o loculo brevius demum
glaberrimus biloculari, loculis
ovulis in utroque ^{loculo} loculo binis
Stigma simplex. Capsula ma-
tura (chenu?) hucusque difformis
var: glaberrima, hae omnino
glabra, eisdem locis.

Tetrathoe bancroftia Ford. McC.

Novae Hollandiae fortasse austro-orientalis. ~~Ab. N. 827~~

T. thymifoliae Smith junniorepau
videre videtur, cuius forte
~~sanctum moram~~ varietatem efformat.

T. ciliata longe diffat: gra-
minibus pericis, sepalis acumi-
natis, foliis angustioribus ret.

Tetrathoe thymifolia Smith.

N. Holl. fortasse austro-orient.

Ab. N. 827.



sicca saltem) saturrime, fere atro-purpureae plantae habitum quidem impertunt alienum, sed haec signa ad differentiam specificam constituendam non sufficere videntur. Ceterae floris partes nullo modo divergunt, nec constructione, nec indumento, nec forma magnitudineque. Tota planta glaberrima est, sed folia interdum juniora, aequae ac in specie primaria, apice sparse et minutissime strigilloso-setosa margineque ciliata sunt.

Obs. Etiam in hac planta, inter cetera normalia, ovarium unicum anomalum, trigonum, trilobulare inventi.

γ setosa nob. caule ramisque pubescentibus setosisque, setis patentibus confertis basi bulbosis, foliis hinc inde denticulatis, denticulis setigeris, subtus glabris supra strigoso-setosis, pedicellis gracilioribus, floribus minoribus et ovario cum styli ima basi levissime ciliato.

In subarenosis sylvae ad fluvium Vasse-River, (Lussen) d. 24. Decemb. 1839. Herb. Preiss. No. 1317.

Non possum separare hanc plantam, cujus unicum tantum specimen exstat, a *Tetratheca viminea* Lindl. Praeter denticulos enim levissimos et raros, dispositio et forma foliorum plane eadem est, et floris partes omnes nullo modo nisi magnitudine ciliisque paucis in ovario et styli basi differunt. *Folia* inferiora supra plerumque glabrata, et *rami* superne densius setosi sunt. Transitus observabis in *foliis supremis* speciei primariae, quorum superficies strigilloso-setosa, in *ramis junioribus*, qui revera pubescunt, et in *parte inferiore caulis*, ubi non raro setis similibus sparsis vestitus est.

8. ***Tetratheca hispidissima* Steetz.** caule tereti ramoso, ramis setoso-hispidissimis, foliis breviter petiolatis alternis oppositis subverticillatisve ovalibus subintegerrimis utrinque setosis margine setis validioribus vestitis, pedicellis axillaribus gracilibus folia longe superantibus glabris vel apice setis raris conspersis, floribus pentameris, petalis ovatis acutis, antheris cum tubulo ipsis paullo longiore gracili scabris, ovario ovato appresse hirsuto, stylo basi pubescente superne glaberrimo recto, staminibus brevioribus.

In arenosis sylvae ad sinum regis Georgii III, mense Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1316.

Fruticulus $1\frac{1}{2}$ pedalis. *Caulis* teres, inferne simplex et glabratus, versus medium ramosus et cum *ramis* strigoso-hispidus setisque rigidulis, patentibus, rufescentibus, basi bulbosis densissime onustus, praesertim in ramis junioribus. *Folia* breviter petiolata, alterna, opposita vel ternata approximata, subverticillata, subcoriacea, ovalia, obtusiuscula, cum petiolo utrinque setoso-strigosa, margine subintegerrima vel levissime undulata, subrevoluta, ciliata, et setis validioribus longioribusque, rufescentibus, patentibus, sparsis, interpositis vestita, supra obscure viridia, subtus cum nervo medio prominulo setis onusto, pallidiora; *inferiora* 3-4 lin. longa, 2-2 $\frac{1}{2}$ lin. lata; *superiora* sensim breviora et angustiora. *Pedicelli* axillares, solitarii, uniflori, in apice ramorum conferti, 6-9 lin. longi, filiformes, apice incrassati et nutantes, patentes, glabei vel versus apicem setis raris, plerumque glanduliferis, conspersi. *Sepala* 5, ovata, acutiuscula, lineam longa, extrorsum glaberrima, introrsum puberula, obscure trinervia, e viridi purpurascens. *Petala* 5, ovata, acuta, patentia-erecta, purpurea, basi macula atropurpurea notata, 3-3 $\frac{1}{2}$ lin. longa. *Stamina* 10, atropurpurea, apice albicantia, paulisper graciliora quam illa speciei praecedentis, a quibus ceterum non differunt. *Ovarium* sessile, ovatum, compressum, bilobulare, pilis appressis dense hirsutum. *Stylus* staminibus evidenter brevior, filiformis, rectus vel obsolete tortuosus, non vero tortuosus, basi latiore hirsutus, sensim attenuatus, supra medium glaberrimus. *Stigma* simplex. *Capsulam* non vidi.


Obs. Hujus quoque speciei distinctissimae nunc tantum specimen exstat, quod obliter adspexit varietatem γ *setosam Tetrathecae vimineae* Lindl. refert, paullo tamen diligentius consideratum: *foliis* non revera verticillatis, et *stylo* recto staminibus brevioribus ab illa recedit. Proxima dein *Tetrathecae setigerae* Endl. Distinguitur vero facillime: *foliis* petiolatis utrinque setoso-strigosis, *petalis* basi macula atropurpurea notatis, *antheris*que bilocularibus scabris.

9. **Tetratheca epilobioides** Steetz. caule tereti ramoso, ramis hirsutiusculis, foliis subsessilibus margine undulatis supra strigosis subtus molliter hirsutis, inferioribus oppositis vel ternatim verticillatis oblongo-ovatis, superioribus alternis lineari-oblongis, pedicellis axillaribus filiformibus glaberrimis folia longe superantibus, floribus pentameris, petalis ovato-lanceolatis acutis erectis, antheris cum tubulo aequilongo gracillimo apice glabro scabris, ovario subrotundo submarginato compressiusculo margine apiceque ciliato, stylo tortuoso basi ciliato, apice glaberrimo.

In limoso-calciosis sylvae inter Mahoganycreek et Halfwayhouse, (Darling's-range) d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1325.

Fruticulus 1-3 pedalis, pulcherrimus. *Caulis* erectus infra medium parce ramosus, apice simplex, cum *ramis* erectiusculis teres, rugulosus, hirsutiusculus, vel interdum inferne glabratus. *Folia* coriacea, subsessilia, basi attenuata, apice obtusiuscula, margine revoluta, undulata et obsolete denticulata, rigide ciliata, penninervia, supra nervo medio impresso, setoso-strigosa, setis marginalibus validioribus, subtus nervis omnibus prominulis et nervo medio pilis longiusculis mollibus obsito, molliter hirsuta; *inferiora* opposita vel plerumque ternatim, raro quaternatim verticillata, oblongo-ovata, 6-10 lin. longa, 3-4 lin. lata; *superiora* ut plurimum alterna, raro opposita, sensim angustiora et breviora, lineari-oblonga. *Pedicelli* axillares, solitarii, uniflori, patentes, filiformes, glaberrimi, rubescentes, apice paullo incrassati, saepissime stipula minima bracteaeformi suffulti, 9-12 lin. longi. *Sepala* 5, ovato-lanceolata, valde acuta, $1\frac{1}{2}$ lin. fere longa, rosea, extrorsum glaberrima, introrsum albo-pubescentia, demum reflexa. *Petala* 5, ovato-lanceolata, acuta, fere semipollicares, purpureo-rosea, basi macula atropurpurea notata, erecta. *Stamina* 10, conniventia; *filamenta* crassiuscula, semilineam longa, concoloria; *antherae* cylindricae, biloculares, basi et introrsum parce ciliolatae, rugulosae, et cum tubulo aequilongo, gracillimo, sensim attenuato, summo tantum apice glaberrimo et flavescente, oblique truncato et poro terminali instructo, verrucis creberrimis scabrae, atropurpureae vel fere nigrae. *Ovarium* sessile, subrotundum, submarginatum, compressiusculum, glabrum, marginibus et apice levissime ciliatum, biloculare; *ovulum* in loculis solitarium, apice appensum, caruncula mucinata obtusa anctum. *Stylus* filiformis, fere capillaris, basi latiore ciliatus, medio tortuosus, apice glaberrimus. *Stigma* simplex, acutum. *Capsulam* non observavi.

10. **Tetratheca aculeata** Steetz. ramis pubescentibus hinc inde setosis, foliis alternis subverticillatisve subsessilibus oblongo-ellipticis subintegerrimis margine revolutis supra hispudulis subtus molliter hirsutis, pedicellis axillaribus filiformibus folia superantibus apice striatis et aculeolatis, floribus pentameris, antheris cum tubulo aequilongo gracili apice glabro scabris, ovario ovato compresso margine apiceque ciliato, stylo recto basi hirsuto apice glaberrimo staminibus subbreiore.



X *Lepidium papillosum* comb. n. p. 261.

sub 42-172' graveolens. Hauii patens
& ramuorum rhachis papillis-summaris
albis clavatis obtusi. Folia #1-2" lg 2-4"
lata glabra ni margine papilloso-
pabra. Flov. minuti. Siliulae 2-3" lg
saepe crassiusculis, pippura angusta
sem. ^{caillibus} glab. Lupa compressa - orata mix 1"
In montibus Jovis prope Crystal
brook & Rocky river exuberans!
Cuth: primum vere.

In Australasia occidentali leg. cl. Preiss, sed quando? Herb. Preiss. No. 1319.

Specimen unicum exstat, et hoc insuper non nisi summitas caulis, foliis inferioribus plane destitutum est. Proxime ad speciem praecedentem accedere videtur, a qua dignoscitur: *foliis* supra non strigosis, sed tantum hispidulis, *pedicellis* versus apicem incrassatum striatis et aculeolis patentibus obsitis, *petalis* purpureis nec purpureo-roseis, *ovario* ovato, nec subrotundo nec submarginato, *styloque* recto, staminibus subbreviore. *Rami* pubescentes hinc inde setosi, setis abbreviatis rufescentibus, basi bulbosis, apice interdum glanduliferis. *Sepala* 5, atropurpurea et pruinosa, acuta, apice setula brevi hinc inde conspersa.

Obs. Suspitor, hanc plantam jam a cl. Lindleyo in App. ad Bot. Reg. pag. XXXVIII. descriptam esse sub nomine *Tetraltheae rubrisetae* l. c. n. 185, sive *Tetraltheae hirsutae* l. c. n. 187. Diagnosis enim utriusque in plantam nostram quadrat. Ceterum, quum ex diagnosi adeo imperfecta, sine autopsia exemplarium authenticorum, plantae definiiri non possint, equidem, ne confusio augetur, *Tetraltheae* nostrae novum nomen imponere coactus sum.

Sectio III. TREMANDROPSIS Filamentis filiformibus.

11. **Tetralthea Preissiana Steetz.** caule ramisque pubescentibus setosis, foliis sessilibus basi attenuatis ternatim verticillatis deltoideo-ovatis acutis ciliatis medio dentatis, dentibus setigeris, vel integerrimis supra hirsutiusculis subtus glabris, pedicellis filiformibus folia paullo superantibus, floribus tetrameris et pentameris, staminibus luteis in tubulum brevissimum productis.

In arenosis montis prope Cataractam versus caput fluvii Cygnorum d. 25. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 1323.

Fruticulus. *Radix* multicaulis, *caules* simplices vel ramosos, $\frac{1}{2}$ -1 pedales agens. *Rami* alterni, oppositi vel ternatim verticillati, cum *caule* teretes, pubescenti-hirsuti, asperi et undique, praesertim infra basin foliorum, setis elongatis, patentibus, rufescentibus, basi bulbosis ornati. *Folia* sessilia, subcoriacea, ut plurimum ternatim verticillata, pauca opposita vel alterna, deltoideo-ovata, acuta, ciliata, basi cuneato-attenuata et apice integerrima, medio dentata, dentibus paucis, utrinque 1-6, acutis, inaequalibus, setigeris, vel tota integerrima et subtriangularia, supra obscure viridia, hirsutiuscula, nervo medio impresso, subtus pallida, glabra, nervo medio prominulo, valido, lateralibus minus conspicuis, 2-6 lin. longa, 1-4 lin. lata; *superiora* sensim minor, ceterum conformia. *Pedicelli* solitarii, ex foliorum axillis plerumque ternatim verticillati, basi stipulis bracteaeformibus minimis suffulti, multiflori, patentes, filiformes, juniores folia vix superantes, puberuli, adulti 6-8 lin. longi, glabrati. *Sepala* 4 vel 5, ovata, acutiuscula, lineam longa, glabra, ciliolata, viridia vel purpurascantia. *Petala* 4 vel 5 ovata, saturime purpurea, 2-3 lin. longa, erecto-patentia. *Stamina* 8 vel 10; *filamenta* filiformia, seminilineam longa, cum *antheris* quadrilobularibus, cylindricis vel obtuse quadrangulis, lateribus sulcatis, in tubulum brevissimum, $\frac{1}{4}$ lin. longum, poro terminali amplo, truncato, vel hinc paullisper emarginato instructum, productis — continua, concoloria, lutea, glaberrima. *Ovarium* sessile, ovatum, compressum, biloculare, hirsutum; *ovulum* solitarium in loculis. *Stylus* rectus, stamina vix ac ne vix quidem excedens basi latiore sensim attenuatus, infra medium hirsutiusculus, apice glaberrimus. *Stigma* simplex. *Capsulam* frustra quaesivi.

Obs. 1. In speciminibus meis flores plerumque tetrameri occurrunt, sed in omnibus pentameros quoque observavi, vel in uno eodemque verticillo cum floribus tetrameris alternantes. Exemplaria omnia juniora sunt, et flores perpauci tantum evoluti pedicellis brevibus puberulis insident.

Obs. 2. Planta nostra, obiter adspecta, *Tetraltheccam ciliatam* Lindl. refert, cujus specimina Mitchelliana et iconem comparavi in Hook. icon. plant. T. 3 tab. 268; sed in hac folia superiora semper alternant, pedicelli breviores et cum sepalis et ovario glanduloso-setosi sunt. Filamenta inprimis crassiuscula et stamina atropurpurea, qualia in speciebus sectionum praecedentium reperiuntur, differentiam satis superque constituent.

Obs. 3. Prima fronte suspicatus sum, *Tetraltheccam piliferam* Lindl. Swan-River pag. XXXVIII. n. 188, (non nisi e diagnosi brevissima mihi notam) eandem esse plantam, ac nostram. Quum vero cl. auctor de staminibus a ceteris Tetraltheccae speciebus adeo diversis nil commemoret, non amplius dubitavi, quin planta illa revera differat a nostra.

Occurrit in collectione Preissiana varietas:

β **integrifolia** nob. statura graciliori, foliisque integerrimis vel 1-2 dentatis.

In limoso-calculosis districtus York, d. 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1324.

Humilior, gracilior, ramosior, minus setosa, verisimiliter in loco steriliore nata. Folia plerumque integerrima, subtriangularia, basi cuneata, vel dentibus 1-2 utrinque instructa sunt; ovarium paullo magis rotundatum evadit quam in specie primaria, a qua praeterea non differt. Flores aequae variant tetrameri et pentameri, tetrameris praevalentibus. Stirps habitum alienum prae se fert, quoniam specimina floribus bene evolutis, pedicellisque semipollicaribus, glabratissimis, purpurascens abundant, qualia in specie primaria, cujus specimina priori anni tempore collecta sunt, raro inveni.

Obs. *Tetralthecca Preissiana* quoad filamenta filiformia et antherarum tubulum brevissimum, transitum quasi in genus *Tremandrae* R.Br. explicat. Sed propter filamenta cum antheris continua, et propter totum habitum a *Tetraltheccae* genere separari non potest.

PLATYTHECA Steetz.

Calyx 5 partitus. *Corollae petala* 5. *Stamina* biserialiter disposita, inaequalia; *filamenta* brevissima, plano-compressa, eum antheris continua; *antherae* compressae, quadriloculares, loculis uniserialibus, tubulo apicis dehiscentes. *Ovarium* biloculare, loculis . . . ovulatis. *Stylus* filiformis, simplex. *Stigma* capitellatum. *Capsula* . . . ? *Semina* Fruticuli graciles ramosi, foliis linearibus integerrimis margine revolutis verticillatis vestiti, (Galii species quasi simulantes,) pedicellis filiformibus axillaribus unifloris. *)

Genus a *Tetralthecca*: filamentis planis antherisque compressis, biserialiter dispositis, inaequalibus, 4 locularibus, loculis uniserialibus et stigmatibus capitellato bene distinctum. In *Tetralthecca* antherae semper cylindricae, aequales, bi-vel quadriloculares, loculis biserialibus, ovarium uniserialiter cingunt. Itaque etiam aestivatio utriusque generis plane diversa. In *Tetralthecca* petala stamina geminatim segregantia utrinque involvunt. In *Platythecca* vero petala utrinque involuta, ad apicem usque sepalis valvatis tecta, stamina non includunt. — Specimina fructifera non vidi.

1. **Platythecca galioides** Steetz. glaberrima, foliis sessilibus verticillatis suboctonis linearibus carnosulis margine revolutis acutiusculis, axillis pemicillatis, pedicellis axillari-

* Nomen e γλῆκε, planus et θύκη, locus.

bus solitariis saepe oppositis filiformibus folia superantibus, antheris ovatis scabriusculis ciliatis, in tubulum gracillimum ipsis sesquolongiorem productis, ovario ovato hirsuto, stylo rectiusculo.

In arenosis umbrosis inter frutices densos ad Preston Creek, (Perth) d. 30. July 1839. Herb. Preiss. No. 1330.

„Suffrutex, ramis flaccidis“. *Caulis* erectus, teres, inferne propter folia delapsa articulatus, cortice purpurascente, nitente tectus, a basi ramosus, cum ramis glaberrimus, 2-3 pedalis et ultra. *Rami* subsimplices, axillares, alterni vel saepius praesertim superne oppositi, foliosi. *Folia* in verticillos disposita, suboctona, sessilia, linearia, carnosula, margine revoluta, ita ut teretia videantur, utrinque glaberrima, vel supra hinc inde setula minutissima adpersa, nitida, acutiuscula, divergentia vel demum reflexa, 4-8 lin. longa, $\frac{1}{2}$ -1 lin. lata, in inferiore caulis parte internodiis multo breviora, in superiore et in ramis internodia aequantia, vel paullo etiam superantia. *Verticilli* articulis apice turbinatim incrassatis et pedicellatis insidentes. *Pedicelli* axillares, solitarii, plerumque oppositi, uniflori, filiformes, glabri vel versus apicem incrassatum puberuli, patentes, pollicares. *Sepala* 5, ante anthesin valvatum petala tota tegetia, basi brevissime connata, lanceolata, acuminata, $2\frac{1}{2}$ -3 lin. longa, sub anthesi colorata, margine ciliolata, infra medium ciliis longiusculis, apice glandulosis intermixtis, ceterum glabra. *Petala* 5, obovata, mucronata, sepalis paullo longiora, patentia, purpurea, basi macula atro-purpurea notata. *Stamina* 10, inaequalia, biseriatim disposita, quorum interiora 5 ovarium cingentia longiora, ab exterioribus 5 brevioribus alternatim teguntur; *filamenta* brevissima, plana, cum antheris continua, basi attenuata; *antherae* compressae, quadriloculares, loculis miserialibus, ovatae, extrorsum purpureo-luridae, scabriusculae, introrsum laeves, pallidae, longitudinaliter trisulcatae, margine ciliatae, apice in tubulum anthera sesquolongiorem, medio tenus verrucis acutis deorsum spectantibus onustum, et basi ciliis longiusculis barbatum, ex purpureo sensim roseum, supra medium glaberrimum, flavescens, attenuatum, oblique truncatum et poro terminali instructum — productae; *tubuli* antherarum interiorum exterioribus paullo longiores, graciliores, basi minus verrucosi, sed magis barbati conspiciuntur. *Ovarium* sessile, ovatum, compressiusculum, biloculare, hirsutum; *ovula* in loculis conspiciere mihi non contigit, speciminibus ad examinandum non sufficientibus. *Stylus* filiformis, staminibus paullo brevior, rectiusculus, basi medio tenus ciliis sursum spectantibus hirsutiusculus, superne glaberrimus. *Stigma* simplex, capitellatum. *Capsulae* non suppetunt.

2. **Platytheca Crucianella** Steetz. ramis pubescentibus, foliis sessilibus verticillatis subdenis linearibus carnosulis margine revolutis acutiusculis supra sparse muricato-ctosis, axillis penicillatis, pedicellis axillaribus solitariis filiformibus folia superantibus levissime puberulis, antheris ovatis vix scabriusculis ciliatis, in tubulum gracillimum ipsis duplo longiorem productis, ovario ovato velutino, stylo supra basin paullisper torto.

In regionibus interioribus Australasiae meridionali-occidentalis mense Novembr. 1840. Herb. Preiss. No. 1331.

Proxime ad speciem praecedentem accedens, nil forsitan nisi varietatem ejus exhibet. Differt vero praeter characteres indicatos: Habitu peculiari, multo graciliore, caule humiliore, vix pedali, foliis minus divaricatis non reflexis, sed potius arrectis, articulis densius penicillatis, pedicellisque semper solitariis, (in speciminibus 6 a me examinatis nunquam oppositos vidi). In planta sicca praeterea petala angustiora et breviora videntur, et tubulus antherarum imo exteriorum minus verrucosus, totus fore flavet.

3. **Platytheca crassifolia** Steetz. ramis pubescentibus, junioribus glanduloso-pilosis, foliis sessilibus verticillatis suboctonis linearibus carnosis crassis margine revolutis obtusiusculis supra undique muricato-tuberculatis, axillis penicillatis, pedicellis axillaribus solitariis raro oppositis filiformibus folia superantibus setulis brevissimis patentibus obsitis, antheris late ovatis vix scabriusculis margine laevibus in tubulum gracillimum ipsis triplo fere longiorem productis, ovario subrotundo velutino, stylo supra basin torto.

In Australasia occidentali et meridionali - occidentali leg. cl. Preiss, sed quando? Herb. Preiss. No. 1320 et No. 1321.

Affinis quidem speciebus duabus modo commemoratis, sed sine ullo dubio bona species. *Antherae* enim breviores, margine non ciliatae cum tubulo longiore minus barbato, et *folia* muricato-tuberculata, crassissima, fere obtuse triquetra, abbreviata, lineas 6 raro excedentia, obtusiora, plantam prima fronte distinguunt. No. 1320 et 1321 quorum non nisi specimina singula vidi, nullo caractere essentiali inter se differunt.

TREMANDRA R.Br. Endl. gen. n. 5645.

Meisn. gen. pag. 22. (20.)

1. **Tremandra oppositifolia** Steud.*) caule crecto ramoso pilis stellatis dense tomentoso, foliis oppositis petiolatis basi subeordatis ovatis subundulato-crenatis obtusiusculis supra asperulis subtus pilis stellatis dense et albo-velutinis, pedicellis axillaribus unifloris oppositis foliis dimidio brevioribus.

In turfosis umbrosis sylvae ad radices montis Elphinstone, (Plantagenet) d. 11. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1669. Ferl. Bauer!

„Frutex bipedalis“. *Caulis* erectus ramosus, et cum *ramis* axillaribus, oppositis, decussatis, teres, pilisque stellatis, olivaceis dense tomentosus. *Folia* opposita, decussata, petiolata, petiolo tereti stellato-tomentoso 1-2 lin. longo, basi vix cordata, ovata, obtusiuscula, subundulata, integerrima vel margine leviter inaequaliter et obtuse crenata, penninervia, supra nervis impressis viridia, pilis stellatis sparsis basi tuberculatis asperula, subtus nervis prominulis reticulata, albida, mollissime velutina, pilis stellatis densissime obsita; *inferiora* 1-1½ pollicaria, 10-12 lin. lata, *superiora* et *ranorum* sensim breviora et angustiora. *Pedicelli* axillares, uniflori, oppositi, ebracteati, crassiusculi, penduli, pilis stellatis dense tomentosi, 4-7 lin. longi. *Sepala* 5, lanceolata, acuta, membranacea, pilis stellatis extrorsum conspersa, introrsum glabrescens, 2 lin. longa. *Petala* 5, obovata, breviter nunguiculata, sepalis paulo excedentia, erecto-patentia, venosa, purpurea; *lamina* utrinque glabra, in unguem cuneatum, platum, confuamum, ciliatum, extrorsum glabrum, introrsum supra imam basin laevem, pilis simplicibus albidis densissime barbatur — attenuata. *Stamina* 10; *filamenta* filiformia, 1-1½ lin. longa, concoloria, cum *antheris* bilocularibus, obtuse quadrangulis, lateribus longitudinaliter sulcatis, sordide purpureis, undique setis brevibus pa-

*) Planta errore quodam cum Bättneriaceis ad cl. Stuedelium missa, nomine hoc characteristico ornata in manus meas venit. Diagnosin et descriptionem accuratorem ego ipse elaboravi.

Elatineae, Cambiosedes.

E. gratiolaris, Jurt. Muller

E. gratiolooides All. Cunningham.
(nomen ob falsam constructionem
mutatum)

Loris inundatis prope Elshabe
inter finem Speerri & unatis
F. Lindbergi

Descriptio melioris cognitaris ergo
augenda: Folia ~~laevia~~ oblonga
inspiratione pellucida 1/2-3^l lata
& duplo longiora. Flores ~~sup~~ in-
terdum manifeste petiolata.
Calycis laciniis subrotatae 3.
Sepala 3 rotundata rubra. Stam.
6. Petalum. Stylis IV reflexis. Capsula
diametro lineari, ^{valvis} linearibus. Sem.
vitae pulva nitidula tubum lineam longa
A. H. : var.

Eupimum cardaminoides, Jurt. Mull.

Cardamine pubnula p. 262
Fransitum a hortiis Varennae ad
Arabidellam fugit.
Stems albi.

Monoptera phlebotetala, Jurt. Mull.

caulis herbaceus simplicibus v. paucis
angulatis, foliis lato linearibus ^{carminatis}
petalorum lamina angusta oblonga ruga
piliatilis puerello longioribus subrotundis
ultra medium paulo angustatis vix ad
quintam partem usque diffusis breviter acc-
quato alatis, stylo tubulos piliatilis acque
vel superante!

Oppidum prope rivum Rocky-creek.
Stuba pueris nita ^{v. affinis} Pithamaco vel digitalis mul-
tivalis. Melius cum ptoiebus N. H. ar. r. r. r.

tentibus hispida, poro terminali, marginibus oppositis hinc convexis illuc concavis, deliscentibus — articulata. *Ovarium* sessile ovatum, compressum, pilis stellatis densissime velutinum, biloculare; *ovulum* in loculis solitariis evolvere mihi non contigit, duobus tantum exemplaribus suppetentibus. *Stylus* filiformis, rectus, $1\frac{1}{2}$ lin. fere longus, ima basi pilis paucis stellatis conspersus, ceterum glaberrimus, crassiusculus, summo apice attenuatus, utrinque longitudinaliter sulcatus. *Stigma* simplex. Specimina fructifera non vidi.

Obs. *Tremaudrae* generis character minus, ut mihi videtur, collocandus erit in loculis uniovulatis ovarii bilocularis, (quales etiam in plurimis *Tetrathecae* speciebus observavi,) sed potius in *antheris bilocularibus, tubulo plane destitutis, et cum filamentis filiformibus articulatis.*

SAPINDACEAE Juss.

(Auctore F. A. GUIL. MIQUEL.)

DIPLOPELTIS. Endl. gen. n. 5625. Meisn. gen. pag. 346.

1. **Diplopeltis Preissii** Miq. foliis serrato-vel plerumque pinnatifido-incisis, (segmentis latis vel linearibus, integris, vel incisis) marginibus nervis utrinque eauleque pilosis, pedunculis pedicellis sepalisque marginibus glandulis pedicellatis instructis, floribus roseis.

Crescit in divulis calcareis inter frutices densos, haud longe ab ora maris, in regione Perth, 18. Jun. 1839 cum fl. Herb. Preiss. No. 1281.

A *D. Hügelii* Endl. *Pl. Hügel.* pag. 13. foliis profundius incisis, floribus roseis (nec candidis), et squamae c disco productae forma abunde differt. „Suffrutex 2-3-pedalis, erectus“, ramosus, foliorum variabilitate (sed in iisdem ramis plus minus conformium) insignis. *Rami* virides vel purpurascens, teretes vel superne obtuse tetragoni, inferne glabrati, superne albidopubescentes. *Folia* alterna, sessilia, erectiuscula, viridia, nervis in quibusdam purpurascens, coriacea, oblonga, apice obtusa vel acutiuscula, in aliis ramis serrato-incisa, incisuris obtusiusculis, mediis quam superiores latiusculae et infimae angustae stipularum ad instar cauli appressae longioribus, in aliis pinnatifido-incisa, segmentis oppositis remotis, linearibus, integris vel inciso-dentatis, majora 3-4 cent. longa, superiora sensim minorae, nec tamen minus incisa, si excipias *floralia* plerumque lanceolata minuta; primas inflorescentiae ramos subtendentia. *Omnia* marginibus incrassatis nervisque majoribus utrinque hirtello-pubescentia. *Panicula* terminalis e *racemis* erecto-patulis alternis scorpioideis apice floriferis composita, 16-20 cent. longa, pubescens, glandulis pedicellatis atro-fuscis pube intermixtis. *Bractae* pedunculos primarios subtendentes, *infimae* aliquando foliiformes incisa, *reliquae* lanceolatae, superne sensim minores, marginibus glandulis pedicellatis pilisque ciliatae, saepe rubescentes. *Pedunculi* tenues, sparse bracteolati, apice scorpioideo-floriferi. *Flores masc.* *Pedicellus* 4-6 mm. longus, crebro-glandulosus, basi *bractea*, decidua lanceolata ciliata aliquando basi fere pedicellatum contracta stipatus. *Sepala* ovato-elliptica, obtusa, concava, intus laevia, pallida, extus viridia pilis albis sparse hirtella, marginibus glandulis pedicellatis nigro-ciliata, $1\frac{1}{2}$ mm. circiter longa, anti-

cum et posticum paullo latiora. *Petala* 4, rosea, in sicco juniora saturate, adulta dilute violacea, obovato-rotundata basi in unguem $\frac{1}{3}$ long. contracta, integerrima, e basi flabellatim venulosa, 6 mm. longa. Discus postice in *squamam* carnosam in sicco subaurantiaco-fuscam, lata basi sessilem rotundatam latam, sepalo retrojacente breviorum bilamellatam productus; *lamellae* subaequilongae, exterior paullo brevior, margine undulata, interior cristato-incisa. *Stamina* 8, 3 ante sepala exteriora, 1 sepalo sinistro, 1 dextro opposita *filamentis* dilute violaceis glabris petala superantibus, *antheris* violaceis sensim pallescentibus, oblongis, bilocularibus, loculis oppositis antice delhiscentibus, postice medio affixis. *Ovarii* rudimentum minimum.

2. **Diplopeltis Lehmannii** *Miq.* foliis spathulato-lanceolatis versus apicem sparse serratis utrinque incano-tomentoso-pubescentibus, panicula glanduloso-asperula, petalis retusis, capsulae trilobae coecis rugoso-reticulatis pedicellato-glandulosis.

Crescit in lapidosis subumbrosis montium continuorum Darling's-range in reg. Perth, 9. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1282.

„Frutex bipedalis erectus“. Habitu florum magnitudine ac colore praecedenti haud absimilis, sed foliorum forma ac tomento distinctissimus. *Rami* inferne glabrescunt vel minute puberuli, teretes vel obsolete tetragoni, *ramuli* nascentes tomentose hirti. *Folia* (superiora stirpis feminae) spathulato-lanceolata acutiuscula, versus apicem sparse irregulariter serrata, basi integerrima attenuata, coriacea, incana, 3-4 $\frac{1}{2}$ cent. longa, $\frac{1}{2}$ -1 cent. lata. *Paniculae* elongatae axes *pube* minuta appressa *glandulisque* pedicellatis atro-fuscis patentibus demum inflexis rigidulisque subasperuli. *Bractae* *bracteolaeque* ellipticae vel elliptico-lanceolatae. *Sepala* ut in praecedente disposita, sed elliptica, obtusa, pube appressa albida in dorso, glandulisque pedicellatis imprimis in marginibus instructa. *Petala* subrotunda leviter retusa, integerrima in unguem $\frac{1}{5}$ - $\frac{1}{4}$ long. contracta. *Stamina* 8 ut in praecedenti specie disposita, in *floribus masc.* qui racemorum apices occupant. petala aequantia, *filamentis* in sicco purpurascens, in *femineis* castrata, *filamentis* abbreviatis. *Antherae* oblongae, obtusae, fusciscentes. *Disci squama* bilamellata fusca, lamella externa brevior truncata, interna dentata. *Capsula* immatura triloba, calyce persistente suffulta, coecis angulo centrali cohaerentibus (*stilo* centrali filiformi diutius persistente demum deciduo), inferne contractis nudis, vertice rotundato reticulato-rugosis, glandulis pedicellatis venulis fuscis impositis. *Pericarpium* cartilagineum. *Semen* in quovis loculo unicum ascendens, fuscum, cum rudimento ovuli non circumdati.

THOUINIA Poit. Endl. gen. n. 5618.

Meisn. gen. pag. 52. (37.)

Adonada

Linnaea XVIII, 95.

1. **Thouinia (?) adenophora** *Miq.* foliis alternis imparipinnatis, glandulosis, foliolis oppositis carnosis anguste cuneato-linearibus, inferioribus bifidis, superioribus emarginatis, summis integerrimis, racemis axillaribus vel in ramulis terminalibus, capsulis tricoccis trilatis.

Crescit in confragosis montium continuorum Darling's-range. Herb. Preiss. No. 2442.

Species quoad genus haud omnino certa, cum ne rudimentum quidem floris in unico ramulo capsulifero reperire licuit, et a reliquis *Thouiniis* foliis impari-pinnatis, coecis basi etiam alatis et cotyledonibus oblongis nec lineari-

bus recedens, an cum *Th. australi* A. Rich. in proprium genus conjungenda? Frutex. *Rami* teretes; *ramuli* subangulosi, glandulosi. *Folia* alterna, sessilia, valde glandulosa et ut videtur viscida, impari-pinnata, *rhachi* crassa planiuscula, articulata, *foliolis* 1-3-5-jugis, erectis angustissimis articulatis, 6-2 mm. longis. *Capsulae* confertissimae, in racemis paucifloris vel in axillis foliorum trifoliorum solitariae, trialatae, breviter pedicellatae, in samaras tres extus totas alatas, axi centrali tenui adnatas solubiles, alis glandulosis, fuscis, venosis. *Semen* solitarium, compresso-lenticulare, *testa* coriacea, atro-nitida, *embryone* curvato, cotyledonibus oblongis plicatis.

DODONAEA Linn. Endl. gen. n. 5626.

Meisn. gen. pag. 53. (38.)

1. **Dodonaea pterocaulis** Miq. ramulis triquetris anguste trialatis, foliis subsessilibus elliptico-vel obovato-lanceolatis, basi attenuatis, apice subpungenti-acutis, marginibus revolutis integerrimis, supra glabris, viscidulis?, subtus minute puberulis sensim glabratis, pedicellis axillaribus solitariis-ternis, capsula tetragona (rarissime pentagona!) subverniosa, carpellis dorso infra apicem in alam acutam erectam productis quadricorni parumper brevioribus.

Crescit in rupestribus montis prope Tjallop reg. Kent. 17. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2440.

„Frutex bipedalis“. *D. ceratocarpae* Endl. in Enum. pl. Hügel, pag. 13, *D. triquetrae* Andr. et *D. Baueri* Endl. l. c. affinis. — *Rami* vetustiores trigoni subapteri; *ramuli* densi, breves, erecti. *Folia* 1½-2 cent. longa, 5-7 mm. lata. *Capsulae* absque alis 7 mm. longae. *Semina* lenticularia, atra, nitida.

2. **Dodonaea aptera** Miq. ramis teretibus, ramulis compressis, foliis breviter petiolatis obovatis, oblongo-vel spatulato-obovatis, basi attenuatis, apice rotundatis vel emarginatis utrinque glabris, nascentibus viscosis, marginibus leviter revolutis, pedicellis e pedunculo communi ternis vel paucioribus capsulam latam brevem tetragonam infra apicem alae rudimento coriaceo e carpellorum dorso producto subapteram multo superantibus.

Crescit in clivulo calcareo Arthur's-head (Perth) et in insulis Garden-island et Rotenest, 9. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 2439.

„Frutex 2-5-pedalis“, conferte ramosissimus. *Ramorum* vetustiorum cylindraceorum cortice rimoso-fibroso. *Ramuli* triquetri-compressi ancipites. *Folia* pallide viridia, coriacea, glabra, nascentia verniosa, 2½-4 cent. longa, ⅔-2 cent. lata. *Capsulae* subverniceo-punctatae, 7 mm. longae, 10 latae, tetragonae, *carpellis* apteris, dorso infra apicem in alae rudimentum rigidum acutato-producto. Dissepimenta seminifera tenuiter membranacea. *Semina* lenticularia, castaneo-fusca, laevissima, nitidissima.

3. **Dodonaea sororia** Miq. ramis teretibus, ramulis semitereti-ancipitibus, foliis coriaceis utrinque glabris, viscosis longinseculis petiolatis, elliptico-obovatis, basi valde contracta in petiolum decurrentibus, apice lato plerumque retusis, subtus subtilissime venulosis, racemis axillaribus pau-

cifloris, pedicellis subfastigiatis elongatis, capsulisque juvenilibus tetragonis glandulosis.

Crescit in collibus arenosis insulae Rotenest 20. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2388.

D. ceratocarpae Endl. et *D. apterae* cognata, sed pedicellis valde elongatis statim dignoscenda.

„Frutex bipedalis“. *Rami vetusti* teretes, *juniores* tetragono-ancipites, compressi, *ramuli* semitereti-compressissimi, ancipites et ut folia viscida. *Folia* imprimis superiora longius petiolata, adulta rigide, juniora membranaceo-coriacea, utrinque viscida, $2\frac{1}{2}$ -5 cent. longa, $1\frac{1}{3}$ - $2\frac{1}{2}$ lata, iis *D. apterae* simillima sed subtus evidentius venulosa. *Pedicelli* 1-2 cent. longi, sursum incrassati. *Capsulae* tetragonae, apiculatae, adhuc valdopere juveniles apterae.

4. **Dodonaea humifusa** Miq. ramulis triquetro-compressis, foliis obovato-cuneatis vel obovato-lanceolatis, basi attenuatis, apice spinoso pungenti tridentatis vel integerrimis supra versus margines subtus in nervo medio minutissime puberulo-hirtellis, cito glabratis, capsulis tetragonis apteris pedicello brevioribus.

Crescit in limoso-glareosis districtus Hay, Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2441.

Capsularum forma *D. apterae*, foliorum autem *D. asplenifoliae* Rudg. et *D. cuneatae* Smith (Linn. Transact. Tom. XI Tab. 20 et 19) affinis.

„Frutex humifusus“. *Caule* decumbenti, flexuoso, tereti, radicante, cortice rimoso solubili. *Rami* decumbentes, teretiusculi, densi, *ramuli* triquetro-compressi, herbacei, nascentes minutissime puberuli. *Folia* ob ramorum situm decumbentem ad unum latus directae, patula, coriacea, pallide virida, vix vernicosa, supra versus margines minute puberula marginibus ciliolata, subtus imprimis in nervo medio prominente minutissime puberulo-hirtella, forma varia, majora obovata cuneata, apice tridentato-spinoso-pungentia (rarissime quinque-dentata), alia repanda, alia elliptico-lanceolata, integerrima, omnia marginibus revoluta, 1-2 cent. longa, 4-10 mm. lata. *Pedicelli* axillares solitarii vel terni, sursum incrassati, 1-2 cent. longi. *Capsulae* tetragonae, 6-7 mm. longae, carpellorum dorso versus apicem extenuato-acutato (rudimento alae). *Semina* lenticularia, nigra, nitidula.

5. **Dodonaea Preissiana** Miq. partibus omnibus junioribus verniceo-viscosis, foliis erectis rigido-coriaceis glabris junioribus grosse glandulosis, spathulato-linearibus, apice triangulari acutiusculis, versus basin sensim in petiolum contractis, marginibus subrepandis, floribus dioicis racemosis, capsulis lato-tripteris, alis maturis membranaceis.

Crescit inter rupium fissuras montis Hardy, reg. York. 11. Sept. 1839, sp. masc. et fem. Herb. Preiss. No. 2437; et in rupestribus montis Currie.

D. viscoso L., *D. spathulatae* Smith, affinis videtur, foliorum autem forma et capsulae alis facili negotio discernenda.

„Frutex 4-5 pedes altus“, ramosissimus. *Rami vetustiores* teretes, sordide nigricantes, cortice rimose soluto, *juniores* cortice fusco nitido obducti. *Ramuli* angulati subtetragoni, glandulis elevatis subtiliter tuberculati et vernice nitente obducti. *Folia* alterna, erecta, coriacea, *juniora* saturate viridia, grosse glandulosa et tota vernicosa, *adultae* et vetustiora lutescentia et vernice sensim diminuto in sicco minus rigida, spathulato-linearia, fere inde ab apice sensim et demum versus basin in *petiolum* contracta, apice ipso plerumque triangulariter acuto acutiusculo, marginibus integerrimis vel obiter subdentatim repandis et subrevolutis, nervo medio percurrente subtus imprimis prominente venulas vix visibiles patulo-ascendentes emittente, 3-5 mm.

In plantulis hinc virgultis in campis
pluribus - rarij v. rarij

D. angustata Forst. Mel.

D. attenuata Hb. L. n. 61, hinc
quidem affinis, talis plantula
est divinum, in edictiva

~~D. serrata~~ ad montem
In aruipis ad montem
frequenter. cruda, glabra
foliis planis linearibus in basin
subulata. In hinc hinc
foliis et serratis hinc hinc

D. curvata Nees. Ullita Forst. Mel.

(ab consuetudine remota.)

D. triquetra foliis similis et
ita in littoribus ad Stuart. missis
nominata. In ultima hinc
dispositio florum saccuosa est.
Hb. L. n. 62. In quibus ad fl.
Murrayi. Novbr. 1847. et nova?
D. hirsutissima Forst. Mel.

D. curvata Smith. hinc maxima parte
D. erythrocampa Forst. Mel.
in planta arenga hinc
ante lacum Victoriae. Ex eundem
Aprile 1848. Hb. L. n. 60.

D. longipes George in general. histor.
of daklam. pl.

D. Preissiana Forst. Mel. in littoribus
ad Stuartium. Ex opinione, ut el
mij longitud. folior. haud recte
definitio est. D. longipes propin-
quissima nisi species nova hinc D.
Hb. Stuart. num. 58. (Ullita Forst. nominanda)

Folius clatior foliis variegato -
pluribus. In cataractas
montium Loty - ranges inter rupes

Adonaea curvifolia Furmen

in pineta Callitris vepus
litoralis finis Laurenti Vincennes
Nov. 1848. D. M. M. Folia cur-
vifariam ^{pinifoliam} v. albi assulant
(fr. D. M. M.) in pinetionem et
designatorem v. l. detestoni re-
linguo. C. D. M. M. novum a

me datum ^{novum} (curvifolia v. aff.)

labragramis, ^{viscosa stipitata} brevibus ^{vel elongatis erectis} ^{plano} ^{obovatis} ^{emarginatis} ^{apiculatis} ^{integerrimis}
pinnatis, ^{obovatis} ^{emarginatis} ^{apiculatis} ^{integerrimis}
pinnatis, ^{obovatis} ^{emarginatis} ^{apiculatis} ^{integerrimis}
floribus ^{obovatis} ^{emarginatis} ^{apiculatis} ^{integerrimis}
libusque ^{obovatis} ^{emarginatis} ^{apiculatis} ^{integerrimis}
antheris ^{obovatis} ^{emarginatis} ^{apiculatis} ^{integerrimis}
tri-raro tetrapteris, alis angustis
Frut. 3-4'. In p. lva Pine-forest
trans rivulum v. albi - creek by
C. D. M. M. Nov. 48. Flori & fructif.
Carpus McQuigton in "Frutidopsis"
"Murray - fructif." v. v. l. Apr. 49.

- D. deflexa Furmen conf. p. 231.
- D. lobulata Furmen conf. p. 231.

D. similiformis Lin.

Sum ^{proximas} ^{phragis} ^{Canianae}
quum ^{deflectus} ^{capitulae} ^{plan-}
~~latam~~ ^{incommodam} ^{esse} ^{debent} ⁱⁿ ^{his};
lozan ^{species} ^{invasiva} ^{D. pini-}
foliae ^{proxime} ^{fronuda}. H.
pl. ^{euphorbiacea}? ^{hl. S. fin. n.}
Raro ⁱⁿ ^{arosis} ^{fructif.} ^{difficilis}
litoralis ⁱⁿ ^{ocantur} ^{Pay} ^{dicti}.
pl. ^{eterna} ^{F. M.}

Ad. pinnatifolia

Adonaea humilis Indl.
Ad C. Murray vepus McQuigton
May 1849. Flores unisexualis. Difficilis
a brevi pinnati Walp. Fruct. v. l. n.

longa, 3-5 mm. versus apicem lata. *Flores* dioici, in racemis axillaribus et terminalibus dispositi, viscidissimi. *Masc.* brevius pedicellati, virginales tetragoni. *Sepalis* ellipticis acutis marginibus floccoso-laceris (an ex viscidiae?) *staminibus* 8, sepala haud superantibus, *filamentis* brevissimis, *antheris* oblongis, bilocularibus, leviter introrsum curvatis. *Racemi feminei* pauciflori, *capsulis* longe pedicellatis, subpendulis, basi annulo e sepalis superstite suffultis, trialatis. *Alae* subsemiorbiculares vel semilunatae, membranaceae, juniores virides, glandulosae, viscidissimae, adultae tenuiter membranaceae, fusciscentes, 1 cent. circiter longae. Dissepimenta e tenui axi producta, tenuiter membranacea. *Semina* nigricantia.

6. **Dodonaea (?) ericoides** *Miq.* tota hirtello-pubesens, foliis oppositis summis subalternis alternisque (axillisque fasciculato-foliosis) anguste linearibus subacerosis integerrimis vel apice tridentatis, semitereti-revolutis, supra in medio sulcatis, rigidis, pedicellis terminalibus solitariis brevissimis, capsulis tetragonis incano-pubescentibus, angulis in medio dorso cornuto-alatis.

Crescit in regionibus interioribus Australiae austro-occidentalis, raro!! Herb. Preiss No. 2435.

Species habitu singulari, foliis oppositis, pedicellis terminalibus, calycibus ad immaturam capsulam persistentibus inter congenes fere heterogenea, ob capsulam tamen plane congruentem huc relata.

„Fruticulus humilis ramosissimus“. *Rami* vetustiores teretes, cortice fibrose soluta. *Ramuli* tereti-tetragoni, herbacei, hirtello-pubescentes. *Folia* opposita, summa alternantia sed plerumque binatim approximata, omnia in axillis fasciulo foliorum foventia, in sicco rigida, acerosa, laete viridia, angustissime linearia, usque ad nervum medium prominentem revoluta, supra sulcata, integerrima vel versus apicem tridenticulata, utrinque patentim hirtella, 5-8 mm. longa. *Flores* solitarii, terminales, brevissime pedicellati, deflorati: *calyx* quadripartitus, patens, lobis ovato-ellipticis, acuminatis, viridibus postice pubescentibus. *Filamenta* 8, brevissima, teretia, sepalis opposita et alterna. *Ovarium* minutum subtetragonum *Capsulae* immaturae calyce persistenti suffultae, incano-pubescentes, tetragonae, carpellorum in dorso medio in alam brevi-lanceolatam coriaceam quasi cornu referentem productae; e media capsula *styli* rudimentum glabrum exsurgit.

7. **Dodonaea pinifolia** *Miq.* glabra viscosa, ramulis tetragono-compressis, foliis sparsis acerosis rigidis angustissime linearibus, valde revolutis glandulis elevatis, remote stigmatosis, nitidis, floribus dioicis axillaribus solitariis, masculis brevissime pedicellatis octandris, femineorum pedicellis clavatis capsula tetragona quadrilobata valvulis dorso infra apicem cornuto-alatis quadricorni brevioribus.

Crescit in glareosis montis prope St. Roman's-well, reg. York et in planitie arenosa Quangoon, reg. Victoria, 12. Apr. 1840. Herb. Preiss. No. 2438.

Species distinctissima, *D. ericoide* proxime accedens, sed omnium partium glabritie et singulari foliorum forma facili negotio inter congenes discernenda.

„Frutex pedalis“. *Rami* vetustiores subteretes cortice filamentose secedente. *Ramuli* glandulosi vernicosi, tetragono-compressi. *Folia* alterna vel in ramulorum apicibus subfasciculata, lutescente-viridia, vernicosa, angustissima, integerrima vel rarissime uno alterove margine unidentata, supra glandulis elevatis stigmatosa, valde (usque ad nervum medium) revoluta et hinc supra convexa, 1-2½ cent. longa. *Flores masc.* brevissime pedicellati,

clausi, tetragono-subtetraquetri, *sepalis* vernicosis ellipticis acutis, capsulam mentientes. *Capsulae tetragonae*, 7 mm. longae, *pedicello* clavato 5 mm. longo sustentae, styli demum in partes 4 soluti vestigio rostellatae; *dissepimentis* molliter membranaceis, valvulis navicularibus, vernicosis, dorso ad apicem alae rudimento cornuformi instructae.

OLACINEAE Mirb.

(Auctore F. A. GUIL. MIQUEL.)

OLAX Linn. (R.Br.) Endl. gen. n. 5492.
Meisn. gen: pag. 45. (33.)

- Olax Benthamiana** Miq. foliis sessilibus linearibus apice uncinato-mucronatis, floralibus densis ovalibus vel obovatis apice postice mucronulatis, carinato-complicatis, flores solitarios amplectentibus, corolla quinquefida, filamentis sterilibus bifidis, inferne pilorum seriem juxta corollam demittentibus.

Crescit inter saxa calcarea clivuli haud longe ab ora maritima, distr. Perth. 19. Jan. 1839. Herb. Preiss. No. 2095.

Olax strictae R.Br. ex phrasi nostram adscripsissem, nisi cel. auctor expressis verbis declaraverit, in *Olacibus* Novae Hollandiae a se examinatis filamenta sterilia *indivisa* esse, in nostra autem bifida reperi.

„Frutex bipedalis, erectus, ramis distichis. Flores albi“. *Ramuli* viridescens, glabri, angulosi aliquando fere tetragoni. *Folia* lata, basi articulatim sessilia, linearia, inferne paullo contracta, apice obtusiuscula, subuncinatum mucronata, uninervia, 1-1½ cent. longa, 2-fere 3 mm. lata, superne concaviuscula. *Folia floralia* (fere bractee dicenda, et inflorescentia fere spicata) densa, fere imbricata, illis multum breviora, ovalia vel obovata, apice postico mucronata, omnino carinato-complicata et florem axillarem solitarium recipientia. *Flos* breviter pedicellatus, 5-6 mm. longus, virginalis cylindraceo-clavatus. *Calyx* patens truncatus a lateribus utrinque elevatus, hinc quasi bilobus. *Corolla* quinquefida, an petalo quinto toto libero?, *petalis* lineari-lanceolatis. *Stamina fertilia* 3, *filamentis* brevibus, *antheris* ovalibus luteis, polline aureo. *Filamenta sterilia* exserta, alba, bifida, laciniis planis linearibus, apice subcapitellato-involutis. *Stigma* trilobulatum.

Dodonaea foliolifolia Cunningham
Sub hoc nomine a Stuartia
nissa a Don non in Syffina
recepta, affinis D. pinnatifolia et
foliolifolia.

Fruit 8-10' Syff. South Is. v.
Jarm. hb. N. II n. 34. 179. 25. 48.
Fol. alterna! conferta non fasci-
culata!

Dodonaea foliolifolia p. 347. Syff. (183. 179)

Dodonaea illisa Forst.

^{glabra}
Dodonaea - virens, ramis erectissimis
ramulis acutis angulis, foliis lineari-
auriculato vel oblongo - spathulatis
longe angustatis margine pubescentibus
dentatis, floribus diocis altricio
sexus indifferentibus axillaribus et
terminalibus racemosis panicu-
latis masculis brevis pedi-
cellatis cum medimento germinis
gemminis longius pedicellatis
„Frutex $1\frac{1}{2}$ pedalis floribus dioicis.“ *Caules* ramosi, distorti, rugosi, fusi. Ramulorum loco fasciculi foliorum 2-5. *Folia* 4-5 lin. longa, $\frac{2}{3}$ lin. lata, acuta, supra canaliculata, subtus obtuse carinata, squamis orbiculatis adpersis peltatis puncto medio obscuriori tanquam poro notatis micantibus dense vestita, elacagnoidea. *Stipulae* parvae triangulares scariosae, fuscae, persistentes. *Flos* in centro fasciculi solitarius, subsessilis, a folio summo enim ejus stipulis suffultus. *Calyx* 2 $\frac{1}{2}$ lin. longus, ovalis, quinquangularis, coriaceus, ore quinquefido clauso, squamatus sicut folia. *Corolla* longitudine calycis, tenera, rosea, infundibuliformis, ad medium usque quinquefida, laciniis obovato-cuneiformibus, obliquis. *Tubus* staminens tubo corollae cohaerens, limbum aequans, in floribus δ paulo longior. *Filamenta* propria brevia 20 in flore δ in flore σ decem. *Antherae* milocellatae, reniformes, rima verticali dehiscentes. In flore hermaphrodito styli 2-4 (5?), filamentis longiores, crassi, acuti, purpurei, introrsum stigmatosi. *Fructus* immaturus calyce corollaque marcescente vestitus, oblongus, trilocularis, loculis multiovulatis, nescio an in carpella secedens.

Obs. Differt a *Lawrencia glomerata* Hook. foliis integerrimis et floribus solitariis. (N. ab E.)

PHYTOLACCACEAE Endl. gen.

pag. 975.

GYROSTEMON Desf. Endl. gen. n. 5264.

Meisn. gen. pag. 235.

1. **Gyrostemon ramulosum** Desf. caule diffuso, ramis prostratis ramulosis, foliis lineari-semiteretibus. Desf. in Annal. du Mus. 6. tab. 17. — 8 tab. 10. fig. a. Endl. in Enumerat. plant. Hügel pag. 10.

In arenosis calcareisque inter frutices prope urbiculum Freemantle (Perth), n. Decembri 1838. Herb. Preiss. No. 1234.

„Frutex prostratus, ramis elongatis ramulosis.“

CARYOPHYLLEAE Juss.

(Auctore F. T. BARTLING.)

Subordo I. PARONYCHIEAE.

LEPIGONUM Fries. Wahlbg.

(Spergularia Pers. Endl. gen. n. 5218.)

1. **Lepigonum brevifolium** Bartl. glanduloso-pubescentis: caulibus simplicibus, internodiis compressis; foliis internodio brevioribus lineari-filiformibus supra planiusculis; cyma pauciflora aequali; pedicellis calyce sesquolongioribus; sepalis corollam aequantibus, capsula trivalvi subduplo brevioribus; seminibus immarginatis granulato-asperis.

In solo sublimoso vallis prope praediam rusticum Dom. Philips (Victoria) d. 19. Mart. 1840. Herb. Preiss. No. 1945.

Caules digitales, simplices, erectiusculi, cum foliis pedicellis calyceibusque glanduloso-pubescentes, internodiis compressis, intermediis subpollicaribus. *Folia* internodio duplo triplove breviora indeque remota, lineari-filiformia, supra planiuscula, subtus convexa, acuta mutica. *Cyma* terminalis dichotoma, regularis 5-7-flora. *Pedicelli* calyce circiter sesquolongiores, tenues, florentes et fructus maturos gerentes stricti, erecti, deflorati horizontales. *Calyx* 2 lin. fere longus, sepalis ovato-oblongis, obtusis, uninerviis, interioribus anguste membranaceo-marginatis. *Petala* alba, ovata, calycem subaequantia. *Stamina* 10, sepalis triplo fere breviora. *Capsula* calyce subduplo longior, trivalvis, valvulis superne recurvis. *Semina* parva, nigra, cuneato-semirotunda, immarginata, exalata, granulis minutis acutis aspera.

2. **Lepigonum anceps** *Bartl.* caulibus adscendentibus glabris, internodiis superioribus compresso-ancipitibus; foliis lineari-filiformibus mucronatis utrinque planiusculis; cyma subraceinosa multiflora glanduloso-pubescente; pedicellis calyce pluries longioribus gracilibus; petalis (rubris) calycem aequantibus; capsula trivalvi calyce vix longiore; seminibus immarginatis.

In arenosis prope praedium rusticum Cl. Nash (Perth), d. 10. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1944.

Caulis spithamei, adscendentes vel erectiusculi, glabri, parce ramosi, ramis plerisque abbreviatis. Internodia $\frac{1}{2}$ -2-poll. longa, ima teretiuscula, superiora eximie compresso-plana ancipitia. *Folia* caulina internodio saepissime breviora, ramulorum subfasciculata, carnosa. *Stipulae* ut in congeni-
bis. *Cyma* subfastigiata multiflora, pedunculis pedicellis calycibusque pili-
articulatis glanduliferis patentibus parce glanduloso-pubescentibus. *Pedicelli*
tendens capillares fere, demum 9-12 lin. longi, florentes erectiusculi vel sub
mutantes, defflorati saepe refracti, fructus maturos gerentes iterum erecti stricti.
Sepala vix sesquilineam longa, anguste ovato-oblonga, uninervia, rotundato-
obtusata, interiora margine lato membranaceo. *Petala* calyce vix longiora,
ovato-oblonga, rubra, persistentia. *Stamina* 10, sepalis duplo breviora.
Capsula anguste ovata, calyce vix longior, trivalvis, valvulis apice parum
recurvis. *Semina* immatura immarginata: matura desunt.

3. **Lepigonum laxiflorum** *Bartl.* caulibus adscendenti-
bus subpubescentibus, internodiis teretiusculis; foliis lineari-
filiformibus submucronatis utrinque planiusculis, internodio
brevioribus; floribus inferioribus axillaribus remotis, sum-
mis subcymosis; pedicellis elongatis gracillimis; petalis (pal-
lide rubellis) calycem aequantibus; capsula trivalvi calycem
subsuperante; seminibus immarginatis minutissime granulatis.

In arenoso-conchyliosis humidis prope lacum insulae Rotenest d. 20. Aug. 1839.
Herb. Preiss. No. 1943.

„Herba prostrata. Flores rosei“. *Semina* perparva cuneato-subtrigona,
obscurae fusca.

A *L. ancipiti*, cui proxime affine, differre videtur: *caulibus* a basi
parce pubescentibus ramosioribus, ramis magis elongatis, internodiis longiori-
bus omnibus fere teretibus; *pedicellis* gracillimis longioribus, omnibus fere
remotis axillaribus solitariis vel alaribus, ultimis solummodo subcymosis, de-
floratis vix refractis sed potius patentibus vel horizontalibus; *floribus* paulo
minoribus; petalis pallidioribus; denique capsulis calyce evidenter longiori-
bus, valvulis magis recurvis.

Subordo III. ALSINEAE.

CERASTIUM Linn. Endl. gen. n. 5241.

1. **Cerastium glomeratum** *Thuill.* caule erecto vel
adscendente; foliis subrotundis ovalibusque, inferioribus in
petiolum angustatis; paniculae ramis glomeratis; bracteis
omnibus herbaceis calycibusque apice barbatis; pedicellis
fructiferis calycem aequantibus brevioribusque; petalis ca-

lycem subaequantibus. Koch. syn. ed. I. pag. 121. — *C. ovale* Pers. syn. I. pag. 521.

In solo turfoso-arenoso ad Stirling's-terrace, Plantagenet d. 21. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1949, in arenosis prope lacum insulae Rotenest d. 21. Aug. 1839.

Subordo IV. SILENEAE.

SILENE Linn. Endl. gen. n. 5248. Meisn. gén. pag. 24. (21.)

1. **Silene gallica** Linn. annua: racemis terminalibus plerumque geminatis viscoso-pubescentibus; floribus alternis; calyce tubuloso hirsuto, fructifero ovato, dentibus lauceolato-subulatis; petalis obovatis indivisis integerrimis denticulatis emarginatisve; foliis anguste oblongis, inferioribus obovatis. — Vaill. bot. par. tab. 16. f. 12.

In solo humoso prope Woodbridge, Perth, d. 31. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1950.

Calyces fructigeri in pedicellis adscendentibus erectiusculi.

PORTULACEAE Juss. Endl. gen. pag. 946.

Tribus II. AIZOIDEAE Endl. l. c.

(Auctore F. A. G. MIQUEL.)

TETRAGONELLA Miquel.

Calyx liber, quadrifidus, limbi laciniis ellipticis cœnosis, praefloratione subimbricatis. *Corolla* nulla. *Stamina* 12, ante et inter sepala disposita, *filamentis* filiformibus, *antheris* erectis oblongis bilocularibus, loculis oppositis, rima laterali antice hiantibus. *Ovarium* liberum, triloculare? loculis uniovulatis? *Stigmata* 3 vel 2, exserta, subclavato-teretia, hispidula.

Herba succulenta, glabra, crystallino-papillosa, *foliis* alternis vel in ramulis abbreviatis subfasciculatis, lanceolato-ellipticis cœnosis, *floribus* axillaribus solitariis longe pedunculatis.

Genus e siccis speciminibus fructibusque carentibus aegre extricandum, *Tetragoniae* et *Galeniae* affine, ab illa *stigmatibus*, *ovarioque* libero, et ab hac *staminum* situ satis diversum.

1. *Tetragonella amplexicoma* Miq.

Crescit in clivis arenosis insulae Rotenest, 19. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2393.

„Herba ramis intricatis, floribus flavis.“ *Rami* filiformi-teretes, glabri, epidermide fibrosa. *Ramuli* alterni, vagi, foliorum fasciculorum vestigiis tuberculati, juniores papilloso. *Folia* alterna, plerumque supra ramosos contractos fasciculata, comosa, in sicco submembranacea, glabra vel glabriuscula, flaccida, obsolete uninervia, non nisi ad lentem fortiozem parce venulata, elliptico-lanceolata, obtusa vel obtusiuscula, basi in petiolum longiusculum attenuata, cum petiolo 3-4½ cent. longa, ½-fere 1½ cent. lata. Bases petiolorum post folia lapsa persistentes incrassatae. *Flores* axillares, solitarii, *pedunculis* filiformibus sursum parumper incrassatis 1-2 cent. longis sustentis, virginales obovati, florescentes obovato-semiglobosi, 2-3 mm. longi. *Calycis* succulenti quadrifidi lacinae ellipticae. *Stamina* 12, vix exserta (uno ante singulas calycis lacinas, alia inter sinus disposita?) *filamentis* subulato-filiformibus; *antheris* laete luteis. *Stigmata* staminibus paullo longiora, in sicco nigricantia.

Tribus V. CALANDRINIAE. Endl. l. c. pag. 950.

(Auctore NEES ab ESENBECK.)

TALINUM Adans. Endl. gen. n. 5178.

Meisn. gen. pag. 130. (94.)

Sectio inter b et c media. *Stylus* usque ad basin fere tripartitus, *stigmatibus* filiformibus divergentibus attenuatis. *Placenta* brevis. *Plantae* humiles, annuae, Novam Hollandiam incolentes. — *Petala* deflorata inferne in tubum cohaerentia, fructum calyptrae ad instar tegentia.

1. *Talinum nanum* A. ab E. caule basi ramoso ramis lateralibus procumbentibus adscendentibus apice caulis brevissimi longioribus, foliis carnosis alternis sessilibus oblongis obtusis subtus convexis supra depressis, floribus in racemum terminalem simplicem subsecundum tam caulis quam ramorum dispositis brevipedicellatis.

In depressis arenosis umbrosis ad ripam fluvii Cygnorum supra oppidulum Perth. Septembri a. 1839. Herb. Preiss. No. 1930.

Planta vix pollice altior, *radice* tenui recta subsimplici. *Rami* simplices, inferiores caule sub duplo longiores, terrae incumbentes, adscendentes, apice racemiflori sicuti et caulis apex. *Folia* vix unguicularia, glabra, demum defluentia: superiora vix lin. longa, obovata. *Racemus* scorpioideus videtur, flexuosus, e cyma proficiscens, ebracteatus, vel ubi bractea accedit, luce laterali, nec pedicello subjecta. *Pedicelli* ½-1 lin. longi. *Flos* 2 lin. latus („sordide albus.“ Preiss.). *Calycis* foliola ovato-subrotunda, herbacea, decidua relicto disco orbiculari capsulam sufficiente. *Petala* quinque, oblonga, calyce duplo longiora, patentia, libera. *Stamina* 10; *filamenta* basi dilatata:

antherae ovales, locellis discretis parallelis. *Stigmata* longa. *Capsula* rigida, chartacea, nitida, petalorum marcescendum calyptra involuta, ovato-subglobosa, obsolete trigona, trivalvis, in nostris autem clausa valvulis arcte cohaerentibus. *Semina* funiculis longis erectis placentae basilari brevi adfixa, multa, parva, ovali-lenticularia, striata, fusca.

Propter stylum ad basin ferme divisum, et vitam annuam cum sectione secunda (Talinastro) conjungi nequit, a genere autem tam diu haud removendam esse hanc speciem censeo, dum in eo restant sectiones *Talinellum* et *Entmon*.

CALADRINIA H. B. K. Endl. gen. n. 5179.

Meisn. gen. pag. 130. (94, 357.)

C. leptandra (Lam.) Fenzl. in Endl. Enumer. p. 172, 235.

1. **Calandrinia liniflora** Fenzl. glaberrima, caulibus (ex una radice pluribus) simplicibus adscendentibus, foliis lineari-filiformibus teretiuseulis carnosis basi attenuatis, racemo laxo terminali, petalis 5 late obovatis sepalis ellipticis mucronulatis subtriplo longioribus, staminibus 10 basi in anulum membranaceum connatis. Fenzl in Endl. Enumerat. pl. Hügel pag. 52. n. 172. Walp. Rep. 2. pag. 236. n. 22. (*C. linifolia* errore calami.)

in arenosis ad fluvium Cygnorum, Augusto a. 1839. Herb. Preiss. No. 1952.

⊙

2. **Calandrinia polypetala** Fenzl. glaberrima, caulibus adscendentibus, foliis teretiuseulis filiformibus, racemo laxo terminali, petalis 8-10 oblongis ellipticisve integerrimis roseis sepala ovato-subrotunda duplo superantibus, staminibus 8-10 in anulum membranaceum basi connatis.

α. caulibus simplicibus, racemo terminali *simplici* vel inferiori minori aucto.

Calandrinia polypetala Fenzl in Endl. Enumerat. pl. Hügel. pag. 51. n. 171. Walp. Rep. 2. pag. 236. n. 21. (Swan River, Hügel.)

β. **composita**. caule supra basin in ramos multos fastigiatos basi simplices a medio inde compositos ramosos diviso.

In arenosis prope oppidulum York, Octobri a. 1839. Herb. Preiss. No. 1951. „Herba annua, humifusa. Flores rosei.“ (Preiss.)

3. **Calandrinia calyptrata** J. Hook. caule ramosissimo ramis valde diffusis, foliis lineari-spathulatis, superioribus (supremis) minutis bracteiformibus, pedunculis circa ramos apicem axillaribus elongatis post anthesin deflexis, petalis in corollam calyptriformem connatis. — Hook. leones plant. t. 296. Walp. Rep. 2. pag. 236.

In arenosis insulae Rotenest, Augusto a. 1839. Herb. Preiss. No. 2100.

**Petala* 5, distincta ut in reliquis, sed tenerrima et apicibus denique marcescendo conglutinata, quo facto corolla calyptrae ad instar capsulae

vertici inhaeret. *Stamina* 5. *Stigmata* 3, subsessilia, clavata. *Calyx* ad $\frac{1}{4}$ bifidus. — Est planta digitalis et humilior, *Montiae* habitu, laxa, irregularis, floribus parvis. *Radix* simplex, annua.
„Flores pallide rosei.“ (Preiss.)

MESEMBRYANTHEMEAE Fenzl,
in *Ann. Wien. Mus.* 1. pag. 347, 349.
Endl. gen. pag. 945.

MESEMBRYANTHEMUM Linn. Endl. gen.
n. 5163. Meisn. gen. pag. 129. (93.)

§. 18. **HUMILLIMA** DeC.

1. **Mesembryanthemum australe** Ait. (?) caule semitereti reptante, foliis triquetris glancescentibus punctulatis laevibus incurvantibus, pedunculis obtuse ancipitibus basi bibraectatis. H. Kew. 2. pag. 187. Haw. synops. pag. 241. ed. Schrank. pag. 261. DeC. Prodr. 3. pag. 428. n. 103. Salm-Dyk. 3. n. 12.

? Var. pedunculo (solo obvio, fructifero) subtripollicari.

In districtu Victoria, Martio. J. Drummond legit. Herb. Preiss. No. 1909. Specimen niuis incompletum.

§. 20. **ACINACIFORMIA** Salm-Dyk.

2. **Mesembryanthemum virescens** Haw. caulis (crassis) decumbenti-prostratis, foliis subinaequilateri-tri-quetris subvirentibus, pedunculis terminalibus solitariis alato-ancipitibus, calyce quadrifido, stigmatibus octo filiformibus. Haw. Syn. pag. 236. ed. Schrank. pag. 260. DeC. Prodr. 3. pag. 429. n. 117. Salm-Dyk Monograph. 3. t. 93. (secundum Walp. Repert. 2. pag. 268.), quae tabula in nostro hujus operis exemplo deest.

In arenosis prope oppidulum Freemantle, Decembri a. 1838. Herb. Preiss. No. 1908.

„Prostratum, ramis valde elongatis. *Folia* triangularia, subacinaciformia. *Flores* laete purpurei. Ab incolis Colonial-Figs et ab aboriginibus, qui fructum comedunt, Kolboje appellatur.“ (Preiss.)

Apud Candollium l. c. pro „*petiolis* basi albis“ legendum „*petalis* basi albis.“

Tetragonella implegiroma Miq.

Locis umbrifis litoralibus vel
subfaldis inferiorum hinc inde.

Plumbea ^{glabra vel pilosa} proconvexis ^{minutula} suffrutescens
caulis supra ~~glabra~~ papilloso
tinctus crystallino-papilloso
lineari-lanceolata basi longe
angustata saepe formis inter
mediis in formam rhombicam
mergensia ad 1" lata et 2 1/2" cum
petalo longa. F. & A. es intus
lucis odoratissimi.

Anth: vere, aest.

Molleria australasica J. & M.

In vallibus madidis mont. Lefty-r.
Ad fl. Oukapar.

Anth. rubr. sing. nigrescent. Ab. intricata
in humidis affinis glaucida.

Silene Gallia.

Fraxifraga ex Europa quum me
a antea calouiam visitasse nondum
"reperita" Mhr in litt.

Molleria pulvinaris J. & M.

Novis ripariis fl. Murray aruapam
~~pinum~~ ~~Walden~~ unicus!

Causpitis vel pulvinos ficibus, quum
intricata proconvexis. Anthracae ru-
bellae max nigrescentis. In lala
basi sinus fissa.

Anth: vni, aest.

FRANKENIACEAE St. Hilaire.

Endl. gen. pag. 913.

(Auctor NEES ab ESENBECK.)

FRANKENIA Linn. Endl. gen. 5053.

Meisn. gen. pag. 22. (20.)

1. **Frankenia fruticulosa** DeC. foliis linearibus acutiusculis margine revolutis glabris basi non ciliatis, canibus erectis glabris; calycibus acutis glabris. DeC. Prodr. I. pag. 350. n. 13.

In arenosis exsiccatis inter Restiones ad ripam fluvii Cygnorum prope Peninsulam, Januario a. 1839. Herb. Preiss. No. 1283.

„Suffrutex 2-3-pedalis, ramis intricatis. Flores incarnati.“ (Preiss.)

DROSERACEAE DeC. Endl. gen. pag. 906.

DROSERA Linn. Endl. gen. n. 5033.

Meisn. gen. pag. 22. (19.)

Sect. I. ROSELLA DC. Prodr. I. pag. 317.

§. 1. ACAULES.

1. **Drosera platystigma** Lehm. foliis minimis orbiculatis petiolatis supra margineque glanduloso-ciliatis, stipulis scariosis, scapo simplici erecto uni-paucifloro calyceque pauciglanduloso, stylis tribus indivisis, stigmatibus peltatis. Lehm. Pugill. VIII. pag. 37.

In solo glareoso inter frutices densos Plantagenet prope „Seven miles bridge“, d. 20 m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1994.

Planta pulchella, humilis. *Folia* numerosa, conferta, rosulata, terrae adpressa, cum petiolo 2 lineas longa. *Lamina* exacte orbicularis, pagina inferiore glabra, superiore glandulis sparsis versus marginem crebrioribus obtecta, margine longe glanduloso-ciliata: ciliis laminam aequantibus. *Petiolus* lamina duplo fere longior. *Stipulae* ad basin petiolorum scariosae, albae, margine serratae, a basi ad medium usque indivisae, dein trifidae, laciniis lateralibus plerumque bifidis, intermedia trifida, interdum vario modo laciniatae: laciniis lanceolatis. *Scapus* erectus, pollicaris, tenuis, apice

1-3 florus, glandulis nonnullis minutis instructus. *Sepala* ovata, acuta, basi angustata, extus glandulosa. *Petala* obovata, calyce triplo longiora, 2-2½ lineas longa, 1½ lin. lata, pulchre punicea, venis saturatioribus striata. *Filamenta* glabra, calycem aequantia: antherae oblongae, longitudinaliter deliscentes. *Ovarium* sphaericum, glabrum, subcoloratum. *Styli* tres, simplices, stamina subaequant, diaphani, stigmatibus peltatis nigris.

2. ***Drosera pulchella* Lehm.** foliis parvis orbiculatis petiolatis supra margineque glanduloso-ciliatis, stipulis scariosis, scapo adscendente simplici paucifloro calyceque pauciglanduloso, stylis 5, stigmatibus linearibus papillosis. Lehm. l. c. pag. 38.

In districtu Plantagenet ad Stirling's-terrace locis turfosis arenosis d. 8 m. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 1992.

Herba bipollicaris. *Folia* rosulata terrae adpressa, in statu sicco laete viridia. *Lamina* orbicularis petiolo plano, bilineari, glabro duplo brevior. *Cilia* marginem cingentia basi sunt latiora longitudine fere folii. *Stipulae* scariosae prope basin foliorum omnino ut in *Drosera Platystigma*. *Scapi* adscendentes plerumque bipollicares, glandulis minutis instructi. *Pedunculi* 2-4, breves, in modum racemi dispositi, inferiores lineam longi. *Petala* obovata, basi cuneata, calyce plus quam duplo longiora, rosea, striis saturatioribus longitudinalibus. *Stamina* quinque: antheris longitudinaliter deliscentibus. *Styli* 5, indivisi: stigmatibus lateralibus elongatis papillosis. *Semina* oblonga, nigra, subpunctata.

Obs. D. Platystigma valde affinis; sed diversa foliis majoribus, scapo adscendente praesertim floribus minoribus, stylorum numero, stigmatibusque elongatis non peltatis.

3. ***Drosera pygmaea* DC.** foliis minimis orbiculatis subpeltato-petiolaris supra margineque glanduloso-ciliatis, stipulis scariosis, scapo simplici erecto paucifloro calyceque subglanduloso, stylis tribus indivisis, stigmatibus elongatis lineari-subclavatis. — DC. Prodr. 1. pag. 317.

Drosera micrantha Lehm. l. c. pag. 39.

Rarissime occurrit in locis arenosis prope oppidulum Perth, -d. 26 m. Sept. 1839 lect. Herb. Preiss. No. 1995.

Radix e fibrillis paucis, filiformibus, simplicibus, brunneis constat. *Folia* numerosa, dense rosulata, inferiora terrae adpressa, plerumque infuscescentia, superiora in statu sicco obscure viridia, omnia 2 lin. longa. *Lamina* orbiculata, semilinearis, non sensim in petiolum attenuata sed subpeltato-petiolaris. *Pili* glandulosi marginem foliorum cingunt et laminam longitudine superant. *Stipulae* scariosae ad basin petiolorum, margine serratae, acute trifidae, lobis iterum divisis in lacinias plures setaceas. Hae stipulae in apice rosularum saepe dense aggregatae, imbricatae, bulbillum referunt album ut in *Drosera Platystigma* et *pulchella*, sed in his bulbillum referunt album ut minus conspicuus est. *Scapus* pollicaris, rarius bipollicaris, filiformis hinc inde glandulis minutis instructus, rarius glaber et subnitidus, apice 2-6-florus. *Pedunculi* breves vix semilineam longi, ut et calyces subglandulosi vel glabriusculi. *Sepala* lanceolata, obtusiuscula, ½ lin. longa. *Petala* obovata, alba, calyce paullo longiora. *Stamina* brevissima, glabra: antheris subrotundis. *Ovarium* sphaericum, glabrum. *Styli* 3, simplices, breves: stigmatibus linearibus subclavatis indivisis, papillosis, stylo longioribus.

Obs. Characteribus accedit ad *Droseram Platystigma* et *pulchellam*, sed habitum valde est diversa. A priori differt praeter alias notas: floribus multo minoribus albis, a posteriore foliis minimis, scapo erecto, floribus minoribus stylorumque numero.

Cucurbitaceae, Juss.

Cucumis Linné

C. pubescens Willdenow

In interioribus leguntur omnibus
armigeri pinguatoris Mart.

C.

Introductus occurrit ad Torres
plemum & in hortis

Species ut videtur apud DC
nondum descripta. Sane accedit

C. prophetarum, sed fructus valde
amari sunt. Foss. idem ac C. Spu-

do-Colocynthis Hoyle monitum
Minalagayum, fauce haec
valde infecti ap. Walpers descripta

Drosera pygmaea DC.

B. Hook. & G. sine numero, ^{Wey (Cap. Juss.)} Farnaji
e loco delatiano. Descripta

Linnæana? papum 2-6 florum
signat, quae ipse semper unifo-

rum inveni, uti etiam diagnosi
Dioniana docet. — Sir. Stuartii

Littor. in herpatis Eucoumbe
Wey, in utiginosis ad fl. South

Est river Dec. 1848. hb. G. Farn II
n. 780. In: 7. papilla R. Per non

et (18. d. Humboldt).

Habitu & fol. forma Tetragonellae

Tetragonia inermis: Calyx 4fidus: lami-
nis 2 latioribus obtusis 2 acutioribus &

angustioribus, rarior aristatus. Stamina
a botto pauciora pro ca. l. brevia

anther flavae. Siphilla 4-7 linearia
brevissima flavo virentia

Auth: var.

Sect. II. ERGALEIUM DC. l. c.

§. 1. CAULESCENTES.

* *Foliis rosulatis.*

4. ***Drosera rosulata* Lehm.** caule brevi simplici squamoso, foliis rosulatis late obovatis basi cuneatis supra margineque glanduloso-ciliatis, pedunculis aggregatis unifloris folia aequantibus, calycibus glabris. Lehm. l. c. pag. 36.

Crescit locis arenoso-infosis ad fluvium Cynornum prope oppidulum Perth, d. 29 m. April. 1839. Herb. Preiss. No. 1983.

Radix in speciminibus Preissianis deest, sed verisimiliter bulbosa. *Caulis* erectus, pollicaris, et paullo longior, fibris cinerascens dense tectus. *Folia* 6-8 in rosulam expansa ut videtur terrae adpressa, 6 lineas circiter longa, 3-3½ lin. lata, obovata, apice rotundata basi cuneato-attenuata, non petiolata, nervo medio basi valide incrassato apice tenuiore ramulosoque percursa, subtus glaberrima, supra et margine glandulis stipitatis purpureis, cum stipite fere lineam longis ciliata. *Pedunculi* congesti, (4-10) longitudine foliorum, juniores breviores, glaberrimi, teretes, semper uniflori. *Sepala* ovata, acuta, glabra, 2 lin. longa. *Petala* calyce triplo longiora, obovata, basi cuneata, alba striolis (in floribus siccis non discoloribus) longitudinalibus. *Stamina* 5, calyce vix breviora. *Filamenta* aequalia: antheris subrotundis. *Ovarium* subsphaericum, glabrum. *Styli* capillaceo-multifidi. Secundum adnotationes Preissianas antherae in viva planta sunt baciae, filamenta alba et germen cum stylis viridi-flavum.

Obs. Valde similis *Droserae bulbosae* Hook. Icon. plant. tab. 375; sed nostra est humilior, foliis sessilibus triplo latioribus. Pedunculi, qui in icone Hookeriana foliis duplo longiores reperiuntur in *Drosera rosulata* folia non sperant. An forsitan varietas?

A *Drosera erythrorhiza* Lindl. differt statura humilior et praesertim pedunculis brevibus unifloris.

5. ***Drosera erythrorhiza* Lindl.** radice bulbosa coccinea, caule brevi simplici, foliis rosulatis obovato-rotundatis supra marginibusque villosis glandulosis pedunculo solitario cymigero, cyma puberula. — Lindl. Swan-River Bot. pag. XX. n. 90.

In arenosis umbrosis sylvae prope oppidulum Perth, d. 13 m. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 1987.

Caulis pollicaris squamis nonnullis lauceolatis glabris. *Folia* 6-7 lin. longa, 5-6 lin. lata, basi subangustata subtus glaberrima, supra margineque pilis albis (½ lin. longis) glandula purpurea terminatis dense vestita. *Pedunculus* glaberrimus circiter bipollicaris. *Cyma* 6-20-flora. *Pedicelli* plerumque glanduloso-puberuli. *Sepala* ovata, acuta, 2½ lin. longa. *Petala* alba calyce duplo longiora. *Stamina* calycem subaequantia: antheris subrotundis. *Styli* capillaceo-multifidi.

6. ***Drosera macrophylla* Lindl.** radice tuberosa solida, caule simplici, foliis (magnis) rosulatis cuneatis apice truncatis in petiolum brevem attenuatis supra marginibusque glanduloso-pilosis, pedunculis aggregatis folio longioribus 2-3 floris. — Lindl. l. c. n. 91. Hook. Icones plant. Vol. IV. tab. 376.

In solo turfoso humido ad portum Princess Royal Harbour, d. 17 m. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 1986.

Affinis *Droserae erythrorhizae*, a qua differt: foliis duplo majoribus basi magis attenuatis, tenuioribus reticulato-venosis, pedunculisque gracilioribus 1-3 floris.

7. ***Drosera glanduligera* Lehm.** foliis parvis obovato-rotundatis in petiolum attenuatis supra margineque glandulosis; seapo suberecto pedunculisque racemosis glandulosis. Lehm. l. c. pag. 37.

In solo sublimoso inter frutices Perth, d. 30 m. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1976.

Planta pusilla. *Folia* omnia radicalia. *Lamina* obovata, rotundata, subtruncata, longitudine fere petioli, $2\frac{1}{2}$ lin. longa, subtus glabra, supra margineque pilis longioribus basi latioribus apice glandulosis instructa. *Scapus* erectus fere pollicaris, a basi ad apicem usque pilis glanduligeris tectus, in singulo specimine subsimplex apice biflorus in reliquis omnibus floribus (4-8) racemosis instructus. *Pedunculi* glanduloso-pilosi, 2 lin. circiter longi. *Flores* puniceae, primum erecti, dein horizontaliter patentis vel subdeflexi. *Calyx* extus glandulosus, sepalis lanceolatis, basi subattenuatis, lineam longis, margine fimbriatis: fimbriis glanduligeris. *Petala* obovata, basi cuneata, calyce duplo longiora.

8. ***Drosera ramellosa* Lehm.** caule brevissimo apice squamoso plerumque stolonifero, foliis parvis rosulatis suborbiculatis in petiolum attenuatis utrinque glabris margine glanduloso-ciliatis, pedunculis 1-3 floris foliis subduplo longioribus. Lehm. l. c. pag. 40.

In locis arenosis humidis prope lacum insulae Rotenest, d. 17 m. Junii 1839. Herb. Preiss. No. 1990.

Planta pusilla, vix pollicaris, glabra. *Radix* ut videtur bulbosa. *Caulis* semipollicaris, prope basin nudus, apicem versus squamis nonnullis glabris tectus et verticillo foliorum unico terminatus. Ex axillis foliorum oriuntur *rami* laterales seu stolones ascendentes, semiunciam fere longi. *Folia* ramorum lateraliu alternata, ceterum reliquis conformia, omnia orbiculata, subcuneata et in petiolum aequilongum decurrentia, cum petiolo 3 lineas longa, glabra, margine pilis apice glandulosis ciliata. *Flores* solitarii insident pedunculo glabro, simplici vel subramoso et tunc 2-3 floro stolonibus vix longioribus vix quidem longiore. Quandoque pedunculi uniflori oriuntur in axillis foliorum ramorum lateraliu, sed hi pedunculi semper sunt brevissimi et folia non superant. *Sepala* ovata, obtusa, glabra, apice denticulata, $1\frac{1}{2}$ lin. longa. *Petala* obovata, alba, calyce longiora. *Styli* tres, in lacinias 6 vel plures irregulares vel potius inaequales divisi.

9. ***Drosera porrecta* Lehm.** bulbo sphaerico coccineo, caule erecto anguloso glabro saepe stolonibus adscendentibus instructo, foliis verticillatis orbiculatis in petiolum angustatis, pedunculo e verticillo supremo orto apice paniculato subglanduloso. Lehm. l. c. pag. 41.

In locis arenosis montis „Eiza mountain“ Perth, d. 20 m. August 1839. Herb. Preiss. No. 1985.

Radix gracilis, perpendicularis, basi bulbo parvo, sphaerico, intus pulchre coccineo terminata, tota longitudine fibris tenuissimis subflexuosis et apice squamis herbaceis instructa. *Squamae* inferiores minimae, lanceolatae, sequentes majores, supremas infra verticillum foliorum primum postae fi-

neari-subspathulatae, foliis simillimae et ab iis vix distinguaendae. Verticilli semper duo, ex foliis decem compositi. *Folia* 5 lin. longa, *lamina* orbiculari, margine pilis purpureis glandulosis; petioli modo angustiores modo latiores, sensim in folium dilatati. *Caulis* circiter pollicaris, angulatus, glaber, verticillo foliorum altero terminatus. Ex hoc verticillo oritur *pedicellus* solitarius, vel 2-4, quorum unus et intermedius reliquis longior est. *Pedicellus* intermedius 3-4 poll. longus, glaber, aphyllus, laterales — si adsunt — circa bipollicares, verticillum unicum foliorum orbicularum, petiolo 2-5 lineari insidentium ferentes. *Paniculae* corymbosae vel subracemosae; rami glandulis minutis sparsis instructi, plerumque basi bracteis setaceis fulti, inferiores 4-6 lin. longi, superiores breviores. *Sepala* in speciminibus siccis nigricantia, ovata, acuta, apicibus patentibus vel subreflexis. *Petala* alba sepalis duplo longiora. *Antherae*, teste cl. Preissio, sulphureae. *Styli* capillaceo-multifidi.

Obs. Simillima *Droserae stoloniferae* Endl. in Hüg. Enumerat., a qua differt: stolonibus lateralibus brevibus vel nullis, praesertim vero eo, quod flores semper e verticillo foliorum superiore proferuntur, nunquam vero e verticello inferiore.

10. ***Drosera stolonifera* Endl.** foliis radicalibus spathulatis rosulatis, stolonibus e basi procumbente adscendentibus, foliis suborbiculatis petiolatis quaternatim verticillatis scapum racemoso-paniculatum aequantibus, calycibus glabris. Endl. in Enumerat. plant. Hüg. pag. 5. n. 13.

In locis arenosis umbrosis inter frutices silvae prope Peninsulam, Perth, d. 31 Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1984 et in solo turfoso-arenoso prope montem Wuljenup, Plantagenet, No. 1977.

Stolones nunc scapo florifero breviores nunc eo longiores, non semper steriles sed interdum ex axilla inferiore vel ex suprema pedunculos solitarios emittentes. *Folia* internodiis breviora nunquam longiora, petiolo latiori vel angustiori insidentia. *Flores* albi.

** *Foliis sparsis solitariis ternisve.*

11. ***Drosera Hügeli* Endl.** caule erecto flexuoso glabro, foliis sparsis longe petiolatis peltatis orbiculatis, racemis paniculatis, pedicellis bracteisque glaberrimis, petalis sepala acutiuscula glaberrima ciliata duplo superantibus. Endl. in Enumerat. plant. Hüg. pag. 6. n. 15.

In solo turfoso humido inter frutices densos plantitiei prope oppidulum Albany (Perth,) d. 8 m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1980.

Flores secundum adnotationes Preissianas purpurei. *Petala* calyce plus minusve longiora. *Filamenta* calyce duplo breviora, antheris oblongis. *Styli* capillaceo-multifidi.

12. ***Drosera pallida* Lindl.** caule erecto flexuoso glaberrimo, foliis caulinis alternis longissime petiolatis peltatis orbiculatis glanduloso-fimbriatis, axillaribus brevibus geminis, racemis terminalibus paniculatis, petalis sepala acuta integerrima duplo superantibus. Lindl. Swan-River Bot. pag. XX. u. 87.

In arenosis subumbrosis haud longe ab oppidulo Perth, d. 29 m. April. 1839. Herb. Preiss. No. 1996.

Bipedalis et ultra. *Caulis* ad medium usque aphyllus, sed squamis nonnullis lanceolatis lineam longis instructus. *Folia* longioris petiolus ultra pollicaris folia brevia triplo superans. Internodia nunc semipollicaria nunc pollicaria.

13. ***Drosera macrantha* Endl.** caule erecto flexuoso puberulo, foliis caulinis alternis longissime petiolatis, axillaribus geminis, peltatis orbiculatis, racemis terminalibus paniculatis, pedicellis bracteisque pubescentibus, petalis sepala obtusiuscula pubescentia ciliata duplo superantibus. Endl. in Enumerat. plant. Hügel. pag. 6. n. 14.

In locis arenosis silvae prope oppidulum Guildford, d. 31 m. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1982.

Caulis bipedalis et ultra, basi bulbo minimo subtunicato instructus. *Flores* secundum cl. Preiss albi vel rosei. *Petala* subconcaua. *Antherae* sulphureae.

14. ***Drosera sulphurea* Lehm.** caule erecto flexuoso glaberrimo, foliis caulinis alternis longe-petiolatis, axillaribus geminis ternisve peltatis triangulari-lunatis, racemis terminalibus paucifloris, pedicellis glabris, petalis sulphureis sepala acutiuscula pubescentia ciliata duplo superantibus. Lehm. l. c. pag. 43.

Crescit in districtu Plantagenet in solo turfoso et inter frutices densos plantitum prope oppidulum Albany. Herb. Preiss. No. 1981.

Caulis erectus, 1-1½ pedalis, subangulatus, angulis inter folia evidentioribus, in parte inferiore squamis nonnullis exiguis lanceolatis instructus, a medio foliosus. *Folia* alterna, longe petiolata, petiolo subpollicari basi latiore canaliculato, apice tereti. Internodia nunc pollicaria nunc semipollicaria. *Folia* axillaria plerumque bina, interdum etiam terna, petiolo brevissimo bilineari, teretiusculo. *Foliorum lamina* peltata, lunato-triangularis, basi truncata auriculata, auriculis duabus e ciliis longis deorsum spectantibus laminam aequantibus formata, subtus glabra, in disco et margine ciliis glandulosis basi latioribus obsita. *Inflorescentia* subracemosa, e floribus 3-6 composita. *Pedicelli* erecti, glabri vel apicem versus glandulis paucis instructi, inferiores circa 4 lin. superiores 2-3 lin. longi. *Bractee* minutae, lineares, margine glandulosae. *Sepala* ovata, acuta, 2 lin. longa, in statu sicco nigrescentia, intus glabra, extus glandulis brevibus densis pubescentia, margine pilis longis, minutissime glandulosis ciliata. *Petala* sulphurea, obovato-cuneata, 4 lin. longa, apice subtruncata, 2 lin. lata. *Filamenta* calycis longitudine, glabra: antheris oblongis. *Ovarium* glabrum. *Styli* capillaceo-multifidi, staminibus subbreuiores.

15. ***Drosera Neesii* Lehm.** caule erecto glabro, foliis caulinis alternis longe petiolatis, axillaribus geminis, peltatis triangulari-lunatis, racemis terminalibus subpaniculatis, pedicellis glandulosis, petalis purpureis sepala acutiuscula puberula glanduloso-ciliata triplo superantibus. Lehm. l. c. pag. 42.

In solo turfoso ad portum Princess Royal Harbour, m. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 1978.

Radix ut videtur bulbosa. *Caulis* bipedalis, basi teres, apicem versus subangulatus, subflexuosus, glaber. *Folia radicalia* nulla, caulina inferiora squamaeformia, linearia seu lineari-lanceolata, 1-2 lin. longa, *superiora* internodiis pollicaribus sejuncta, alterna, petiolo pollicari, prope basin canali-

culato, apice tereti, glabro, patenti vel subincurvo insidentia. Foliorum *lamina* lunato-subtriangularis, auriculis 2 longe ciliatis, diametro bilineari, *subtus et in disco glabris*, margine pilis basi latioribus apice glandulosis diametrum laminae aequantibus ciliata. *Folia axillaria* gemina, brevi petiolata, petiolo glabro trilineari, lamina conformi. *Flores* in racemum subpaniculatum dispositi. *Pedicelli* glandulis brevibus obtecti, primarii circiter pollicares, secundarii 2-3 lin. longi, erecti vel subpenduli, deflorati semper erecti. *Bracteae* ad basin pedicellorum, minimae, ciliatae. *Sepala* ovata, acuta vel sublanceolata, 2 lin. longa, extus glanduloso-pubescentia, margine fimbriato-ciliata, ciliis apice glanduligeris. *Petala* late obovata, sepalis triplo longiora et multo latiora, apice denticulata, purpurea. *Stamina* calyce breviora; filamentis glabris; antheris subrotundis. *Ovarium* subsphaericum. *Styli* capillaceo-multifidi, longitudine staminum. *Semina* immatura arcuatum caudata, membranaceo-arillata, parte crassiore dilatato calyculata, oblique truncata.

Obs. Proxime accedit ad sequentem, differt vero caule multo robustiore foliisque non orbiculatis. A *Drosera peltata* Sm. (Labill. Nov. Holl. Vol. I. tab. 106 fig. 2) facile distinguitur caule robustiore, foliis radicalibus nullis, caulinis fasciculatis et floribus multo majoribus.

16. *Drosera filicaulis* Endl. caule erecto flexuoso glaberrimo, foliis caulinis alternis longe petiolatis, axillaribus geminis peltatis orbiculatis, racemo terminali paucifloro glabro, bracteis ciliatis, petalis sepala obtusiuscula puberula ciliata plus duplo superantibus. Eudl. in Enumerat. plant. Hügel. pag. 6. n. 16.

In locis uliginosis inter frutices prope oppidulum Perth, d. 1 m. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1988.

Caulis pedalis et ultra, purpureo-nitidus, basi bulbosus et tunicatus. *Racemus* pauciflorus. *Filamenta* calyce breviora; antheris oblongis. *Styli* capillaceo-multifidi.

17. *Drosera gigantea* Lindl. caule erecto paniculato glaberrimo, foliis brevi petiolatis peltatis triangularibus, longissime fimbriatis, axillaribus geminis fere aequilongis, panicula laxa multiflora, alabastris subrotundis, petalis sepala acuta glaberrima superantibus. Lindl. Swan-River Bot. pag. XX. n. 88.

In locis turfoso-arenosis aquaticis inter frutices prope oppidulum Perth, d. 1 m. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 1991.

Radix perpendicularis tunicata. *Caulis* basi simplex apice paniculatus, erectus $1\frac{1}{2}$ -2 pedalis, subangulatus, glaberrimus, squamosus: squamis lanceolatis vel lineari-lanceolatis in parte caulis inferiore aggregatis, apicem versus sparsis. *Folia* peltata, non cauli sed ramis tantum insidentia, intermodiis circiter pollicaribus sejuncta. *Petiolus* folii longioris 4-5 lin. longus, illi foliorum axillarium paulo breviores. *Lamina* triangularis, duas fere lineas lata, fimbriato-ciliata: ciliis ex angulis 2 inferioribus egredientibus longissimis, lamina duplo longioribus. *Rami* inferiores apice subramoso 10-20-flori, paniculam laxam formantes superiores sensim breviores pauciflori. *Flores* parvi, albi, pedunculo brevi lineari glabro insidentes. *Calycis* glabri sepala ovata, acuta, lineam longa, petalis ovato-oblongis subtriplo breviora. *Filamenta* brevia longitudine fere calycis.

SONDERA Lehm. Pugill. VIII. pag. 44.

Calyx profunde 8-fidus, aequalis. *Petala* 8, hypogyna oblonga vel oblongo-linearia. *Stamina* 8, petalis alterna, filamenta lineari-subulata, antherae extrorsae, biloculares: loculi longitudinaliter dehiscentibus. *Ovarium* uniloculare pluriovulatum placentis parietalibus. *Stylus* terminalis partitus, cruribus penicillato-multipartitis, stigmata obtusa. *Capsula* membranacea, unilocularis, bivalvis. *Semina* linearia, teretia in processum filiformem elongatum attenuata, testa crustacea, basi obliqua superficie capsulae affixa.

Herbae Australasiacae elegantissimae, *Drosera*-~~typum~~ habitu, caulis erecto, foliis alternis infinis squamaeformibus reliquis orbiculatis, peltatis glanduloso-pilosis, junioribus circinatis, floribus terminalibus, subsolitariis albis vel roseis.

1. **Sondera macrantha** Lehm. sepalis ovatis obtusis corolla triplo brevioribus, petalis oblongo-linearibus. Lehm. l. c.

Habitat in solo turfoso-arenoso planitie prope oppidulum Albany. Herb. Preiss No. 1979.

Radix bulbosa cum inferiore caulis parte tunicata. *Caulis* 1-1½ pedalis, subflexuosus, subangulatus, glaberrimus. *Folia infima* sessilia, sub aggregata, squamaeformia, plana, lineari-lanceolata, 2-3 lin. longa, glabra *superiora* petiolata, alterna, interstitio 3-6-lineari sejuncta, axillaria interdum bina sed plerumque deficientia. *Petiolus* 3-4 lin. longus, basi subsulcatus, glaber. *Lamina* semilunaris, excentrice peltata, supra margine que glanduloso-ciliata, subtus glabra. *Flores* terminales gemini, longe pedicellati: pedicellis glabris, ultra pollicem longis. *Calycis* lacinae ovatae obtusae, 3 lin. longae, glabrae, margine glandulosae, siccitate nigrescentes. *Petala* oblongo-linearia, prope basin attenuata, 7-8 lin. longa, in plantae exsiccata rosea, striis longitudinalibus saturatioribus. *Stamina* calycem subaequantia. Filamenta glabra: antheris subrotundis, longitudinaliter dehiscentibus. *Styli* capillaceo-multifidi. *Capsula* subsphaerica, membranacea, glabra 3 lin. longa, bivalvis. *Semina* nigricantia, glaberrima, basi obliqua lateri superficiali internae capsulae affixa, lineari-subulata, 2 lin. longa, in processum (caudam) filiformem curvatum eadem longitudine attenuata.

2. **Sondera Preissii** Lehm. sepalis ovatis acutiusculis corolla quadruplo brevioribus, petalis oblongis. Lehm. l. c. pag. 45.

Crescit prope oppidulum Perth in locis depressis exsiccatis ad fluxum Cygnorum Herb. Preiss, No. 1989.

Radix ut videtur bulbosa. *Caulis* erectus, pedalis, subangulatus, sub flexuosus, glaberrimus, prope basin foliis sessilibus, squamaeformibus, lanceolatis vel lineari-lanceolatis, 1-3 lin. longis tectus. *Folia* reliqua omnia petiolata, alterna, internodiis semipollicaribus sejuncta, erecto-patentia, axillaria nulla. *Petiolus* glabri, 3-4 lin. longi, teretiusculi, basi latiore subcapitatis. *Lamina* foliorum excentrice peltata, semilunata, lineam longa et vix 1½ lin. lata, subtus glabra, supra margineque glanduloso-ciliata: ciliis marginalibus lamina ipsa longioribus, glandula nigra, subcapitata terminalis. *Flores* terminales, plerumque solitarii, rarius bini. *Calycis* glabri lacinae ovatae, acutae, 1½ lin. longae, siccatae nigrescentes, margine glandulis breviter stipitatae ciliatae. *Petala* oblonga, obtusa, versus basin subattenuata, 5 lin.

L. hirsuta, pubescentia per aëres ramosa hirsuta
 alba simplicia. Foli. caulina 1-2" long. 1-3
 lineas lata. Siliculae 2-3 lineas. Flores
 in apertis umbis fit vales & renas parum
 & coloris similis.

x iniquissimum per 1200. Tuelba! Murray
 In locis fertilissimis a d. p. Murray 1815, 48.
 D. pinnatifidum fuit illi
 in parvis a d. p. Murray. Oct 6. 1848.

x *Arabis tripecta* fuit illi ^{in angulis salubris a d. p. Murray}
 per ^{in angulis salubris a d. p. Murray} ^{in angulis salubris a d. p. Murray}
 pinnatus basi pinnatifidus, foliis pinnatis, caulibus
 nudo, siliculis pedicellisque pedicello palatibus
 paulo aucta h. & axillis silicium utriusque innovationes. Folia
 ovata 1/2-1/4 pedicellum longiora vel breviora. Rami terminales
 h. elongata. Silicula uncinata a l. b. lamina orbiculata
 pinnata. Aliquid in pedicello 3/4 pedicellum long.
 fuit in hirsuta caudice v. g. pinnatifidus. Tabula filiginea nervis
 fuit in hirsuta caudice v. g. pinnatifidus. Tabula filiginea nervis

x *Nasturtium silvestre* Dr. Brown
 In locis humidis ad flumen Scythia
 Esth-river, h. M. Jarm. II n. 565.
 Nasturtium affertur h. p. p. in idem
 Nasturtium R. Br. h. h. h.

N. terrestris R. Br. loc. citato.

x *N. palustre* DC. Syst. veg
 f. equus Tomus Dravonicum aucti-
 in lacibus & in contraria viderentur
 (p. p. p.) aquaticorum spec. h. gen. satis
 optimum.

Ad ripas Clemonis Tomus
 naut peroral ab urbe Adelaides!
 Jan. 23. 1848. Dr. M.

x *Thlaspi album* (gratulatorum) fuit illi
 fol. radicalibus & internodiis caulinis
 lanceolata-linearibus ^{limbata} ^{in angulis salubris a d. p. Murray}
 cernis floribus densis, pedicellis
 duplo subduplo brevioribus vix
 pedicellorum exsertis, si-
 cindis ellipticis basi apiceque
 auratis pedicellorum duplo superantibus.
 h. l. s. n. n.

Thlaspi
 in aenidulari hirsuta hirsuta fuit illi. Dr. 1648.
 paulo prima fuit, quam in terra Australasica
 collegi, & hoc aucto nomen triviale & gratulatorum
 accepit. S. robusti diagnosi comparanda vix
 hirsuta.

longa, alba vel subrosea: striis longitudinalibus tenuissimis saturatoribus. *Stamina* calyce subbreviora, lineari-subulata: filamentis glabris, antheris subrotundis, longitudinaliter dehiscentibus. *Ovarium* sphaericum, glabrum. *Styli* capillaceo-multifidi, glabri: stigmatibus obtusis.

BYBLIS Salisb. Endl. gen. no. 5035. Ejusd.
Iconogr. gen. plant. tab. 113. Meisn. gen.
pag. 22. (19.)

1. **Byblis gigantea** Lindl. glanduloso-pubescens, caule erecto flexuoso (sesquipedali), foliis longissimis filiformibus, pedunculis solitariis unifloris axillaribus foliis brevioribus, sepalis lineari-lanceolatis 3-5-nerviis quam petala serrulata duplo brevioribus, stigmati simplici. Lindl. Swan-River Bot. pag. XXI. n. 92.

In locis arenosis inter frutices planitiei haud longe a praedio rustico „Mad-dington“ ad fluvium Canning, d. 1 m. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 1993.

CRUCIFERAE Juss.

(Auctore A. BUNGE.)

STENOPETALUM R.Br. Endl. gen. n. 4920.
Meisn. gen. pag. 13. (13.)

1. **Stenopetalum gracile** Bge. foliis radicalibus inferioribusque caulibus pinnatipartitis; laciniis utrinque 2-3 distantibus linearibus obtusiusculis integerrimis vel dente majusculo auctis, superioribus tripartitis linearibusve integerrimis, racemis florentibus laxis, pedicellis calyce brevioribus demum cernuis, petalis sepala 3plo superantibus (albis), ovario 12-ovulato, silicula ?

In arenosis umbrosis vallis haud longe ab ora maritima Perth, 24. Juni 1839. Herb. Preiss. No. 1938.

A *St. lineari* R.Br. distinctum, nisi sequentes, pedicellis demum cernuis, nec erectis. *St. robusto* Endl. affine videtur, at diversum: foliis neutiquam interrupte lyratis, pedicellis brevioribus, floribus majoribus, petalis longioribus. — *Caules* erecti, stricti, solitarii e radice tenui (bienni? vel annua), florentes pedales, diametro ad summum 0,8" mefientes, teretes, striati, glabri. *Folia radicalia* 1½-2 pollicaria, pinnatipartita, rhachi lobisque utrinque 2-3, linea angustioribus, linearibus, inferioribus brevioribus, 2" longis, caeteris 4-5" longis, terminali longiore, apice obtusis vel rotundatis, integerrimis vel basi dente majusculo auctis, terminali saepius medio utrinque denticulis 2 brevibus instructo; *caulina* inferiora similia, superiora plerumque tripartita, lobis ut in radicalibus, vel etiam magis elongatis; *summa* et *ramea* linearia.

Racemi gracillimi, multiflori, jam florentes valde elongati, floribus ab invicem 7-10^m distantibus. *Pedicelli* lineam longi, erecti, subinde cernui. *Sepala* albida, nervis 3 viridibus tenuissimis picta, infra apicem gibbosa, valvaria 1,7^m longa 0,7^m lata, placentaria breviora angustiora. *Petala* alba ex toto 6^m longa, latiora, strictiora quam in sequentibus, lamina obliqua. *Stamina* calycem subaequantia. *Glandulae* hypogynae valvariae fere subulatae. *Ovarium* 12-ovulatum. Fructus, vel juniores, desunt.

2. **Stenopetalum croceum** Bge. foliis radicalibus inferioribusque pinnatifido 3-5-lobis; lobis lineari-spathulatis, summis linearibus integerrimis, racemis florentibus laxis, pedicellis calyce dimidio brevioribus demum cernuis, petalis sepala quadruplo superantibus (croceis) ovario 12-ovulato, silicula orbiculato-obovata pedicellum superante.

In arenosis sylvae haud longe ab oppidulo Perth, 13. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 1939.

A praecedente facile distinctum florum colore, petalis angustioribus longioribus contortis. — *Caules* basi violacei, fructiferi altitudinem pedalem haud excedentes, plerumque humiliores. *Folia radicalia* fere omnia deperdita, e rudimentis videntur similia sed minus dissecta ac in antecedente; *caulina* omnia linearia. *Racemi* elongati. *Pedicelli* florum linea vix longiores. *Sepala* valvaria obovato-oblonga, albida, infra apicem extus gibba viridula, late membranaceo-marginata, 1,9^m longa, basi in sacculum producta, placentaria 1,7^m longa, superne 0,8^m lata, basi cuneata, apice obtusata. *Petala* crocea, unguiculata, lamina in appendiculum lineari-lanceolatum apice circumnatum longe producta, basi crispato-marginata, exteriora videntur paulo longiora, omnino explanata, 8^m longa, (unguiculo 1^m, lamina 1^m, appendice 6^m longis.) *Filamenta* longiora sepala aequantia. *Glandulae* hypogynae valvariae utrinque binae, obovatae, placentariae nullae. *Ovarium* oblongum stamina subaequans, 12-ovulatum. *Stigma* sessile, capitatum, obsolete bilobum. Silicula (nondum omnino matura) 1,9^m longa, 1,5^m lata, obovato-suborbicularis, valvis convexiusculis, reticulato-venosis. *Semina* in loculis 2-3 (immatura) obovata, laevia, fusca. *Dissepimentum* tenuissime dense reticulato-areolatum, plica opaca, apicem versus evanida medio percursum.

3. **Stenopetalum minus** Bge. foliis radicalibus inferioribusque basi cuneatis obovato-oblongis inciso-dentatis; lobis utrinque 2-3 obtusis distantibus, summis lineari-oblongis integerrimis, racemis florentibus abbreviatis, pedicellis calyce brevioribus demum cernuis, petalis sepala duplo superantibus (croceis), ovario 8-ovulato, silicula ?

Ad Princess Royal Harbour Dec. 1840. Herb. Preiss, No. 1936.

unicum ^{subcordatum} longitudinaliter con
cretis et ab hac et ab aliis
hujus sectionis discriminetur.

Duae occurrunt varietates:

A. glaberrima, foliis supra
glabris nitentibus

Needy-creek trans St. Murrays
Aug. 30. frut 1-2'. cl. Situbum

B. pubescentula Forst Mill.

foliis supra piloso-pubes. fructu
Needy-creek fruct. Aug 30.
cl. Situbum legit.

Anthesis: vix similis pro toto am
Floris granulatis.

+ (Thalys in nuptoria suo onyit Forst
quatuor Siberianas huj. gen. jam in Forst
am. part. reperit.)

Pleurandra monadelphica Forst Mill.

(P. apertifolia? Forst! ab. pl. Forst. 952)
Stirps pucilla, ubi cunctibus ejusdem
sectionis Forst foliis (collaribus)
spathulatis et pilosis longe predominantibus
discrimina.

In albidum 5-6 pedum caudis
habitu polytrichae.

ad oppidulum York-town, Forst
Nov. 1850.

19. **Hibbertia proxima** Steud. caule erecto stricto brevi ramuloso asperulo sparsim rigide villosa; foliis planiusculis oblongo-linearibus margine revolutis rugulosis junioribus (praesertim margine) villosis, villis demum deciduis, supra nitentibus asperis, subtus pube densa brevissima canescentibus; floribus in apice ramulorum axillaribus terminalibusque pedunculatis; pedunculis folia subaequantibus; sepalis ovatis tenuissime asperulis pilosulis apice acuminatis vel obtusis; ovarii velutinis. ♀.

In sublimoso-glareosis umbrosis jugi montium Darling's-range, ditionis Perth, 9. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2147.

Caulis erectus strictus pallide-rufescens, pilis brevissimis adpressis asperulis, intermixtis sparsim longioribus patentibus rigidiusculis pilosus; *rami* erecti, breves, 1-2-unciales; *folia* sparsa, linearia, 6-10 lineas longa, 1-2 lata, supra rugulosa, punctis lepidotis sparsim notata, ad marginem pilis rigidiusculis demum deciduis ciliata; *sepala* breviora quam petala, aureo-lutea, margine crenulata, apice emarginata. *H. asperae* DC. proxima.

20. **Hibbertia trachyphylla** Steud. caule fruticuloso (bipedali) ramosissimo glabro; ramulis puncticulato-asperulis subpilosis; foliis anguste linearibus margine revolutis (hinc subteretibus) supra punctato-vel sublepidoto-asperis demum denudatis subtus glabrinusculis; floribus in apice ramulorum terminalibus vel axillaribus; pedunculis folia superantibus; sepalis ovatis puncticulato-scabris; petalis ovatis emarginatis; ovarii 2 velutinis. ♀.

In arenosis prope oppidulum Perth, 31. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 2132.

Caulis bipedalis et ultra, diffuse ramosissimus, glaber; *rami* pallide rufescentes, erecto-patentes, sub lente punctis minutis plerumque ex pilis brevissimis compositis asperuli; *folia* alterna, in apicibus ramulorum magis congesta, angusta, vix $\frac{1}{2}$ lineam lata, 6-10 longa, obtusiuscula, margine revoluta subtus canaliculata, glabrescentia, punctis vel squamulis ex epidermide elevatis albidis asperula; *pedunculi* folia aequantia vel superantia similiter asperuli, erecti; *sepala* ovato-oblonga, extus punctato-scabra, margine evanescenti-ciliolata et apice macronulato intus brevissime pilosula, basi glabrescentia, quam petala laete lutea breviora.

21. **Hibbertia cinerascens** Steud. caule fruticuloso erecto asperulo sparsim piloso brevi ramuloso; foliis planis oblongo-linearibus margine subreflexis supra lepidoto-asperis subtus pube brevissima cinerea velutinis; pedunculis axillaribus terminalibusque folia superantibus; sepalis ovatis oblongis asperulis; ovarii velutinis. ♀.

In limosis ad praerupta vallis Cataractae, ditionis Perth, 25. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 2140.

Frutex 2-3 pedalis, ramosus; *caules* rufescentes pilis brevissimis rigidis adpressis asperulis, intermixtis sparsim longis albidis; *folia* sparsa, subalterna, magnitudine varia $\frac{1}{2}$ -1 pollicaria, 1-2 lineas lata, supra fusco viridia squamulis sub epidermide nidulantibus albidis aspera, subtus cinereo-albicantia, utrinque praesertim ad margines pilis sparsis rigidiusculis munita; *pedunculi* erecti, asperuli et pilosi; *sepala* intus glabrescentia petalis aureo-luteis emarginatis breviora.

22. **Hibbertia pilosa** Steud. caule subscandente patenti-ramoso piloso; foliis oblongo-ovatis acutis supra sparsim lepidoto-punctatis pilosis; floribus axillaribus sessilibus solitariis vel 2-3 aggregatis; sepalis oblongis pilosis obtusiusculis mucronulatis; carpellis 1-2 dense longcque undique pilosis. ♀.

In densis umbrosis montis Darling's-range, dittonis Perth, Sept. 1841. Herb. Preiss. No. 2130.

23. **Hibbertia pallida** Steud. caule basi ramoso; ramis strictis simplicibus angulosis glabris; foliis sparsis anguste linearibus margine revoluta (hinc subteretibus) glabris apice subrecurvo mucronulatis; floribus versus apicem ramorum axillaribus vel in ramulis brevissimis terminalibus (subracemosis); calycibus bracteola lanceolata auctis; sepalis ovatis acutiusculis glabris; ovariis (2?) velutinis. ♀.

In sublimoso glareosis ad radices jugi montium Darling's-range, dittonis Perth, 9. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2152 a.

Caules e trunco radicali lignoso plures, erecti, simplices, pedales et ultra, luteo-albidi; *folia* glaucescentia, sparsa, solitaria, pollicaria et ultra, basi in foveola conspicua elevata nidulantia, post delapsum foliorum persistente; *flores* vel immediate e caule vel in ramulis brevissimis, 2-5 lineas longis, sessiles; *petala* pallide lutea emarginata quam sepala parum longiora.

24. **Hibbertia aurea** Steud. caule erecto sursum ramoso ramisque glaberrimis cortice demum secedente angulosis; foliis sparsis anguste linearibus margine revoluta (marginibus sese non attingentibus) puncticulis elevatis sparsis exasperatis, apice apiculatis; floribus versus apices ramulorum (subracemosis) axillaribus sessilibus; calycibus glaberrimis bracteis pluribus ovato-lanceolatis involucreatis; ovariis (2?) velutinis. ♀.

Cum antecedente lecta. Herb. Preiss. No. 2152 b.

A praecedente simillima, quacum in *Preissii* herbario erat commista, differt: *caule* sursum ramosiore, bracteis 6-8 imbricatis calycem involucreatis, sepalis similibus sed minoribus tenuissime ciliatis, primo intuitu vero petalis aureo-luteis.

25. **Hibbertia lineata** Steud. caule fruticuloso a basi ramoso; ramis erectis strictis cortice cinereo secedente glabris; foliis sparsis superne subconfertis anguste linearibus longitudinaliter sulcato-striatis strictis rigidis margine punctato-asperis; floribus axillaribus solitariis pedunculis folia subaequantibus; sepalis asperulis ovatis bracteola lanceolata (decidua) mucronatis; ovariis (2) velutinis. ♀.

In confragosis umbrosis sylvaticis ad latus septentrionale montis Wulfenup, dittonis Plantagenet, 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2151.

Caules e trunco radicali incrassato lignosa plures, erecti, stricti, 1½-2 pedales, basi nudi supra medium foliati; *folia* magnitudine varia, 4-8 lineas longa, una vix latiora, supra vix convexiuscula, glabra, ad margines praesertim punctis elevatis exasperata, infra sulcis 3 longitudo percursa, apice breviter

recurva, mucronulata; *pedunculi* erecti vel subarcuati glabri; *calyx* praeter punctula minuta asperula glaber; *petala* sepalis majora pallide lutea, emarginata.

26. **Hibbertia microphylla** Steud. caule erecto parvulo (4-8-unciali) ramoso fruticuloso; foliis confertis brevissime petiolatis crassiusculis oblongo linearibus obtusiusculis (varo mucronulatis) glabris; floribus axillaribus pedicellis folia superantibus; sepalis obtusis ante anthesin pilosis demum glabris; ovarii (2?) pilosis. ♀.

In glareosis prope montem Wuljenup districtus Plantagenet, Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2154 et 2180.

Fruticulus parvus 6-8 uncialis vel pedalis, e trunco radicali lignoso ramosus, ramis plerumque simplicibus strictis vel plus minus ramulosis (No 2180) folia approximata, sparsa (non fasciculata) 1-1½ lineas longa, dimidium lata, subcarnea, viridi-glauescentia, glabra vel punctis minutissimis sparsis asperula; flores ad apices ramorum axillares, *pedunculi* folia superantes; *sepala* oblonga petalis luteis vix emarginatis breviora.

CANDOLLEA Labill. Endl. gen. n. 4755.

Meisn. gen. pag. 2. (5.)

1. **Candollea assimilis** Steud. caule ramoso epidermide secedente glabro; ramulis subunifariam pilosis; foliis linearibus subconfertis margine revolutis sparsim — basi ampliata — dense pilosis apice mucronulatis; floribus axillaribus pedunculatis pedunculis pilosis folio brevioribus; sepalis ovatis obtusiusculis ovarisque glabris. ♀.

In arenosis ad fluvium Cygnorum, 18. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 2133b.

Fruticulus praecedenti simillimus, pedalis et ultra, caule glabro cortice facile secedente; rami rufescentes praesertim ramuli unifariam pube alba sericea quandoque in totum ramulum diffusa pubescentia, in apice ramulorum subcongesta; folia ½-1 pollicaria, ad margines inflexos vix semilineam lata, sursum parum dilatata, mucronulata, basi ampliata ciliolata, caeterum glabra glaucescentia; pedicelli folio breviores, 4-5 lineas longi, pubescentes; sepala ovata, tenuissime pubescentia. Iterum *Pleurandrae* facie sed stamina partim dianthera intermixtis monantheris.

2. **Candollea latifolia** Steud. caule diffuse ramoso ramis angulatis pubescentibus; foliis glabris subcoriaceis obovatis apice dentatis basi angustata, junioribus minoribus saepe omnino integerrimis; floribus solitariis in apice ramulorum inter folia sessilibus; sepalis ovatis glabris mucronatis (basi) ciliolatis petala obovata superantibus; phalangibus 2-3-andris. (*C. letrandrae* Lindl. proxima, an var?)

In depressis umbrosis ad portum Leschenault, Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2162.

Caulis lignosus, diffuse ramosus, inferne glaber uti ramuli dense pubescentes, cicatricibus et basi foliorum delapsorum persistente notati; folia sparsa, versus apicem ramorum approximata, magnitudine varia ½-1 pollicaria et ultra, ovata vel ovato-oblonga, coriacea, versus apicem dentibus remotis 3-5 notata, supra fusco- (subtus pallidius) rufescentia; sepala quam in praecedente

parum minorā sed petala eis multo longiora, ovato-oblonga, margine subcrenato-undulata; *ovaria* 5, glabra.

3. **Candollea Preissiana** Steud. caule fruticoso erecto (2-3 pedali) ramuloso pubescente; foliis lineari-cuneatis apice obtusis submarginatis medio mucronulatis subcoriaceis superne demum glabris, basi dense pilosis et dilatato-semiamplexicaulibus; floribus ad apices ramulorum inter folia subracemosis pedunculatis; calycibus pilosis sepalis ovato-lanceolatis acutis; staminibus sublateralibus 2-4 andris; carpellis glabris. (Si navis ad Pleurandras sect. IV. *Candolleanas* DC. referre possit.) 5.

Inter saxa calcarea colliculi maritimi ditionis Perth, 9. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 2159b.

Caulis subflexuosus, inferne cortice facile secedente glaber sursum pubescens; *rami* patentes, plerumque abbreviati, densius pube albida vestiti; *folia* in ramulis conferta, pollicem et ultra longa, 2-3 lin. lata, basin versus attenuata, ima basi dilatata subamplexicaulia, apice subtruncata; *pedunculi* dense pilosi, ex axillis foliorum his breviores; *sepala* margine membranacea, glabra, medio pilosa, petalis pallide-luteis breviora.

4. **Candollea calycina** Steud. caule fruticoso (6-8 pedali) ramoso rigido piloso demum glabrescente; foliis subcoriaceis glabris margine subrevolutis oblongo-lanceolatis raro integris sed apice 3-5 dentatis mucronulatis basi in petiolum brevem subdilatato-amplexicaulem abeuntibus; calycibus magnis, sepalis ovatis apice acutis petala superantibus glabris; staminibus antheras 2-4 gerentibus; ovarius 2-5 glabris stylis capitatis antheras aequantibus. 5.

In colliculis arenosis ad portum Leschenault et ad littora maritima districtus Sussex, 11. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2131.

Caulis valde lignosus, diffuse ramosus; *rami* cicatricibus foliorum noduloso-notati, sursum foliati puberuli albidi; *folia* in petiolum angustum brevem attenuata, ima basi sursum semi-amplexicauli-dilatata, subcoriacea, magnitudine varia 4 lineas-pollicem et ultra longa, oblonga, quandoque linearia, plus minus lanceolata; nunc (praesertim juniora) omnino integra nunc apice dentibus 3 rarissime 5, plus minus distinctis notata; *flores* in apice ramulorum brevissimorum sessiles; *calyces* in genere maximi, *sepala* foliacea margine et basi membranacea, semipollicaria; *petala* pallide lutea.

5. **Candollea glaberrima** Steud. caule fruticoso erecto ramosissimo (ut tota planta) glaberrimo; foliis linearibus margine revolutis apice leviter emarginatis vel obtusis mucronulatis basi valde ampliatis subamplexicaulibus; floribus axillaribus sparsis sessilibus, sepalis ovato-lanceolatis acutis, staminibus diantheris et simplicibus. 5.

In arenosis fruticosis sylvaticis cis oppidulum Guildford ditionis Perth, 2. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 2157.

Fruticulus 1-2 pedalis, radice lignosa, parum fibrosa; *caulis* a basi ramosus, cinerascens, uti rami hinc inde cicatricibus foliorum notati; *folia* erecto-patentia, subpollicaria, 1½-2 lineas lata, basin versus parum angustata, ima basi late ovato-ampliata et hac basi subimbricata, glaucescentia; *flores* basin

H. virgata R. Br. *pitagora* ~~frutescens~~ Hook.

Hibbertia ~~anemorale~~

Candollea ~~caerulea~~ ^{diffusa, prostrata} ~~Swartz~~
caule ~~erecto~~ ^{diffusa, prostrata} ~~ramosa~~,
ramis aculeis glabris lignosi-
tus foliisque ~~oppositis~~, his
fasciculatis linearibus can-
~~escentibus~~ ^{pubescentibus} ~~apice pub-~~
escente ~~recurvatis~~, base paullo
villosata ~~marginatis~~, floribus
in apice ramulorum ^{pitagora} foliorum
fascicula ~~erectis~~, ^{pubescentibus} ~~erectis~~
ovatis ~~acuminatis~~ ^{pubescentibus} ~~retortatis~~
H. fasciculata Swartz, characte-
ribus in *Diagnosi* ~~erectis~~ ^{pubescentibus} ~~erectis~~
distincta.

Ad flumina Murray, ripas
arbores fringens, hb. St. n. 22.
Forte *Hibbertia* species non parva
virgatam adjungenda.

Leguminosae DC.

Tarmonia Pittb.

T. aromatica R. Br. in *Bot. Beech.*

T. fragrans hb. St. 997. M. ^{frum.}
in fl. South Dirk river, Tas-
maniae, sp. nov. macrot.
8-10' O.F. 15. 1848. hb. St.
T. # n. 15. A Tasmaniae
aromaticae descriptione a
Candolle ~~condita~~ ^{condita} nullo
modo nisi foliis ^{prostratis} ~~prostratis~~
lacinibus ~~divorpat~~.

H. virgata R. Br. *pitagora* ~~frutescens~~ Hook.
caule ~~erecto~~ ^{diffusa, prostrata} ~~ramosa~~,
ramis aculeis glabris lignosi-
tus foliisque ~~oppositis~~, his
fasciculatis linearibus can-
escentibus ^{pubescentibus} ~~apice pub-~~
escente ~~recurvatis~~, base paullo
villosata ~~marginatis~~, floribus
in apice ramulorum ^{pitagora} foliorum
fascicula ~~erectis~~, ^{pubescentibus} ~~erectis~~
ovatis ~~acuminatis~~ ^{pubescentibus} ~~retortatis~~

ampliatam excedentes. *sepala* 3-4 lineas longa, margine subscariosa *petala* flava subaequantia.

6. **Candollea subvaginata** Steud. caule erecto fruticuloso ramoso glabro, ramis junioribus pubescentibus; foliis apice cuneato dilatatis mucronulatis vel subemarginatis (raro omnino obtusis) integerrimis glabris basi dilatato-vaginantibus; floribus axillaribus subsessilibus staminibus 2-4 antheras gerentibus; sepalis lanceolatis acuminatis petala superantibus; ovarii 3-4 stylis longis filiformibus. ♀.

In sublimosis districtus Hay, Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2160.

A praecedenti simillima, cujus forsitan varietas, differt: habitu tenuiore, foliis apice vel omnino obtusis vel simpliciter mucronulatis nec subtruncatis nec 3-dentatis, basi magis solutis, caulem quasi subvaginantibus; ramis junioribus praesertim ad divisiones et foliorum ortum omnino nec in linea laterali pubescentibus.

7. **Candollea rupestris** Steud. caule fruticoso (4-5 pedali) ramoso, ramis junioribus pubescentibus; glaberrimis sublineari-cuneatis apice obtusiusculo subtridentato vel mucronulato, basi subdilatata subamplexicaulibus; floribus axillaribus sparsis subsessilibus; sepalis lanceolatis acuminatis glabris; staminibus 2 antheriferis vel simplicibus; geminibus glabris. ♀.

Inter rupium rimas montium Darling's-range ditionis Perth, 15. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 2158.

Caulis fruticosus, 4-5-pedalis; *rami* rufescentes, glaberrimi, *ramuli* juniores apicem versus unifariam pubescentes; *folia* subalterna sparsa, linearia, pollicem et ultra longa, 1-1½ lineas lata, apicem versus plerumque latiora, truncata et utrinque in dentem plus minus conspicue excedentia vel obtusa dente medio solum restante, ima basi subamplexicanli-dilatata, glandedine fugaci adspersa; *flores* axillares, brevissime pedunculati, *pedunculis* bractea una alterave munitis; *sepala* lanceolata, margine subscariosa, longe subpungenti-acuminata *petala* flava subaequantia.

8. **Candollea striata** Steud. caule fruticuloso (1-2 pedali) ramoso, ramis subteretibus (junioribus) pubescentibus; foliis angustissime linearibus (3) striatis, superne glabris basi pilosis vix ampliatis; floribus axillaribus sessilibus; sepalis ovatis acuminatis pilosis ciliatis; staminibus 2-3 antheriferis et simplicibus; ovarii pubescentibus. ♀.

In arenosis prope oppidulum Perth, 6. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 2148.

Caulis et *rami* erecti vel divaricato-patentes, glaberrimi; *folia* in ramulis brevibus subfasciculato-conferta, 1-1½ pollices longa, marginibus reflexis subteretia, striata, sursum glabra, nitida, basi pilosa, apice subpungenti-emarginata; *flores* in apice ramulorum inter folia sessiles, solitarii; *sepala* semipollicaria, extus pilis sericeis munita, intus glabra, acute acuminata *petala* pallide lutea superantia.

9. **Candollea cygnorum** Steud. caule erecto debili parum ramoso pubescente; foliis anguste linearibus integris pilosis basi non dilatata semiamplexicaulibus; floribus oppositifoliis pedicellatis pedicello infra calycem bracteolato; se-

palis ovatis acuminatis extus pubescentibus intus ovarisque glabris. 2. 5.

In arenosis prope cataractam ad caput fluvii Cygnorum, 26. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 2174.

Caulis vix pedalis, ramosus, debilis, inferne glabrescens superne dense pubescens, pallide rufescens; *folia* erecta, pollicaria et ultra, vix lineam lata, plana, margine vix revoluta, basi praesertim pilosa; *pedunculi* oppositifolii 3-6 lineas longi, medio bractea filiformi 3-4 lineas longa muniti; *sepala* petalis obscure flavis sublongiora, acute acuminata.

10. **Candollea parviflora** Steud. caule fruticuloso (1-1½ pedali) erecto ramoso piloso; foliis linearibus margine revolutis supra basin glabris apice leviter emarginatis, basi pilosis dilatatis subcomplexicaulibus; floribus axillaribus pedunculis folia subaequantibus pilosis; sepalis glabris ovato lanceolatis acutis; staminibus 2-3 antheris; germinibus glabris. (Habitus *Pleurandrae*, stamina *Candolleae*.) 5.

In arenosis montium Eliza mountain dittonis Perth, 17. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 2150 et ad Princess Royal Harbour, 11. Oct. 1840. No. 2168.

Frutex 1-1½ pedalis, diffuse ramosus, omnino *Pleurandrae* facie ad filamentis diandris et foliis basi dilatatis *Candolleae* congener; *caulis* ante corticis secessum ramique plus minus dense molliter pilosi; *folia* subfasciculato-conferta, pollicem et ultra longa, 1-1½ lineas lata, margine plus minus revoluta, praesertim basi pilosa, ad 2-2½ lineam dilatata et quoad basin subimbricata, apice obtuso subtruncato submarginata, quandoque mucrone brevissimo munita, subtus pallidiara; *pedunculi* axillares, pilosi, folio nunc breviores nunc sublongiores, ebracteati, subfiliformes; *calyx* parvus, glaber, *sepala* vix 3 lineas longa, oblongo ovato *petalis* pallide flavis vix breviora.

11. **Candollea? exasperata** Steud. *) caule ramoso cinerascete cortice secedente; foliis sparsis ad apices ramulorum confertis glaucescentibus linearibus apice mucronatis punctato exasperatis dorso tenuissime sulcato lineatis; floribus inter folia sessilibus terminalibus. 5.

In glareosis planitiei Quangen dittonis Victoria, 12. April 1840. Herb. Preiss. No. 2175.

*) Genus dubium, flores nulli adsunt evoluti; ex unico staminum rudimento diviso genus divinari potest.

Cunoniaceae Br.

Banera Salisb.

B. Billardieri! David Don.

B. rubioides La Billardiere

not sub Sims Vossinat

B. rubiacifolia hb. St L. 54. Tasm.

near Salisbury! J. D. L.

Corolla procerum panicinum purpureo

in reflexum vergentes vel albac

monobitus 3-4000 feet, fruit 2-3' hb. St L. 296

W. biglandulosa! M. Cunningham

J. M. Murphy Tasm. 20

hb. St. J. II n. 338. Jan. 49,

Eucalloeae Br.

Anopterus glandulosa Lab.

Tasmaniae, hb. St. 793.

Turnariaceae

Turnaria Ekloniana Soudr?

Introduita, nunc oratica prope
North Adelaide.

Auth: vore.

Papaveraceae DC.

Papaver. Scamonea.

P. Scamonea! Candolle.

non gen. sjos. T p. 131. cum
ipso nudi sed bona

In arenosis inter frutices sic distos
clurragorali maximum Warhai
aripio Ind. C. 2. 1818 ^{in alio p. 103}
Capsulae raro apice tert petalas
siccantulas. Color petalorum hanc
reflexus per latitudinis. Caulis inter
cum humillimus! Capsulae usque
ad 1" longa! Signata in nostris
specimenibus tantum 5-6 ra
diata in ⁱⁿaque varicata ad in
alio specimenibus. Augus lat. eff. ind.

* In planta a nob. Ind. in ^{una} interior
aperta & in libro meo pag 367 cum P. Dulcis
comparata.

Crasularcaea, DC.

Pillaea verticillaris, DC.

Seguentissime in Nova Holl.
australi et Tasmania
hanc montibus quam
planities. hb. N. n. 147.

Occurrit caede varia: digitatis ad
pallidum alta longa ^{fruticosa} ^{fruticosa} ^{fruticosa}
eximus vel praeter ^{fruticosa} ^{fruticosa} ^{fruticosa}
eorge congeritis vel ^{fruticosa} ^{fruticosa} ^{fruticosa}
floribus ^{fruticosa} ^{fruticosa} ^{fruticosa}
anthypis: vire.

* *Chamae* *miranda* *caule* *simplex* *min.*
* *Alph. nigra* *caerulea* *subere*, *capa* *reticulata*

CRASSULACEAE DC. Endl. gen. pag. 808.

(Auctore NEES ab ESENBECK.)

TILLAEA Mich. Endl. gen. n. 4607. Meisn. gen. pag. 134. (89.)

Characteri generico addas: *Calyx* 3-5-partitus. *Stamina* 3-5. *Ovaria* 3-5.

* *Tillaea* DC. Endl. l. c. *Flores* 3-5-meri. *Carpella* disperma.

1. ***Tillaea adscendens*** *N. ab E.* caule basi brevi spatio decumbente hinc stricte erecto inferne ramoso, foliis connatis ovato-cymbiformibus subcarnosis, floribus pentameris in axillis congesto-verticillatis omnibus sessilibus, sepalis petalisque membranaceis acuminatis, his duplo angustioribus.

In arenosis laud procul ab oppidulo Freemantle, Decembri a. 1838. Herb. Preiss. No. 1931.

Caulis vix digitalis, strictus, tetragonus, purpureus, brevi spatio e basi procumbens, dein erectus, basi ramosus. *Folia* in sicco statu pallida exsucca et valde collapsa, in vivo ergo succulenta, 1-2½ lin. longa. *Flores* ex omnium fere foliorum axillis, sessiles, inferiores gemini teruive, superiores oppositi, hinc habitus verticillatus, verticillis folia articulosque aequantibus densis. *Bracteolae* ad basin calycis duae, ovatae, apice subulatae, calyce plus duplo breviores ejusque laciniis similes. *Calyx* sessilis, basi truncatus, albo-membranaceus, quinquepartitus, laciniis basi hyalinis, superiora versus in disco purpureis, ambitu hyalinis, ovato-lanceolatis, subulato-acuminatis. *Petala* 5, lanceolata, setaceo-acuminata, saturatius purpurascens. *Stamina* 5. *Squamulae* obsoletae. *Carpella* 5, nonnullis saepe abortivis, oblique lanceolata, apice subulata retrorsum uncinata, compressa, disperma. *Semina* ovalia, fusca, ad hilum carunculata. *Discus* hypogynus delapsis carpellis quinqueareatus. ☉.

2. ***Tillaea colorata*** *N. ab E.* caule erecto stricto inferne ramoso, foliis connatis ovato-cymbiformibus subcarnosis, floribus pentameris in axillis congesto-verticillatis, verticillis sex-plurifloris confertis, flore intermedio cujusque axillae pedicellato, sepalis petalisque membranaceis acuminatis, his duplo angustioribus.

In arenosis silvae prope oppidulum Perth, Septembri a. 1839. Herb. Preiss. No. 1932.

Simillima *Tillaeae adscendenti*, cujus nescio an sit varietas, differt *caule* statim a basi erecto (ejusdem altitudinis), *verticillis*, praesertim versus apicem caulis et in ramis, contiguis, faciem alopecuroidem provocantibus, plurifloris, flore fasciculi cujusque lateris intermedio pedicello longitudine calycis praedito, lateralibus fasciculum triflorum flore *intermedio* et in hisce, ut brevi-

ter, pedicellato exhibentibus, ideoque verticillo quoque 14-flore, tamen raro omnes flores perficiantur, — parvo *florum* colore rufo seu rubro saturatiore calycem et petala undique imbuenti, saepe tamen etiam expallescente, *laciniis calycis* angustioribus oblongo-lanceolatis, petalis non modo sepalis angustioribus sed iis etiam $\frac{1}{3}$ brevioribus, *disco hypogyno* minori non plano et evidentissime quinquealveolato, sed elevato subconico.

** **Bulliarda** DC. Endl. l. e. *Flores* tetra-pentameri. *Petala* ovalia vel oblonga, acuta vel acuminata. *Squamulae* hypogynae lineares, vel filiformes subcapitatae (staminum interiorum rudimenta). *Capsulae* ovaes, in stylum attenuatae, polyspermae (in medio haud contractae styloque deciduo denique obtusatae ut in *Tillaea muscosa* ejusque affinis).

3. **Tillaea (Bulliarda) intricata** N. ab E. caule diffuso intricato repente, ramis adscendentibus, floribus axillaribus sessilibus oppositis pentameris distantibus, sepalis petalisque ovato-lanceolatis acuminatis, foliis oblongo-linearibus obtusis carnosissimis supra depressis subtus convexis.

In arenosis conchyliosis humidis prope lacum insulae Rotenest, Augusto 1839. Herb. Preiss. No. 1929.

Caulis 1-2 poll. longus, repens, ramosus; rami etiam decumbentes, apice adscendentes, purpurei, acute tetragoni, ut reliquae partes glabri; internodia foliis longiora aut ea aequantia. *Folia* patentissima, incurva, $1\frac{1}{4}$ - $1\frac{3}{4}$ lin. longa, oblongo-lineariter, obtusa. *Flores* in angulis foliorum inferiorum aggregati vel eorum loco gemmula microphylla, in superiorum foliorum angulis subsessiles, oppositi, folium aequantes ($\frac{2}{3}$ lin.). *Bractae* duae ad basin calycis, ovato-oblongae, obtusae, adpressae, succulentae, calyce dimidio breviores. *Aestivatio* calycis valvata. *Sepala* et *petala* longitudine aequalia, alba (?); illa latiora, utraque acuminata. *Stamina* longitudine pistilli, filamentis subulatis, antheris transversim ovalibus. *Stamina* sterilia capitulo parvo praedita, filamentis triplo breviora. *Ovarium* acute 4-5-angulum; *stylis* subulatis, papulosis, recurvi. *Ovula* plura. *Fructum* non vidi.

CEPHALOTEAE Endl. gen. pag. 812.

ROSACEAE, Tribus 5 SANGUISORBEAE, Subtribus 2, CEPHALOTEAE Meisn. gen. pag. 105. (74.) CEPHALOTACEAE Lindl.

Syst. ed. 2, pag. 14. "23"

CEPHALOTES Labill. Endl. gen. n. 4628.

Meisn. gen. pag. 105. (74.)

1. **Cephalotes follicularis** Labill. Fl. Nov. Holl. Vol. 2. pag. 7. tab. 145. R. Brown in Flind. Vol. 2. pag. 601. tab. 4. opp. ed. Nees ab Esenb. l. pag. 144. Hook. in Bot. Mag. Vol. 58. tab. 3118 et 3119.

In locis subterfosis arenosis, prope oppidulum Albany (Plantagenet) m. Januar. 1841. Herb. Preiss. No. 1204.

Tillaea capillaris Forst. Mu.

caule simpliciter vel ramoso erecto, foliis lineari-
aribus acutis, pedunculis axillaribus solitariis
longius capillatibus, floribus tetrameris, ^{involucris ovatis} sepalis petalis
duplo brevioribus, ^{involucris ovatis} & parum clare villatis.
Loris humilis ad fl. South Esk river Tasmania
n. d. hb. N. II n. 465 & 238. Forst.
ab 1/2 - 3' alta.

Tillaea grandiflora Forst. Mu.

caule erecto vel diffusis ^{involucris} pabro ^{involucris} dichotomo ramoso
foliis ^{pub.} linearibus acutiusculis, ^{involucris} floribus tetrameris
axillis, uterinis lacinalibus breviter intermedium
longe pedunculatis subcymosis, sepalis linearilac-
nariolatis petala lanceolata acuta parum
superantibus inaequaliter glanduloso-ciliatis.
In T. maritima Hookeri var?
Stips humillima H. 2"

Satis frequenter in Nov. Gall. austr. Forst.

Tillaea (Bullicarda) Stuartii Forst. Mu.

caule basin versus septante ^{diffuso} ^{diffuso}
pendente, ramis erectis?, floribus
tetrameris, axillaribus solitariis
longius pedunculatis remotis, sepalis
metalicis ^{longius} lanceolato-ovatis, foliis angu-
sto-lanceolatis acutis.
In aquis fluvii South Esk river Tasmania
n. d. hb. N. 1002. Tillaeae aquaticae
proprievispina. Forst. pedum alta
Annon Dryopteris in Tillaeae genus
nuocandam Ad ripas fl. Banksianae
& Torrens superioris incedat

Cephalotheca Forst. Mu.

Vidi primum cultum nondum
florens in Nova Hollandia ad
indanti suippum.

Cephalotheca Forst., quae genus
Annon mutandum cum genus inisset an
liquis oleosorum

LORANTHACEAE Don.

(Auctore F. A. GUIL. MIQUEL.)

NUYTSIA R. Brown. Endl. gen. n. 4587.

Meisn. gen. pag. 154. (110. 359.)

1. **Nuytsia floribunda** R.Br. glabra, foliis late linearibus obtusis crassis, staminibus petalis nudis aequilongis, stylo exserto. Lindl. Swan-River Bot. tab. 4. (mala.) Fenzl. in Endl. Enum. pl. Hügel pag. 57. Brown in Journ. of the royal geogr. Societ. I. pag. 17.

♣ Crescit in arenosis sylvae ad fluvium Cygnorum incolis Cabbagetree nuncupata, 18. Dec. 1838 florens. Herb. Preiss. No. 1608.

„Arbor 25-35 pedalis.“

LORANTHUS Linn. Endl. gen. n. 4586.

Meisn. gen. pag. 154. (110. 359.)

1. **Loranthus (Dendrophthoë) linophyllus** Fenzl. foliis ramulis floribusque albo-tomentosis fascieulatis oppositis alternisque tereti-filiformibus obtusis, eymis squamoso-diehotomis 3-5-floris simplicibus vel subeorymbosis axillaribus, floribus sessilibus, calycis limbo obsolete denticulato truncato, petalis 4-5 lineari-subspathulatis a basi liberis in alabastro elavato angulato coalitis, staminibus petalorum trienti superiori insertis, antheris aequilongis, stigmatibus filiformi. Fenzl. in Endl. Enum. pl. Hügel pag. 56.

Parasiticus in Casuarinis planitieci supra urbiculam Perth, 10. Oct. 1839. Flores coccinei (intus). Herb. Preiss. No. 1614.

2. **Loranthus (Dendrophthoë) Casuarinae** Miq. glaber, ramulis teretibus foliisque suboppositis vel oppositis tereti-filiformibus succulento-eoriaceis brevi-mucronatis glabris, floribus axillaribus solitariis vel in pedunculo eomuni binis pedicellatis, calycis limbo obsolete denticulato, petalis 6 anguste subspathulato-linearibus in alabastrum tereti-subelavatum cohaerentibus, demum solutis, staminibus petalorum trienti superiore insertis, antheris anguste linearibus aequilongis, stylo filiformi.

Parasiticus in Casuarinis planitieci supra urbiculam Perth, 13. Maji 1839. Herb. Preiss. No. 1615.

Rami teretes, trichotomi vel alternatim ramulosi, laeves, fusco-cinerascentes, haud fragiles. *Folia* subopposita, raro perfecte opposita, viridia, teretia, in sicca rugulosa, glabra, rigidiuscula, in brevem mucronem terminata, recta vel subflexuosa, 5-10 cent. longa, 1-2 mm. crassa. *Flores* axillares, solitarii vel in *pedunculo* communi 2-4 mm. longo bini, *pedicellis*

1 cent. cirriter longis suffulti, basi *bractea* ovata brevi-acutata, concava, carnosa sustenti, 1 cent. paullo superantes, sulphurei, in sicco fusci, virginales cylindraceo-subclavati versus apicem parumper curvati. *Calyx* 4 mm. longus, obconicus, margine pallido, obsolete denticulata. *Petala* linearia versus apicem aliquid dilatata, acuta. *Antherae* 7 mm. longae.

3. **Loranthus (Dendrophthoë) Preissii** *Miq.* glaber, ramulis teretibus, foliis suboppositis tereti-filiformibus strictiusculis subacutis muticis succulento-carnosis, floribus axillaribus in cymis di-vel trichotomis folio brevioribus, pedicellatis (vel intermedio sessili), calycis brevi-obconici limbo repando, petalis 5 lineari-spathulatis apice concavis, staminibus eorum quadrienti superiori insertis aequilongis stylo filiformi sursum leviter incrassato paullo brevioribus.

Parasiticus in *Acaciae* specie, ad Perth, 8. Mart. 1841 florens. *Herb. Preiss.* No. 1611.

Praecedenti similis, sed inflorescentia et florum forma diversissimus. *Rami ramulique* teretes stricti, dichotomi, alterni, glabri, laeves, fuscescenti virides. *Folia* erecta, recta vel leviter curvata, 4-5 cent. longa, teretiusecula, in sicco rugulosa rigidiuscula, acutiuscula, mutica, 1-2 mm. crassa. *Flores* in cymis iteratim di-vel trichotomis *pedunculis* $\frac{1}{2}$ cent. circiter longis sustenti, *medii* sessiles, *bractea* carnosa, colorata, ovata, acuta naviculari glabra apice subciliolato-lacera sustenti, in sicco fuscescens, $2\frac{1}{2}$ cent. longi, virginales clavato-cylindrici, basi parumper tumiduli, apice incrassato obtusi, rectiusculi, *calyce* brevi-obconico subcylindrici 2 mm. longo, margine truncato repando, *petalis* 5 linearibus, apice elliptice dilatato acutiusculo concavis, *staminibus* paullo infra partem dilatatam insertis, *antheris* spathulato-linearibus, acutis, 3 mm. longis. *Stylus* filiformis petala parumper superans, versus apicem incrassatus, stigmatibus vix capitellato subtruncato.

~ **Loranthus Preissii, varietas?** Rami et folia ut in specie, sed haec interdum omnino alterna. Flores desunt.

Parasiticus in *Acacia Lehmanniana*, reg. York. Flores coccinei. 8. Mart. 1840. *Herb. Preiss.* 1618.

4. **Loranthus (Dendrophthoë?) scoparius** *Miq.* glaber, ramis teretibus, foliis suboppositis erectis, axillaribus accessoriis plerumque subfasciculatis, filiformi teretibus acutiusculis glabris, floribus

Parasiticus in *Acaciae* specie, reg. York, 20. April, 1840. *Herb. Preiss.* No. 1613.

Praecedenti florum forma similis, sed eorum situ plerumque fasciculato et minore magnitudine distinctus, ob flores incognitos haud tuto determinandus. Fruticulus dichotome et alternatim ramosissimus; *rami ramulique* teretes, in sicco fusco-grisei, densi, erecti. *Folia* versus ramulorum apices confertissima, viridia, erecta, subopposita vel plane opposita, accedentibus in eorum axillis plerumque uno binisve paullo brevioribus spurie fasciculata, filiformia, teretia, plerumque leviter curvata, glabra, 1-2 $\frac{1}{2}$ cent. longa, $\frac{1}{2}$ mm. in sicco crassa vel paulum crassiora, acutiuscula, mutica.

5. **Loranthus (Dendrophthoë) Miquelii** *Lehm.* *Mss.* glaber, ramis teretibus, foliis suboppositis vel oppositis longe petiolatis, infimis quibusdam obovatis vel obovatis, reliquis lanceolatis vel linearibus plerumque leviter falcatis, obtusissimis muticis, basi attenuatis, uninerviis vel subtriplicinerviis venulosis purpureo-marginatis, corymbis axillaribus

X. In Eucalypto sassafrata simul cum L. Myrica per
 saunum. (verid' quare in Salsato Sydas & L. A. Braghiolo

L. Exocarpi Deh. p. *occidentalis*
cranthus peridicis *fortell*
apud L. Quercii *fortell*
superius ~~in~~ *in* ~~in~~ *in* ~~in~~ *in*
glabra, ramis teretibus, ramulorum
articulis squamis compressis,
foliis ~~longis~~ *suboppositis linearibus lanceo-*
latis obtusis puberulis - venis
venulosis plus minusve falcatis
perpetuis, pedunculis axillaribus
brevisimis subulonis floribus
pubescentibus, calice cylindrico
multilobato, petalis cineris in
lobis sinuatis tereti - subobovatis
obovatis superius in laciniis
spathulatis linearibus angustis
spiculis separatis, staminibus petal-
orum tricuti superius oppositis
antheris linearibus aequilongis
periclytis sublinearibus, stylo
curvato superius stigmate
capitulato.

Paraphysis in parte est L
 Quercii, quoniam partibus plu-
 rimis aequaliter differt autem
 foliis latioribus minus cur-
 vatis & ramis minus divari-
 catis, florum tubo purpureo.
 In hac differentia a plant.
 matris ortus? Parole in ma-
 trice premium videtur sunt rubra
 matris nigra ^{glabris} ~~revis~~ ^{revis} ~~revis~~ ^{revis} ~~revis~~ ^{revis}
 laryam quae si saltem ^{revis} ~~revis~~ ^{revis} ~~revis~~ ^{revis}
 In ramis Exocarpi cupressifol-
 iis pendulis per plantam
 super lacum Victoriae Apr. 28
 1848. Namina ut in L. Quercii
 abest. In ramis Copularinae in
 plantis inter montes Jupit-rang
 & lacum Alex andriam Apr. 1848

solitariis longe pedunculatis folia aequantibus vel superantibus 4-5-fidis, ramis trifloris, floribus omnibus longiuscule pedicellatis, singulis ad basin bractea rotundata naviculari sustentis, calycis limbo truncato obsolete denticulato.

Parasiticus in Eucalyptis, distr. York, 13. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 1617.

Lorantho pendulo Sieb. fl. Nov. Holl. n. 241. DC. Mémoir. Loranth. Tab. I.! maxime affinis, sed species nihilominus distinctissima ob folia multo breviora obtusa uninervia, flores pedicellatos omnesque bracteatos.

„*Rami* valde elongati, penduli, brunneo-cinerascentes, *ramuli* purpurascens, teretes, nodosi. *Folia* subopposita, summa plerumque plane opposita, coriacea, glabra, „purpureo-marginata“, longe petiolata, *petioli* semiteretibus $1\frac{1}{2}$ -3 cent. longis, *inferiora* quaedam obovata vel obcordata, 2-4 cent. longa, *reliqua* subobliqua, falcata, lanceolata vel summa linearia, obtusa, basi in petiolum contracta, 5-9 cent. longa, $1\frac{1}{2}$ -4 mm. lata, perspicue uninervia vel subtriplinervulosa, reticulata. *Corymbi* axillares solitarii, *pedunculis* purpureis $2\frac{1}{2}$ -4 cent. longis sustenti, umbellatim in ramos 4-5 teretes 1- $1\frac{1}{2}$ cent. longos partitis, *ramis* trifloris, *pedicellis* 5-8 mm. longis. *Bractea* sub quovis flore subtrotundata, concava, carnosae, apice subtilissime ciliata. *Alabastra* tereti-clavata, recta, 3 cent. circiter longa. *Calyx* obconico-cylindraceus, 3-4 mm. longus, limbo subdilatato truncato repando-denticulato. *Petala* 5 „coccinea“ linearia, apice subspathulato-dilatato elliptico concavo. *Stamina* trienti propemodum superiori inserta, petala circiter aequantia, *antheris* linearibus, versas basin attenuatis, fere 4 mm. longis. *Stylus* stamina parumper superans filiformis, sulcato-angulatus, stigmate „flavo“ subcapitellato, verruculoso.

Loranthus Miquelii *Lehm. varietas?* foliis lanceolatis perspicue triplinerviis, floribus brevioribus (an nascentibus?) a specie differens. Baccae immaturae ovatae.

Parasiticus in Eucalyptis districtus Grantham, 7. Mart. 1840. Herb. Preiss. No. 1612.

Uterius inquirendum num revera a specie differat, nam flores in praesente specimine $\frac{1}{2}$ breviores juveniles videntur et pressione tantum aperti.

6. **Loranthus (Dendrophthoë) Melaleucæ** *Lehm.*

Mss. glaber, ramis ramulisque teretibus, foliis oppositis vel suboppositis decussatis longiuscule petiolatis coriaceis anguste spathulatis obtusis basi sensim in petiolum contractis obsolete uninerviis aveniis vel praesertim supra subvenuloso-reticulatis, floribus corymbosis pedicellatis pentameris, basi bractea oblonga concava glabra suffultis, calycis cylindraceo-conici longiusculi limbo subdilatato truncato.

In ramis Melaleucarum insulae Rotenest, 18. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 1616.

Fruticulus dichotome ramosus. *Rami* vetustiores cylindracei cortice griseo-fusco laevi obducti, foliorum cicatricibus tuberculati, *ramuli* subtretes. *Folia* 2-4 cent. longa, 6-8 mm. versus apicem lata, sicca facile decidua. *Petioli* cum lamina confluentes semiteretes, $\frac{1}{2}$ -fere 1 cent. longi. *Pedicellus* 6 mm. longus teres saesum incrassatus. *Bractea* patula 1 mm. longa. *Calycis* tubus 1 mm. longus, carnosus, limbo angustissimo dilatato subundulato truncato vix aliquid repando.

7. **Loranthus (Dendrophthoë) miraculosus** *Miq.* glaber, ramis teretibus, ramulis praesertim infra foliorum

insertionem compressis, foliis oppositis breviter petiolatis, carnosio-coriaceis elliptico-vel subspathulato-lanceolatis basi contractis apice obtusis obsolete uninerviis aveniis, cymis breviter pedunculatis di-trichotomis, ramis trifloris, floribus pedicellatis vel medio sessili, bractea ovato-rotundata naviculari apice ciliolata, calyce truncato.

Parasiticus in Santali specie ad Wicklow, 8. Mart. 1841, florens. Herb. Preiss. No. 1609, ad York, 12. Apr. 1840 sterilis. No. 1610.

Species ob magnam cum planta materna similitudinem admodum insignis et in parasitismi physiologia memorabilis. Non solum enim foliorum forma, compage et nervatione, sed ramulorum juniorum compressorum, aetati tertium indole *Santalis* simillima.

„Erntex *Santalo* cui increscit simillimus sed paulo flavior“, dichotome ramosus, glaber, ramis teretibus laevibus, ramulis praesertim versus superiorem internodiorem extremitatem compressis, dilatatis. Folia opposita vix subopposita, decidua; cicatrices elevatas relinquuntia, petiolis antice canaliculatis, 3-4 mm. longis sustentata, crasse carnosio-coriacea, elliptico-vel spathulato-lanceolata, versus basin cuneato-contracta, apice obtusa vel rotundata, $2\frac{1}{2}$ - $4\frac{1}{2}$ cent. longa, 1- $1\frac{1}{2}$ supra medium lata, obsolete uninervia avenia. Cymae corymbosae, axillares, an et terminales, folio breviores, di- et trichotomae, fragiles. Pedunculi triflori. Flores pedicellati vel intermedio aliquando sessili. Bractee carnosae rotundato-ovata naviculari-concava, apice subtilissime ciliata. Calyx obconicus, repando-truncatus, 2 mm. paulo brevior. Petala 5, in sicco fusca, lineari-spathulata, apice elliptico concava, 8-9 mm. longa. Stamina paulo supra mediani altitudinem inserta, antheris lineari-ellipticis. Stylus stamina parum superans, filiformis, anguloso-sulcatus, sursum plerumque flexuosus, stigmatibus verruculosis, subcapitellato.

UMBELLIFERAE Juss.

(Auctore A. BUNGE.)

HYDROCOTYLE Tourn. Endl. gen. n. 4355.

Meisn. gen. pag. 140. (102.)

1. **Hydrocotyle Cymbalaria** Benth. glaberrima, caulibus diffusis subulatis, foliis inferioribus subpeltatis cordato-reniformibus angulato-quinquelobis, lobis integerrimis acutiusculis, pedunculis petiolum subaequantibus, umbellis plurifloris capitatis, fructibus compressis orbicularibus utrinque quadricostatis. — Benth. in Endl. Enumerat. plant. Hb. Gel. pag. 53. n. 175.?

In depressis arenosis umbris sylvae ad fluvium Cygnorum supra urbiculum Perth, 27. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 2084.

Dubitanter huc refero plantulam, cujus pauca specimina praesto sunt; folia enim subpeltata, petiolo paulo supra basin laminae, nec margini inserto.

Stipulae majusculae, scariosae, integrae, margine tenuissime denticulatae. *Caetera* cum *Diagnosi* citata congruunt.

2. **Hydrocotyle hispidula** Bge. caulibus erectis basi nudis glabris, foliis utrinque sparse hispidulis cordato-reniformibus palmato 5-fidis partitisve quinquenerviis, lobis obovatis acute tri-pluridentatis, stipulis scariosis laevis, pedunculis oppositifoliis petiolo brevioribus, involucrio brevissimo scarioso-lacero, umbella subcapitata 7-10-flora, pedicellis aequantibus fructum didyuum compressum minute punctulato hispidulum utrinque bicostatum.

In arenosis insulae Rotenest, 21. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2086.

H. tripartitae Rich. affinis videtur, sed folia, saltem radicalia et caulina inferiora semper quinquepartita, nec trisecta. — *Caules* erecti, 6" alti, a basi ad duas tertias partes nudi. *Folia radicalia* longe petiolata, petiolis 1-1½" longis; *lamina* ad summum 7" lata, 5" longa, ad medium usque vel profundius quinquepartita, sinibus acutis, rarius subrotundatis; *caulina* minor, petiolo inferiorum ad summum 8" longa, superiorum vix trilineari, *lamina* profundius partita, summorum interdum fere trisecta, lobis obovato-oblongis, inciso-pluridentatis; dentibus mucronato-acuminatis. *Umbellae* gracillimae, florentes sessiles, globosae, vix linea dimidia in diametro laetiores; fructiferae pedunculo 2-4" longo suffultae, pilis scariosis pedicellos subaequantibus involucriatae. *Fructus* minuti 0,6" lati, 0,4" alti rufescentes. *Carpophorum* persistens, indivisum, rigidulum.

3. **Hydrocotyle callicarpa** Bge. annua, hirtula, erecta, foliis palmato-5-3-fidis, lobis ovatis acutis acute inciso-dentatis, supra sparse hirtis, stipulis scariosis fimbriato-laevis, umbellis oppositifoliis brevius longiusve pedunculatis exinvolucratibus globosis 9-15-floris, fructibus pedicello brevioribus didymis dorso acutis lateribus turgidis ad commissuram utrinque profunde impressis laevibus subcostatis.

Ad portum Princess Royal Harbour, Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2074.

Plantula 1-2 pollices alta. *Radix* exilis. *Caules* solitarii, erecti, basi rubentes glabri, superne hirtuli. *Folia* infima brevius petiolata, superiorum petiolis 2-3" longis, *lamina* inferiorum basi cuneata, acute 3-5-loba, lobis integerrimis, superiorum basi fere rectilinea, palmato 5-partita, lobis obovato-oblongis, inaequaliter acute 2-3-pluridentatis. *Umbellae* pedunculatae, pedunculo 1½-3 lineas longo, florentes in diametro lineam parum superantes, fructiferae fere bilineares, globosae. *Pedicelli* fructiferi 0,5" longi. *Petala* acutiuscula recta videntur rubicunda. *Styli* divergentes. *Fructus* singularis, a generis structura normali recedens; 0,6" latus, 0,4" altus, utrinque emarginatus, didymus; medio utrinque profunde impressus, cavitate subcordato-orbiculari producta sub juga lateralia arcuata tumida; *mericarpi* dorso acute marginata. *Semen* dorso arcuato acutum, medio turgidum, versus commissuram abrupte compressissimum. Nec haec ad stabilendum novum genus sufficere videntur, quum caeterum habitu plantula nostra cum nonnullis veris *Hydrocotylis* Novae Hollandiae convenit.

4. **Hydrocotyle asiatica** L. DC. villosula vel glabrata, caulibus repentibus, foliis orbiculato-reniformibus aequaliter crenatis 7-nerviis, petiolis pedunculisque fasciculatis, umbellis capitatis brevi pedunculatis 3-4-floris, fructu orbiculari utrinque 4-costato. — DC. prodr. IV. pag. 62. n. 26.

In turfasis exsiccatis ad fl. Cygnorum prope urbiculam Freemantle, 17. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 2065.

5. **Hydrocotyle tetragonocarpa** Bge. glabra, prostrata annua, foliis reniformi-orbiculatis 5-lobis, lobis late 3-pluricrenatis, stipulis ovatis scariosis margine laceris, umbellis oppositifoliis capitatis parce scarioso-involueratis 5-7 (?) -floris, fructibus pedicello longioribus acute tetragonis apice subtruncatis, mericarpiis trigonis utrinque obsolete costatis.

In arenosis conchyliosis humidis prope lacum insulae Rotenest, 21. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2085.

Radix filiformis. *Caules* plures laxi prostrati. *Folia radicalia* longe ($1\frac{1}{2}$ -2 poll.) petiolata, ad summum 6" lata, a basi ad apicem $3\frac{1}{2}$ " alta, plerumque minora, sinu plerumque clauso orbiculata, rarius reniformia; lobi 5 subaequales late obovati, saepissime crenis tribus majoribus, interdum nonnullis insuper minoribus instructi. *Stipulae* scariosae late ovatae margine lacerae. *Folia caulina* radicalibus similia, at brevius petiolata. *Pedunculi* oppositifolii demum petiolum aequantes vel superantes. *Flores* sub anthesi capitati, capitulis vix lineae $\frac{2}{3}$ diametro metientibus. *Fructus* minuti 0,6" longi, 0,1" lati, tetragoni, basi subrotundati, in pedicellum acutati, apice subtruncati, stylis subsistentibus coronati, obsolete inter commissuram carinatum et juga dorsalia acuta pluricostati. *Semen* triquetrum. Observavi etiam fructum et mericarpiis tribus conflatum, subhexagonum, angulis commissuralibus magis prominulis. Fructu ad commissuram haud compresso ab omnibus facile distinguenda, nec tamen, nisi invita natura, a genere removenda.

DIMETOPIA DC. *) Endl. gen. n. 4358. Meisn. gen. pag. 140. (102.)

1. **Dimetopia hirta** Benth.? piloso-hirta, caule elongato, foliis longe petiolatis trisectis, segmentis trifidis, lobis tridentatis, involucri umbella brevioris foliolis oblongis integris setoso-ciliato-dentatisve, mericarpio altero discolori laevi margine crenato. — Benth. l. c.? (*Pritzelia discoides* Walp. l. c.?)

In arenosis circa urbiculam Perth, 2. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 2072.

Diagnosis et Descriptio nimis breves Benthamianae l. c. non male quadrant in nostram plantam, ad solvenda dubia tamen haud sufficient. Mericarpium interius maturum pallidius griseum, exterius pallide fuscum.

2. **Dimetopia Preissii** Bge. piloso-hirta, pumila, foliis longe petiolatis tripartitis, laciniis bi-trifidisque inciso-dentatis, involucri umbellam duplo superantis foliolis foliiformi-

*) *Obsere* Huc sine dubio: *Pritzelia* Walpers Herporium II. pag. 428. Petala inaequalia; mericarpiis in specibus a me observatis compressa, nec turgida, ex cl. Bentham (Endl. Enum. pag. 54) etiam in *D. pusilla* compressiuscula. Mericarpium utrumque fertile, neque alterum, interius, constanter sterile, quale e manca observatione fructus immaturi *Pritzeliae* suae adscribit Walpers l. c. — *Hydrocotyle heteromeria* Rich. e descriptione fructus huc spectare videtur. Genus *Didisco* propius affine quam *Hydrocotyli*.

* Dimorpha proilla ! DC.

In planitie prope Adelaide, Jpn.
in nemore sine foresta inter Gau-
lirstown & Lyndochua Cay ad lacus
decliviusculas Vohr. (S. verna Schv)

caulis saepe rubella. Flos. I.
nuda, plura varietatem ^{prospiciam} ~~representat~~
representat, nam perimena sup-
pentina jam transitum perfectum
ad pl. Benthonianam alii e
phasi cognitam faciunt.

Anth: prima vere.
Liliaceae ramulus, Blackw.
Sagm. Tasmaniae, N. Herb. arid. Anth: caput
Didymus humilis ! J. D. Hook

Sp. pl. Miway, Tasmaniae.
Jan. 1849 hb. N. #, 405.
Ocurrit varietas a Labra

et variis integrifolia Jm.
~~Didymus atropurpureus~~ DC. in. Guss. Bentham!

prospiciam a feminibus in Australia felice col-
lectis Tasmaniae unquam inest. ~~prospiciam~~ ~~prospiciam~~ ~~prospiciam~~
Hydrocotyle glaberrima Jern. Mill.

caulis gracilioris representibus
periculis pinnatis, quae v. clapa-
palescuntibus, foliis pubescentibus
obovatis, ovatis 5-7 lobatis pro-
gulato. nervis, lobis latitudine
propria duplo brevioribus cre-
nato-dentatis, stipulis umbra-
tatis dentatis vel integris,
pedunculo oppositifolium
plurimum superante, umbellis
capitatis, multifloris - brevissime
pedicellatis & compressis didymis
bony acutis latiusculis - utriusque
semitrotatis (trijugis)

trid. 1848 Jan 1848 Jm - Tasmaniae
Murray - river Jan 49, hb. N. #, 420.

Labra & Labra & Labra
In calceolaria ad pl. South Est
river, hb. N. #, n. 454. DC.

prospiciam a feminibus unquam inest.

bus, mericarpio altero eoneolori obsolete tuberculato margine acuto integerrimo.

In arenosis clivni prope lacum insulae Rotenest, 21. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2089.

Specimina juniora tantum praesto sunt; praecedenti simillima, at involucro uti fructu evidenter distincta. *Radix* annua, (?) *folia* radicalia numerosa. *Petioles* 1-1½ pollicares, pilis complanatis patentibus apice crispatis hirsuti; *lamina* utrinque pilis similibus sparsis vestita. *Caulis* cum *umbella* primaria folia adaequans vel vix superans. *Involuceri* foliola inaequalia, nonnulla omnino foliiformia petiolata, omnia umbellam etiam fructiferam superantia. *Flores* in umbellis post anthesin contractis sub-20; radii exteriores longiores plano-compressi, rigidi, cum carpophoro post fructus delapsam fere tres lineas longi, fructus intimi subsessiles. *Mericarpium* utrumque brunneum, exterius muricibus nullique glochidatis dense obsessum, interius glabrum utrinque costa arcuata fere obsolete notatum, versus marginem rugis vel tuberculis 2-3 parum elevatis instructum, margine ipso acuto continuo, nec ut in praecedente crentis aliquot interrupto.

DIDISCUS DC. Endl. gen. n. 4361.

Meisn. gen. pag. 149. (102.)

1. **Didiscus coeruleus** Hook. annuus hirsuto-villosiusculus, caule erecto simpliciter folioso, foliis petiolatis tripartitis, partitionibus 2-3-fidis, lobis grosse 2-3-dentatis, pedunculis involuerisque hirsuto-villosis. — DC. prodr. IV. pag. 72.

In virgultis inter saxa calcarea prope urbiculum Freemantle et in insula Garden-Island, 18. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2055.

PLATYSACE Bge.

(Nov. gen. Hydrocotylearum.)

Calycis margo obsolete 5 dentatus. *Petala* oblonga retusobudemarginata concava intus carinata. *Styli* erecti juniores apice involuti e stylopodio crasso orti denuum cum illo indurati subpungentes. *Fructus* a latere compressissimus didymus. *Mericarpia* aequalia dorso acuta utrinque unijuga, obsolete univittata, glabra. *Carpophorum* bifurcum. *Semen* compressissimum antice rectum semiorbiculare. — Umbellae compositae, involueratae; flores flavo-virentes.

Genus distinctissimum *Hydrocotylearum* tribui ob fructum adnumerandum, et quidem *Trachymeni* proximum, quamvis vitta obsoleta in altero vel in utroque mericarpiorum latere adest.

1. **Platysace cirrosa** Bge.

In lapidosis prope praedium rusticum Dom. Drummond, Victoria, 13. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 2064.

Specimina fructifera foliis fere omnino orbata cum florum rudimentis. Ex schedula adjecta radix tuberosa, Aboriginibus „*Kanna*“ dicta, edulis.

Caulis tenues, flexuosi, ramosi, ramis superioribus vel praesertim umbellarum pedunculis interdum virrosis, sublignescentes, epidermide in inferiore parte soluta, angulato-sulcati; rami juniores subpentagoni. *Folia* (e rudimentis in ramulo juniore) sparsa, approximata, lineari-subulata, lineam circiter longa, in altero ramulo anguste linearia fere pollicaria. *Umbellae* terminales et axillares, compositae, involucratae, *involucri* foliolis linearibus brevibus; quinqueradiatae, accedentibus floribus nonnullis solitariis in pedunculis filiformibus inter radios 6-7^m longos. *Umbellulae* 5-7-florae, involucellatae, radiolis in flore filiformibus 2^m longis, interdum iterum divisis, 2 floris. *Calyx* cum ovario minutus, minutissime 5-dentatus. *Petala* 0,6^m longa, aestivatione valvata (?). *Cremocarpium* nigricans, 2,5^m latum, cum stylopodiis 2^m altum, utrinque emarginatum: emarginaturam superiorem expleat et superant stylopodia compressa fere triangularia, cum stylo recto continua. *Carpophorum* persistens, 1½^m longum, apice in furcam semicircularem divisum.

TRACHYMENE Rudge. Endl. gen. n. 4362.
Meisn. gen. pag. 140. (102.)

1. **Trachymene teres** Bge. herbacea, glabra; caule tereti stricto apice ramoso, foliis inferioribus petiolatis multifidis, umbellis terminalibus multiradiatis compositis, mericarpiis compressis dorso acute carinatis rugulosis tuberculatis.

In arenosis inter frutices montium continuorum Darling's-range Perth, 21. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 2083.

Radix lignosa, repens, (?) multicaulis; e basi suffruticosa surgunt caules sesquipedales erecti, stricti, ad summum crassitie pennae corvinae, teretes, striati, ad duas tertias partes usque indivisi, abhinc ramo unico vel 3-4 aucti; ramis erectis strictis. *Folia* (in speciminibus omnia jam deperdita; ex rudimentis) in parte inferiore raulis conferta, petiolata, petiolo 5-7^m longo, trisecta, segmentis bi-trisectis lineari filiformibus (?) divaricatis; folia superiora, quorum ne rudimenta quidem supersunt, e cicatricibus ab invicem interstitiis 5-10 linearum remota. *Pedunculus* terminalis semipedalis. *Involucrum* polyphyllum. *Umbellae* radii subduodecim, (accedentibus radiolis nonnullis unifloris) 4-6^m longi; *umbellulae* 3-9-florae; radiolis fructu duplo triplove longioribus. *Petala* obovata, subretusa, alba. *Styli* basi divergentes, arenato-inflexi. *Fructus* 0,8^m longi, subaequilati.

2. **Trachymene juncea** Bge. suffruticosa, glabra; caule angulato stricto ramoso, ramis erectis substerilibus, foliis caulinis linearibus, umbella terminali erecta subsolitaria composita multiradiata, mericarpiis compressis dorso acute carinatis tuberculatis.

In glareoso-sublimosis porrectis sylvae, haud longe a cataraeta ad caput fluvii Cygnorum, 9. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2069.

Ex schedula suffrutex tripedalis; praesto sunt *rami* herbacei, 1-1½ pedem longi, erecti, stricti, angulati, a basi ramosi. *Folia* fere omnia deperdita, e rudimentis lineari-filiformia, 5-6^m longa, interstitiis fere pollicaribus ab invicem distantia. *Ramuli* juncei, rigidi, apice subnongentes semipedales vel breviores 3^m longi, erecti, plerumque steriles. *Umbella* terminalis, longe pedunculata, composita, involucri polyphylli foliula linearia, radiis multoties breviora. *Radii* numerosi, ad summum 4^m longi. *Umbellulae* sub 10-florae; radioli 1½^m longi; flores flavicantes. *Styli* erectiusculi, apice

Crantzia Australasica Ford & M.C.

Inidis limosis, subalpis in societate Triglo-
chinis & cypripidis finum Holzapf Bay vafus.

^{genus}
Plantula notabilis atque rursus quam
nisi in America reperti! Herba flavida
repens. Folia succulenta compressa pellu-
cida serrato-articulata. Flos viridis in
rubros surgens. Anthracae lutescae. Fructus
novus parum compressus.

R. & S. Syst. veg. p. XXXII

Cedireus glaucifolius, Ford & M.C.

herbaceus, glaber, glaucus, foliis
palmatifidis, superioribus brevibus
inferioribus longis petiolatis, illo-
rum pinnatis multipartitis, lobu-
lis angustis integris, fertilibus sub-
caevibus.

Unico tantum loco repertus, nempe: ad
quondam rivulum intra Mona Cala
& Elders-rang in illo repertus super
pluviam humido, umbrato.

Herba perennis paucipedalis vel humi-
lis. Radix perpendicularis serra-
interrum digitum crassa flexuosa simplex
Caulis erecti parum ramosi, raris
simplices ^{caulis} foliis pinnata levigata
absorrenda superius. Folia ad 2" longa
etiam petiolo in inferioribus 3". Pe-
dunculi interrum ultra brevipedalis
~~absorrendi~~ ^{caulis} breviores. Umbellae ^{allosporae} paulo
minoris quam D. pilosi ^{allosporae} minus diviso
pinnis fragrantis. Fructus minoris ut
in D. piloso sanna styli longioris. Flos
Tan D. allosporo maxime.
Anth: vni

27. *Cruciferae: rubra, 1848, pl. Schr. in h.*

angusta, for. Müller. 1848

caulis teretis, glabra, ramulis

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

caulis teretis, basi in apice xxx

convergentes. *Fructus* 1,2" lati parum longiores, compressi, ad commissuram contracti, dorso acuti, minutissime tuberculati.

3. **Trachymene Candelabrum** Bge. herbacea, glabra, multicaulis; caulibus acutangulis superne dichotome ramosissimis, foliis caulinis inferioribus petiolatis trisectis; segmentis filiformibus, superioribus linearibus, pedunculis oppositifoliis arcuato-reflexis, umbellis surrectis compositis multiradiatis, mericarpis dorso acute carinatis ruguloso-tuberculatis.

In calcareis haud longe ab urbicula Freemantle, 18. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 2057.

Proxima videtur *Tr. pendulae* Benth., at umbellae multi-(10) radiatae et fructus evidentes tuberculati.

Radix simplex, crassitie pennae corvinae. *Caules* numerosi, erecti, stricti, graciles, pedales, a basi ad altitudinem pollicum 3-4 indivisi, abhinc dichotomi, superne ramosissimi, acutanguli, neque alato-compressi. *Folia inferiora*, usque ad umbellas primarias, mox emarcida petiolata, petiolo basi parum dilatato, subgibbo, 3^m longo, trisecta, segmentis lineari-filiformibus 2-3 lineas longis; *superiora* linearia, *summa* linea breviora. *Umbellae* primariae in medio caule oppositifoliae; pedunculus pollices tres longus, angulatus, arcuato-deflexus, apice inflexus. *Umbellae* surrectae, *involucrum* polyphyllum, foliolis lineari-subulatis, acutis, reflexis. *Radix* sub 10. *Umbellulae* subdecemflorae, involucella patula. *Flores* ex schedula albi, in sicco flavicantes, plerique abortivi masculi. *Fructus* pedicello paulo brevior, 0,9" in diametro metiens, orbicularis, ad commissuram utrinque sulco profundo latiusculo exaratus; *mericarpia* dorso acute carinata, utrinque ruguloso-tuberculata; caetera generis.

4. **Trachymene scabriuscula** Bge. herbacea, multicaulis; caulibus angulatis scabris ramosis, foliis paucis linearibus abbreviatis, umbellis pendulis? mericarpis.....?

In arenosis humidis umbrisque ad fluvium King's-River, Plantagenet, 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2075.

Specimen unicum incompletum, nondum florens, at praecedentibus evidenter congener et ab omnibus facile distinguendum scabritie caulium. Tota planta 2½ pollicaria; *caules* numerosi, ad angulos cartilagineo-denticulati, dichotomo ramosi, ramis flexuosis. *Folia* perpauca minuta, linearia, inferiora adpressa, suprema saepe reflexa. *Umbellae* virgineae cernuae, radiis tribus umbelluliferis nonnullisque unifloris. *Flores* nondum expansi. An *Tr. ramosissima* Benth. l. c.? sed caules scabri, et folia omnia integra.

5. **Trachymene platyptera** Bge. herbacea, multicaulis, ramosa, glabra; caulibus utrinque late alatis subdecem-nerviis, foliis omnibus sessilibus tenuissime multisectis, umbellis terminalibus, involucri foliolis multifidis integrisve, fructibus truncatis, mericarpis hinc turgidis dorso convexis tristriatis rugulosis et tuberculatis.

a. turfosa; strictior, laevis, nervis alarum minus prominulis, venis transversalibus vix distinctis, involucri foliolis trisectis.

In solo turfoso-arenoso inter frutices densos ad portum Princess Royal Harbour, 11. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2062.

β. rupestris; flexuosa, asperula, nervis alarum venisque transversalibus valde prominentibus, involucri foliolis linearibus integris.

In fissuris rupium cacuminis montis Baldhead, 16. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2063.

Affinis *Tr. compressae* Spreng.; at distincta alis latioribus, foliis omnibus multisectis, mericarpiis tuberculatis. Varietates, quas proposuimus, (ex soli indole varia enatae?) forsitan specie distinguendae, fructus forma, quantum ex immaturis varietatis α judicari potest, congruunt. *Radix* in utraque lignescens, tortuosa, crassa, multiceps. *Caules* a basi ramosi, in α strictiores teneriores, ramis magis elongatis, in utraque ad summum 2,5" lati, in α , quamvis juniore, 10 pollices alti, in β semipedales. *Folia* sessilia, omnia in lacinulas tenuissimas multisecta, in β pleraque emarcida, lacinulis, uti videtur, paucioribus brevioribusque. *Umbellae* in apicibus ramorum constrictis, sessiles, 4-5 radiatae, radiis subaequalibus, divaricatis, fructiferis 3-4 lineas longis. *Umbellulae* involucellatae, paucillorae. *Fructus* submaturum lineam lati, 0,7" alti, basi apiceque subtruncati stylis brevibus reflexis coronati, lateribus line subconcaui, illic turgidi, ad commissuram profunde contracti, dorso convexi, parce reticulato-rugulosi, tuberculis omnino nullis.

6. **Trachymene anceps** DC. herbacea, multicaulis, ramosa, glabra, caulibus ancipitibus quadrinerviis, foliis paucis summis brevissimis filiformibus, umbellis terminalibus sub-lateralibusque, involucri foliolis integris, fructibus ?
DC. Prodr. IV. pag. 73?


Ad promontorium: Cape-Riche, 21. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2061.

Specimen mitem vix florens. *Folia* omnia fere deperdita, summa videtur integra; attamen *Tr. compressa* Spreng. esse nequit; caules enim angustiores quam in icone Billardieriana (Nov. Holl. 1. tab. 101.) haud vere alati, sed ancipites 0,6"-0,8" lati (in *Tr. compressa* ex icone citata 1,6"-2" lati); umbellae multo minores graciliores, rami floriferi minus elongati. Melius igitur diagnosin *Tr. ancipitis* DC. quadrat.

7. **Trachymene stricta** Bge. herbacea, ramosa; caulibus strictis elongatis ramisque patulis anguste alatis; alis uninerviis, foliis inferioribus petiolatis minutis paucis, omnibus in lobos paucos tenuissimos fissis, umbellis axillaribus terminalibusque gracilibus, pauciradiatis patulis, involucri foliolis linearibus brevibus, fructibus turgidis cordato-reniformibus; mericarpiis dorso acute unicastis dense acute tuberculatis.

In arenosis prope urbulicam Perth, 15. April 1839. Herb. Preiss. No. 2059. Huc sine dubio etiam specimen incompletum nondum florens lectum: in limoso-calculosis jngi montium Darling's-range, Perth, 16. Jan. 1840. Herb. Preiss. No. 2060.

Radix perennis, superne simplex, crassitie pennae corvinae vel columbinae; *caules* plures et rami inferiores elongati, stricti, bipedales et ultra, ad summum 1,5" lati, plerumque linea angustiores, longe indivisi; caule ipso tereti, at utroque latere abrupte in alam angustam expanso; alae plerumque uninerves; in caulis parte superiore rami floriferi patentissimi, abbreviati. *Folia* pleraque jam ante anthesin deperdita, inferiora (e rudimentis) petiolata, trisecta, segmentis tripartitis, linearibus divaricatis, superiora sessilia dissecta, segmentis abbreviatis, summa nonnulla integra filiformia. *Rami* umbelliferi in superiore parte caulis horizontaliter patentes, $\frac{1}{2}$ -1-pollicares. *Umbellae* 3-5-radiatae, radiis inaequalibus patentissimis, 2 lineas circiter longis; *umbellulae* 3-5-florae, floribus albis, unico plerumque fertili. *Fructus* linea vix angustiores, reniformi cordati, commissura 0,6" longa. *Styli* patentissimi. *Stigmata* capitata.



8. **Trachymene filiformis** Bge. herbacea, glabra, ramosa; caulibus ramisque flaccidis elongatis filiformibus angustissime alatis, foliis minutissimis omnibus in lobos paucos subclavatos fissis, umbellis axillaribus terminalibusque gracillimis, fructibus turgidis didymis; mericarpis dorso convexis unicostatis dense acute muriculatis.

In arenosis umbrosis inter frutices densos ad rivulum prope villam cl. Andrews supra urbiculum Perth, 4. Febr. 1839. Herb. Preiss. No. 2058.

Specimina valde incompleta. *Caules* basi flaccidi, tenuissime alati, 0,4" lati ramis sparsis laxis, pendulis. *Foliorum* vestigia pauca. *Umbellae* gracillimae inaequales, terminales vix $\frac{1}{2}$ pollicem in diametro latae, subquinque-radiatae, radiis nonnullis accessoriis, 1-3 floris; *umbellulae* pauciflorae interdum radiolo uno altero umbellulifero. *Flores* plurimi masculi, pauci fertiles. *Fructus* multo minores quam in *Tr. striata*, 0,6" - 0,7" lati, commissura 0,4" longa, caeterum similes, at apice non rotundati, sed tantisper emarginati, *mericarpis* turgidis, dorso obsolete unicostatis. *Styli* brevissimi patuli.

SCHOENOLAENA Bge.

Calycis tubus ovatus compressus; limbi lacinae cordatae vel peltatae deciduae cartilagineae albae. *Petala* quinque obovato-oblonga, lacinula acuminata infracta. *Stylopodia* planiuscula glabra. *Styli* subulati, demum corneo indurati, basi articulata decidui. *Fructus* evittatus compressus, mericarpis quinquejugis, jugis nerviformibus, lateralibus a commissura remotiusculis. *Semen* compressum antice rectum. *Carpophorum* integrum liberum.

Plantae herbaceae junciformes; folia teretia. Umbellae compositae capitatae, glumaceo-involucratae.

Genus *Xanthostae* proximum, ab hac differt stylopodiis, stylis et laciniis calycinis, a *Pentapeltide* petalorum forma et jugorum numero, ab utroque habitu.

1. **Schoenolaena juncea** Bge. umbellis capitatis; umbellulis quinque 4-5-floris, antheris lineari-oblongis.

In solo arenoso-anfractoso ad fluvium Cygnorum supra urbiculum Perth, 26 Jan. 1839. Herb. Preiss. No. 2082.

Radix crassa, perennis, multiceps. *Folia radicalia* numerosa, florendi tempore emaricida, ex rudimentis, apicibus orbatis, fere sesquipedalia, teretia, sulcata, fistulosa, crassitie pemmae corvinae. *Caules* aequae crassi, 2-3-pedales, erecti, stricti, basi compressi, superne teretes sulcato-striati, superne ramosi, ramis erectis strictis. *Folium caulinum* primum circiter $\frac{1}{2}$ pedem supra basin caulis ortum basi dilatata semiamplexicaule, mox angustatum teres, striatum, superne canaliculatum, acutiusculum, 5-6 pollices longum; caetera ab invicem pollices 4-5 distantia, pauca, similia at breviora, summa 4 lineas longa. *Pedunculii* terminales et axillares 2-4 pollices longi. *Capitula* 4-5 lineas in diametro lata. *Involucri* foliola quinque, glumacea, 3 lineas longa, $1\frac{1}{2}$ lineas lata vel angustiora, basi attenuata, acuta, sordide albida, pallide fusco-lineata, adpressa. *Involucella* similia angustiora tetraphylla, flores superantia. *Flores* in quavis umbellula raro tres plerumque quatuor vel quinque. *Calycis* lacinae interdum orbiculatae, vere peltatae, vel saepius cordatae, sinu clauso, acutae, margine saepe denticulatae,

alho subdiaphanae, cartilagineae. *Petala* alba nervo lutescente, acuminata longe inflexo. *Atherae* lineari-oblongae. *Stylopodia* glaberrima, plana, persistentia, in sicco nigricantia. *Styli* cornei, rectiusculi, demum decidui. *Fructus* (maturus desideratur), 1,5" longus, 0,9" latus, compressus, basi cordatus, apice truncatus, margine rectiliniens, allius, jugis tenuissimis filiformibus fusciscentibus.

2. **Schoenolaena tenuior** Bge. umbellis capitatis; umbellulis quatuor trifloris, antheris subglohis.

In solo subturfoso planitie prope oppidulum Albaui, Plantagenet, 29. Jun. 1841. Herb. Preiss. No. 2080.

Præcedente multoties minor, glaberrima. *Radix* . . . ? *Folia radicalia* . . . ? *Caules* cum inflorescentia 6-9" alti, basi ascendentes, caeterum stricti, tenues, filiformes, simplicissimi, vel ramo uno alterove aucti, 1-4-phylli. *Folia caulina* florendi tempore fere omnino deperdita, linearia, basi parum dilatata, teretiuscula (?) superne canaliculata, acuta, rigidula, inferiora videntur pollicem longa, vel forsitan longiora, medium (ex unico integro superstite) 3" longum, summa breviora squamiformia. *Umbellae* capitatae longe pedunculatae, pedunculo caulem aequante vel superante. *Involucri* foliola 4, glumaceo-cartilaginea, convexa, umbellam aequantia, adpressa, oblonga acuta, basi extus sordide albida, apice violacea, demum fusca, intus alba, 2" longa 0,7" lata, obsolete nervosa. *Umbellulae* 4, subsessiles; involucelli foliola 4; tria exteriora flores fructusque superantia, involucri foliis similia, quarto inferiori membranaceo scarioso albo, flores aequante. *Flores* in quavis umbellula 3, omnes hermaphroditii, paulo minores quam in *Sch. juncea*, caeterum similes. *Calycis* lacinae reniformes, sessiles vel subpellatae, 0,2" latae albido-subdiaphanae, deciduae. *Atherae* subglohis fusciscentes. *Stylopodia stylique* præcedentis. *Fructus* (quos observavi, omnes erant vacui) forma præcedentis, et minor, 0,7" latus, lineam fere longus.

XANTHOSIA Rudge. *) Meisn. gen. 140. (102.)

LEUCOLAENA R.Br. Endl. gen. n. 4364. sect. a.

Sect. **CHLOROSIA**. Involucri foliola parva herbacea vel membranacea; fructus paucijugi.

1. **Xanthosia glabrata** Bge. herbacea, glabra; caulis diffusis laxis, foliis petiolatis; petiolo ciliato, trisectis; segmentis oblongo-linearibus acutis margine integerrimis revolutis, umbellis axillaribus pedunculatis nutantibus untriflorisve, involucri foliis linearibus longe ciliatis, calycis laciniis ovatis acutis, mericarpiis 5-jugis.

In umbrosis sylvae ad thivium Canning, Perth, Nov. 1841. Herb. Preiss. No. 2076.

Planta videtur annua. *Radix* exilis. *Caules* tenues, laxi, 8-pollicares, vel longiores, ramosi. *Folia* petiolata, petiolo inferiorum pollicari summorum

*) *Observ.* Nomen antiquius servandum putavi. Genus forsitan in plura dividendum. Fructus enim in nonnullis speciebus paucijugati, in aliis multijugati; *X. rotundifolia* involucellis petaloideis, et habitu distat. Attamen in hisce omnibus calycis, petalorum, stylopodii, stylosumque structura eadem. Longius distat *Leucolaena peltigera* Hook. sine dubio generice distinguenda.

2^m longo; omnia trisecta, segmenta lineari-oblonga, utrinque acuta, 8^m longa, ad summum 1,2^m lata, membranacea, subtus pallida, margine revoluta. *Umbellae* axillares, inferiores brevius pedunculatae, pedunculo lineam longo, superiores in pedunculo 4-lineari nutantes, in uno rodenque specimine 1-et 3-florae. *Involucri* involucellique foliola in multifloris 3-, in trifloris 6-linearia, flores superantia, pilis longis nitidis subplumosis ciliata. *Fructus* apicem versus hispiduli. *Stylopodia* majuscula villosa. Juga in quovis mericarpiis 5, nerviformia, haud prominula.

2. **Xanthosia pusilla** Bge. herbacea; caulibus adscendentibus dense hirsutis demum glabratis, foliis petiolatis trisectis; segmentis oblongis basi attenuatis acutis obsolete dentatis ciliatis; ciliis demum cyanidis, umbellis axillaribus sessilibus 1-2-floris erectis, calycis laciniis lanceolatis acuminatis, mericarpiis quinquejugis.

In arenosis humidis umbrosisque ad fluvium King's-River, Plantagenet, 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 2078.

Planta pusilla, vix bipollicaris; radix simplex, perennis (?) alte descendens; caules primarii erectiusculi, glabrati, rigidi steriles, laterales breviores adscendentes, hirsuti. *Folia* ima ad petiolum dilatatum, ovatum, amplexicaulem redacta, interdum apice tridentata: superiora petiolata, petiolo 2^m parum excedente, trisecta, segmenta coriacea, lineari-oblonga, acuta, basi cuneata, juniora margine ciliata, demum glabrata, ciliorum basibus persistentibus denticulata, ad summum 4^m longa, lineam lata. *Flores* solitarii vel gemini in axillis subsessiles, erecti; *involucri* foliola 3, flores superantia. *Calycis* lacinae angustiores longiores quam in praecedente. *Fructus* omnino praecedentis, sed parum angustior.

Sect. 2. **EUXANTHOSIA.** Involucri foliola parva herbacea vel membranacea; fructus multijugi.

3. **Xanthosia Hügelii** Steud. canescenti-hirta, caulibus erectis, foliis trisectis, segmentis linearibus subintegerrimis margine revolutis subtus tomentosis, umbellis nutantibus subquinquefidis, umbellulis bifloris, involuero involucellisque 2-3-phyllis, foliolis lanceolato-linearibus fructum multijugatum apice hispidum superantibus. — Benth. in Endl. Enum. plant. Hügel. pag. 55. sub *Leucolaena*.

In arenosis umbrosis sylvae prope lacum Mongerslake, Perth, 4. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 2090.

4. **Xanthosia candida** Steud. caulibus demum glabratis procumbentibus erectisve, foliis ovatis oblongisve grosse et acute dentatis junioribus subtus niveo-tomentosis, umbellis breviter pedunculatis nutantibus subquinqueradiatis, involuero 2-3-phylo, umbellulis multifloris, media sessili exinvoluella caeterorum involuello diphylo, foliolis oblongis fructum multijugatum puberulum superantibus. — Benth. in Endl. Enumerat. plant. Hügel: pag. 55. sub *Leucolaena*.

a. **prostrata.**

In limosis scaturiginosis clivuli inter frutices prope praedium rusticum cl. P. Brown, ad fl. Cygnorum, 22. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 2088.

β. erecta.

In sublimosis umbrosis districtus Sussex. 23. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 2077.

Nisi caulibus erectis umbellisque brevius pedunculatis, foliis paulo majoribus, dentibus minus profundis, a var. α vix distinguenda.

Sect. 3. LEUCOLAENA DC. Involucri foliola magna, involucella petaloidea; fructus multijugi.

5. **Xanthosia rotundifolia DC.** ramulis dense hirsutis aut pube decidua submuriculatis, foliis reniformi-orbiculatis grosse et acute dentatis, umbella 3-4-radiata, umbellis multifloris, involuero et involucello 3-phyllis. ♀. DC. Prodr. IV. pag. 75.

In solo subarenoso sylvae ad latum septentrionale montis Clarence, Plantagenet, 23. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 2066.

Involucrum in speciminibus observatis tetraphyllum, involucella triphylla, foliolo medio cuneato-obovato, lateralibus obliquis latioribus fere semicordatis acutissimis.

PENTAPELTIS Endl. Endl. gen. n. 4364. c.
Leucolaenae sectio.

Calycis tubus ovatus compressus, limbi lacinae 5 peltatae imbricatae cartilagineae. *Petala* 5 stipitata obovata acutiuscula, lacinula inflexa nulla. *Stylopodia* exigua plana glabra. *Styli* rigidi cornei, basi articulati. *Fructus* compressus turgidulus evittatus, commissura contractus; mericarpi novemjuga, jugis prominentibus.

Herba perennis multicaulis, folia semiorbiculata, basi truncata. *Umbella* composita 3-4-radiata, *umbellulae* subquadriflorae. *Involucra* involucellaeque rigida linearia.

Genus a *Xanthosia* abunde diversum: calycis laciniis, petalis, stylopodiis, stylis et habitu; a *Schoenolaena* habitu, petalis, fructibusque multijugatis.

1. **Pentapeltis peltigera Hook.** foliis reniformi-lunatis grosse dentatis, involucri involucellique segmentis lineari-subulatis striatis, lobis calycis peltatis, petalis spatulatis intus carinatis. Hook. Icon. pl. t. 45. (sub *Leucolaena*.)

Iconem citatam non vidi.

In sublimosis glareosis jugi montium Darling's-range, 9. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 2081.

ACTINOTUS Labill. Endl. gen. n. 4387.
Meisn. gen. 141. (103.)

1. **Actinotus leucocephalus Benth.** piloso-pubescent, foliis patenatim 3-4-sectis, segmentis integerrimis 3-5-fi-

N^o 1. *Sium latifolium* L.
Sium angustifolium Schlecht. pl. 13.

Ad rivulos, in pratensibus
haud rarum.

Floris ergo in nordem vidi
in Cal. 4. ^{Sept. 2.} ~~in~~ in plantam nostram
quadrat florulum & in vertice
fructificans.

+ *Paenitulum vulgare*, Ray.

Ad fl. Torrrens ponte.

Anth: vere.

+ *Anethum graveolens* L.

Hic illi ponte Torrrens.

+ *Pimpinella sativa* L.

Ad fl. Torrrens prope Klunzig
nunc subsponte.

+ *Coricandrium fativum* L. ^{(piceus} ^{or dincis)}

Prope Bethaniam subsponte.
pl. 12. h.

+ *Xanthoxia leucophylla*?

+ *A. geraniaceus* ^{folis quin} ^{junioribus} ^{senioribus}

caulis tenuis - puberulus dense tomentoso-
puberulus mox glabrescens villosus,
foliis biternato-multifidis, segmen-
tis incisuris acutis incisuris, involucri
phyllis lanceolatis pubulato - cingu-
latis ~~prode saxatell~~ umbellulis
brevioribus. -

In collibus ad fl. 14. Davysport prope
Kivoli - Ray. Flores evoluti & fractus
sepent. 0. 12 / 48.

disve laciniis linearibus, calycis limbo cupuliformi, corollis pentapetalis. Benth. in Endl. Enum. plant. Hüg. pag. 56.

In limoso-arenosis apertis ad fluvium Canning, 2. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 2056.

Habitus omnino idem ac in caeteris *Actinoti* speciebus, signaque ad distinguendum genus: *Holotome*, levis momenti.

ERYNGIUM Tournef. Endl. gen. n. 4386.

Meisn. gen. 141. (103.)

1. **Eryngium pinnatifidum** Bge. caule superne breviter trichotomo infra ramificationem unifolio, foliis radicalibus in petiolum longe attenuatis oblongis pinnatipartitis; laciniis distantibus; infimis minoribus lanceolato-linearibus mucronatis, superioribus ovato-oblongis inciso-grosse dentatis; dentibus mucronatis, caulino solitario radicalibus simili, foliis subfloralibus ternatim verticillatis late petiolatis apice trifidis, capitulis pedunculatis, involucri foliolis suboctonis lanceolatis integerrimis rigidis spinoscentibus capitulum superantibus, paleis similibus minoribus, petalorum lacinulae inflexae tripartitae lobis filiformibus.

In solo fertili montium continuorum Darling's-range, Aug. 1841. Herb. Preiss. No. 2054.

E. ovino Cunn. affine videtur, attamen caulis (e specimine unico) vix erectus neque dichotomus, folia minime bipinnatifida, lacinae nec lineares, nec spinosae. — Glaberrimum. *Folia* radicalia cum petiolo 9-11 poll. longa, pinnatipartita, partitionibus sub 10, infimis integerrimis, minutis, alternis, superioribus oppositis pollice dimidio longioribus 3-4" latis, summis confluentibus in lobum 7-8" latum, trifidum, grosse inciso-dentatis, dentibus longe mucronatis. *Caulis* pedalis laxus, decumbens (?), striatus, a basi ad duas tertias partes nudas, hic unifolius; folium radicalibus simile 3½ pollices longum, rhachii dilatata, in sicco transverse nodulosa; in apice caulis folia tria verticillata, ad petiolos foliaceos semiamplexicaules apice trifidos, lobis integerrimis redacta; superata pedunculo capituli primarii pollicari, ramisque tribus paulo longioribus bibracteatis, semel dichotomis. *Involucri* foliola rigida, carinato-trinervia, pungentia, 8-9 lineas longa, caerulescentia. *Paleae* similes, at angustiores et breviores, flores parum superantes. *Calycis* tubus obsessus vesiculis ovato-lanceolatis, obtusiusculis; lacinae tubo longiores longe cuspidatae. *Petalorum* lacinula infraeta, apice carinata tripartita, lobis filiformibus involutis.

2. **Eryngium tetracephalum** Bge. caule erecto stricto sulcato infra ramificationem nudo semel trichotomo, foliis radicalibus longe petiolatis pinnatisectis; segmentis remotis linearibus integerrimis vel hinc inciso-uni-bidentatis acuminatis pungentibus, caulinis tribus verticillatis similibus subsessilibus, capituli terminalis pedunculati involuero 8-phyllo, ramis tribus diphyllis monocephalis, capitulis pedunculatis, involuero 6-phyllo; foliolis lanceolatis spinosis capitulum excedentibus, paleis similibus minoribus, petalorum lacinula apice longe fimbriata.

In arenosis sylvae prope lacum Keiermuhle, Perth. 27. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 2053.

Praecedenti proximum, at notis in diagnosi indicatis abunde diversum videtur. Ad *E. ovinum* Cunn., quoad diagnosise hujus incompletam, referri nequit, ob folia simpliciter pinnatisecta, et caulem semel trichotomum quasi umbella 4-radiata terminatum. Longius distat ab *E. vesiculoso* Labill., et *E. angustifolio* DC. — *Folia radicalia* pedem longa vel breviora, petiolo interdum plus quam semipedali, angusto, lineari, rachis angusta nodulosa, segmenta sub 10, inferiora minora integerrima, media ad summum pollicem longa, lineam lato, acuminato-pungentia, integerrima, vel hinc dente solitario vel binis distantibus subulato-pungentibus munita, extimum elongatum lineare, integerrimum. *Caulis* penna aserina tenuior, cum inflorescentia 1-1½ pedalis, a basi usque ad altitudinem 9-12 pollicum nudus, profunde sulcatus; superne foliis tribus verticillatis munitus, petiolis basi dilatatis; caeterum folia radicalibus similia, inaequalia, uno longiore, ramos aequante. *Rami* 3, circa pedunculum terminalem inaequales, pedunculo breviores vel longiores, supra medium bifoliati, foliis oppositis pinnatifidis, vel rarius integerrimis, in axillis interdum ramulis abortivos gerentibus. *Capituli terminalis* subglobosi, 4-6^m in diametro, pedunculus 2-3 pollicaris, striato-sulcatus; *involucrum* sub 8-phyllum capitulum superans, erectum; foliola 6-8 lineas longa, basi linea latiore, carina nervisque marginalibus subtus prominentibus, rigida, spinescentia; paleae pleraeque minores, flores subaequantes, una alterave longior spinosa, longe e capitulo prominens. *Capitula ramealia* minora involucri sub 6-phylla. *Calycis* tubus dense obsessus vesiculis oblongo-linearibus elongatis obtusis, intermixtis brevioribus, limbi lacinae lanceolatae acuminato-pungentes. *Petalorum* lacinula inflexa apice fimbriis piliformibus subquatuor involutis appendiculata. *Stamina* longe exserta.

Observ. Petalorum forma hae species ab omnibus, quae examinare licuit differunt. In plerisque speciebus (*E. campestri*, *Burgati*, *Billardieri*, *Sphaeralba*, *dilatata*, *amethystino*, *maritimo*, *plano*, *dichotomo*, *pusillo*, *tripartito*, *tricuspidato*, *ilicifolio*.) petalorum lacinula apice obtusa; rarissime fimbria una alterave brevi aucta v. gr. in *E. triquetro*; in paucis (*E. glaciali*, *giganteo* et *alpino*) petala acuminata, aemine inflexo, denique in *E. corniculato* lacinula dilatata laeera.

HELOSCIADIUM Koch. Endl. gen. n. 4397. Meisn. gen. 142. (104.)

1. **Helosciadium (Cyclosperrnum) australe** Bge. glabrum; caule erecto parce dichotomo-ramoso angulato, foliis sparsis inferioribus pinnatisectis; segmentis paucis basi cuneatis 2-3-partitis; laciniis lanceolatis acuminatis integerrimis incisive, superioribus trisectis; segmentis basi attenuatis elongatis lanceolatis integerrimis, umbellis oppositifoliis subsessilibus pedunculatisve 4-6-radiatis, involucri utroque nullo, petalis apice inflexis, jugis crassiusculis subsuberosis.

In solo turfoso ad flavium Cygnorum, 4. Febr. 1839. Herb. Preiss. No. 2052.

Specimina duo pedalia, superne bis vel ter dichotoma, internodia inferiora 3-2½ poll. longa. *Folia inferiora* emarcida, petiolis elongatis fere bipollicaribus suffulta, pinnatisecta bijuga; segmenta pollicem longa, lateralia bipartita, lobo altero integerrimo, altero inciso trifido, terminale cuneatum tripartitum, lobis basi lineam, et quod excurrit, latis, lanceolatis acutis integerrimis; *folia superiora* petiolo pollice dimidio breviori, dilatato insi-

Phlebotriactium (Cyclosporum) parvum Trin.
 glabra, caulis erectis, simplicibus angulatis,
 foliis radicalibus congestis primariis, segmen-
~~tis~~ ~~tri~~-~~trijugis~~, ~~tri~~-~~lobatis~~, integris ~~et~~ ~~se~~
~~in~~ ~~bractea~~ ~~bracteatum~~ ~~crasty~~ ~~range~~ ~~Dec. 20. 1848.~~
 cum terminali trilobis, lobis obtusis, ~~tri~~-~~lobis~~
 dentatisve obovatis vel oblongis basi cu-
 reatis, lobis caulibus minus dissectis et fipsis
 acutioribus, umbellis oppositalis vel
~~axillaribus simplicibus~~ ~~simplicibus~~ 1-2 radiatis, radi-
 pedunculatis vel ~~scapulis~~ ~~scapulis~~ ~~scapulis~~
 15 ad 8 floris, radiolis ~~paucis~~ ~~con~~ ~~gioribus~~ vel
 brevioribus, involucri utroque nullo
 Loris inundatis limosis hanc rarsu per-
 coloniam!
 Herba, vix digitalis! Auth: unce

E. vespiculosum Lab.

Ad flumen Gouleri. Jun. 18. 1848.
 Ibidem in graminibus apud St
 Hanian! Apr. 14. 1848.

B. prostratum fide Muller.

partibus omnibus tripla
 validioribus, foliis multo
 latioribus, involucris utrumque
 hypophylla.

caulis rad. radicalia defuit
 & C. Stuart pulchrum fragmenta
 nonnulla super varietatis
 medium consummationem, de
 specificis diffinitis hanc outar
 sum, saltem sed hinc proximum
 In humidis ut in roccis Pa
 alitque. Plantam eadem in
 Tasmania vixit C. Stuart
 parat; ubi eadem Ed. Lat.illard
 E. vespiculosum fuisse dicitur.

Ad fl. South Esk-river Tasmaniae,
 No. N. H., n. 406.

occumit
B. prostratum fide Muller.
 Ad fl. Gouleri. Trin.

dentia, trisecta, segmentis basi angustatis, acuminatis 15^m longis, ad summum 1 1/2^m latis. *Umbellae* in superiore caulis parte oppositifoliae, inferiores subsessiles, superiores pedunculatae; pedunculus 3-4 lineas longus, acute angulatus; radii plerumque 6, in umbella deflorata 5-7 lineas longa. *Calycis* margo obsoletus. *Petala* ovata acuta, lacinnula inflexa. *Fructus* maturi 0,7^m longi, turgiduli, a latere compressiusculi; juga crassiuscula aequalia, vittae in quavis vallecule solitariae, latiusculae. *Styli* patentes reflexi. *Carpophorum* integrum liberum. — Sive dubio igitur ad *Helosciadii* genus referenda species.

2. ? **Helosciadium prostratum** Bge. caule procumbente flexuoso, foliis pinnatisectis segmentis petiolulatis pinnatifidis-laciniis 5 lanceolatis ultimis apice trifidis, umbellis subsessilibus oppositifoliis, involucri submonophyllo. Hook. Leon. plant. tab. 305. sub. *Petroselinum* (tabula non inspecta). DC. Prodr. IV. pag. 102.?

Apium prostratum Labill. ex schedula Preissii adjecta.

Ad fluvium Cygnorum, 19. Jan. 1839. Herb. Preiss. No. 2051.

Specimina communicata duo vix florentia, igitur generis haud extricandum. *Petala* acuminata! ad *Petroselinum* vel ad *Apium* referre dissuadent. Praecedenti videtur congener, et evidenter affine, at caules multo crassiores profunde sulcati, folia magis decomposita.

DAUCUS Tournef. Endl. gen. n. 4497.

Meisn. gen. 141. (107.)

1. **Daucus brachiatus** Sieb. caule erecto foliis bipinnatisectis segmentis multipartitis, lobis linearibus, involucri foliolis multifidis, radiis inaequalibus divergentibus, aculeis fructus apice glochidatis, carpophoro indiviso. — DC. Prodr. IV. pag. 214.

In arenosis sylvae ad fl Canning, Perth, 31. Oct. 1839 et in Australia occidentali. Herb. Preiss. No. 2071 et 2073.

Hispiditate tantum a planta Sieberiana differe videtur. Comparatis specimenibus *D. montani* Willd. (*toriloidis* DC.), mexicanis, *D. montevidensis*, H. Berol. cultis et specimenibus Poeppigiano e Valparaiso *D. australis* Poepp., quorum differentiae vix ad distinguendas varietates suppetunt, sententiae cl. Bentham (Endl. Enumerat. plant. Hügel. pag. 56.) assentio qui has species haud diversas esse affirmat.

EPACRIDEAE R. BROWN.

(Auctore O. GUIL. SONDER.)

Tribus I. STYPHELIEAE Bartl.

STYPHELIA Smith. Endl. gen. n. 4267.

Meisn. gen. 248. (156. 157.) STYPHELIA et SOLENISCIA DC. Prodr. 7. pag. 735 et 737. *)

1. **Styphelia elegans** Sond. erecta, ramulis tenuissime puberulis, foliis ovatis acuminatis rigide mucronatis coriaceis supra nitidis subtus glaucis striatis, corollae tubo elongato intus fasciculis barbatis destituto.

Styphelia tenuifolia Lindl. Swan-River bot. pag. 25.? *Soleniscia elegans* DC. l. c. pag. 738.

In arenosis silvae prope Bellevue, ad fluvium Cygnorum, d. 14. Maji 1839. Herb. Preiss. No. 468. (Drummond n. 481!)

„Frutex bipedalis erectus.“ *Folia* coriacea 6-9 lin. longa, 3 lin. lata, supra laevia nitida, subtus glauca striata, margine denticulata scabra. *Peduncululi* axillares brevissimi, 1-2-flori. *Bracteae* 4, obtusae apiculatae. *Calyx* 5-partitus, pergamaceus, foliola lanceolata $2\frac{1}{2}$ lin. longa. *Corollae* albae tubus calyce 6-tuplo longior, gracilis, extus glaberrimus, intus apice velutinus, basi glaber, lobi lineares, revoluti, barbati. *Filamenta* exserta. *Discus* hypogynus 5-dentatus, dentibus acutis ovario brevioribus. *Ovarium* 5-loculare, loculis 1-ovulatis. *Stylus* stamina superans. *Stigma* capitella-

*) Characteres quibus cl. DC. genera *Solenisciae* et *Stypheliae* distingui vult, ad corollam gracilem et praesentiam fascienlorum barbatorum in basi corollae redeunt, discum enim hypogynum quem in *Soleniscia* deesse dicit, in exemplaribus ad nunum omnibus invenio. Verum neque majorem corollae longitudinem neque absentiam praesentiamve fascicul. barbat. tantum esse ex quibus genus singulare distinguatur, cum *Astroloma humifusum* et *longiflorum*, nec non *Conostephi* species sola praesentia et absentia fascienlorum barbatorum distigui viderimus, nemo est qui concedat. Cum denique fructus *Solenisciae* et *Stypheliae* non differant utrumque genus in unum comprehendere non dubitavi. Etiam *Stenatherae* aliquam speciem nondum descriptam a *St. pinifolia* praesentia fascie. barbat. distingui, hac occasione significare licebit.

Stenathera conostephioides Sond. ramulis hirtellis, foliis erectis adpressis v. subpatulis linearibus mucronatis margine ciliatis revolutis utrinque pilosis supra scabriusculis, pedunculis axillaribus brevissimis recurvis, cor. tubo intus juxta basin fasciculis barbatis instructo. Ad Port Adelaide leg. Th. Siemssen 1839. (com. amic. Steetz.) *Frutex* erectos ramosus, ramis glabris, calycem pubescenti hirtellis. *Folia* 8-11 lin. longa, lineam lata, supra viridia subtus pallida striata, mucrone pungente terminata. *Flores* in axillis foliorum solitarii subpenduli. *Bracteae* circ. 8, margine ciliolatae, inferiores brevissimae rotundatae, superiores acutiusculae glabrae. *Calycis* foliola subacuminata glabra, bracteis longiora. *Corollae* tubus concolor, coccineus, calycem aequans, 5 lin. longus, extus apice pubescens, intus glaber, prope basin vero fasciculatim barbatus, limbi lobis semibarbatis apice glabris. *Filamenta* brevissima alte adnata, antheris linearibus sublatis. *Cyathus* hypogynus integer. *Ovarium* glabrum 5-loculare. *Stylus* corollam aequans, glaber, stigmate capitellato. β . **glabrata**, foliis ciliatis supra laevibus. In regionibus interior. Nov. Holl. legit cl. Mitchell.

Ericineae R. Br.

Geatthria Vahl.

G. hispida R. Br. *Fl. Ind. L.*
n. 341. *Fl. Ind. L.* n. 341. *Fl. Ind. L.* n. 341.

Pernettya, Gaudichaud.

P. Tarnanurica, hb. St. (forte Hookeri)
Procumbens, in fumis montibus V. D. L.
hb. St. n. 344. Jan 1849.

R. Br. prod. l. p. 537. Fl. Ind. L. n. 344. Jan 1849.

S. adpressens R. Br. *Fl. Ind. L.* p. 163.

In insula Vandemonii Land. hb.

St. n. 34. Deinde flores fructusque

desunt, lamina de hujus loci pl.

meam exiv, praesertim quia uni

va hujus generis speciosior in Tas-

manicis detorsa & novis spec-

minibus a cl. lectore commemorat.

si prodeit, hanc non esse Eric-

*eam sed *P. coniculata* (Vahl)*

rectro)

Stemnanthera.

R. Br. prod. l. p. 538. Fl. Ind. L. n. 345.

S. canocephaloides Sond.

Dentatopetalo Behrii Steud. et Kunth.

Cum amicissimo Sond. hanc plantam
melius *Stemnanthera* subjici, quam
novum genus habeo. Sed locum
diversum novum *Stemnanthera* lei
ornandam format. — Miri et Steud.
ne quidem nomen *Sondrianum* ut
synonymum citat.

Crypsal, brook!

Lefty-range, hb. St. n. fr. 34!

In mont. Tarrus in 2. Mart. 1848

In montibus graminosis prope

Hahndorf n. s. v. Apr. 27. 1848 -

calyx cum bracteis igneis ruber

corolla pulchra rubra

frut. erectus strigosus 2-3'

In montibus Warosja-range.

In fruticulis prope Tarrundam

in aruosis Jul. 1848. Vesp.

Holefastlag hb. J. n. 34 n. 47.

In lapidosis nemorosis Canill

Angl a Guiltin - Bay? Inter

Mantlesfeld et N. Plungam

Stangeros island!

* Senanthera penifolia! R. Br


In Mauriana prope

Samuelis prope ^{rebusis!}

Pauli Dasmannum raro

occurrens. Nov. 4^o. hb. St.

J. 69.



tum. *Drupa* oblonga, styli basi mucronata, calyce duplo longior, coerule-scens, subexsucca, putamine osseo solido.

β. lanceolata, foliis lanceolatis acuminatis.

In glareosis inter frutices districtus York, d. 25. Apr. 1840. Herb. Preiss. No. 469.

ASTROLOMA R.Br. STOMARRHENA et ASTROLOMA DC. Prodr. *) Endl. gen. n. 4268. Meisn. gen. pag. 248. (156.)

1. ***Astroloma longiflorum* Sond.** caule prostrato ramosissimo, ramulis pubescenti-hirtellis, foliis patentibus lanceolato-linearibus mucronatis supra convexiusculis margine ciliatis, bracteis calycibusque pubescentibus, corollae tubo intus prope basin fasciculis barbatis destituto.

Stenanthera ciliata Lindl. Swan-River bot. pag. XXV.

In arenosis silvae prope oppidum Perth, d. 13. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 419. (Drummond n. 474!)

Suffrutex pedalis et ultra, ramis elongatis. *Folia* numerosa, horizontaliter patentia, linearia mucrone subulato terminata, subtus striata, 4 lin. longa, vix $\frac{1}{2}$ lin. lata. *Flores* axillares, solitarii, brevissime pedicellati. *Bracteae* 4, obtusae, apiculatae, inferiores minimae, superiores calyce triplo breviores. *Sepala* ovata, subacuminata, ut bracteae extus pubescentia. *Corolla* purpurea, elongata, calyce 3-4-plo longior (circ. pollicaris) tubo intus prope basin glabro, limbo erecto vel subpatente, acuminato, barbato, apice glabro. *Filamenta* brevissima, ad faucem sessilia. *Antherae* oblongo-lineares. *Discus* hypogynus cyathiformis, subdentatus. *Ovarium* glabrum, 5-loculare. *Stylus* glaber corolla brevior. *Stigma* capitatum. *Drupa* subexsucca, subglobosa, styli basi superata, 5-sperma, calyci aequilonga.

Simillimum *A. humifuso* Br. differt tantum: tubo corollae longiore graciliore fasciculis villorum carente et limbo apice glabriusculo, fructus et reliquae utriusque plantae partes non differunt.

2. ***Astroloma foliosum* Sond.** caule prostrato, ramis adscendentibus pubescenti-hirtellis, foliis confertis linearibus mucronatis supra convexis margine ciliatis, bracteis calycibusque glabris.

In limoso-calculosis ad rivulum planitiei haud longe a praedio rustico Mad-dington, d. 1. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 420. (Drummond n. 472!)

„Frutex bipedalis.“ *Rami* hirtelli ramulis brevibus foliosissimis dense obsiti. *Ciliae* foliorum longae, tenues. *Bracteae* obtusae, apiculatae. *Calyces* acuminati. *Corolla* deest. *Drupa* globosa Pisi minoris magnitudine, calyce brevior.

Valde affinis *A. humifuso* et *longifloro*, differt: caule elatiore foliosis-simo, foliis adpressis subbrevioribus, margine magis revolutis, sepalsisque angustioribus.

*) *Stomarrhenae* genus, quod cl. DC. *Stypheliae* proximum iudicat, secundum observationes meas ab *Astrolomate* non diversum est, characteres enim *Stomarrhenae* in plurimis *Astrolomatis* speciebus inveniuntur.

3. **Astroloma discolor** Sond. caule prostrato ramoso, ramulis hirtellis, foliis linearibus mucronatis supra convexiusculis viridibus, subtus pallidis striatis, margine rigide ciliatis, bracteis calycibusque pubescentibus, corollae tubo intus fasciulis barbatis destituto.

In arenosis silvae prope oppidum Perth, d. 13. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 419 ex parte.

Rami nunc erecti simplices, nunc humifusi, ramulis adscendentibus brevissimis. *Folia* 3 lin. longa, semilineam lata, ramulorum subbrevia. *Calyces* pallidi. *Corollae* (purpureae) tubus longissimus, intus a basi ad apicem omnino glaber, limbi lobis acuminatis, barbatis. *Filamenta* brevissima. *Antherae* oblongae. *Discus* hypogynus cyathiformis, subdentatus. *Ovarium* glabrum. *Stylus* filiformis, glaber, non exsertus. *Stigma* subcapitatum.

Summopere affine *A. longifloro*, sed diversum: foliis brevioribus discoloribus erectis subadpressis, quorum ciliae sunt rigidiores.

4. **Astroloma dilatatum** Sond. caule diffuso, ramulis adscendentibus glaberrimis, foliis lineari-spathulatis mucronatis, margine revoluta rigide ciliatis, glaucescentibus, bracteis calycibusque pubescentibus.

In arenosis silvae prope oppidum Perth, d. 13. Maj. 1839. Herb. Preiss. No. 419 (ex parte) (Drummond!)

Habitu proxime accedit ad *A. prostratum* et *longiflorum* sed ramulis glaberrimis, foliis linearibus apice latioribus satis distinctum. *Folia* 4½ lin. longa, apice semilineam lata, subglauca, concoloria. *Calyces* 2½ lin. longi, bracteis 4 obtusis mucronulatis. *Corollae* desunt.

5. **Astroloma glaucescens** Sond. caule erecto ramoso, ramulis glabriusculis, foliis erectis subadpressis anguste linearibus planis, mucrone subulato terminatis, margine serrulato scabris, bracteis calycibusque glabris.

In Australasia occidentali. Herb. Preiss. No. 409. (Drummond n. 478!)

Frutex, ut videtur, ultra pedalis. *Folia* 5 lin. longa, ¼ lin. lata, conferta, canli ramisque subadpressa, glaucescentia, subtus obsolete striata. *Bracteae* 4, obtusae. *Sepala* lanceolata. *Corollam* non vidi. *Drupa* subglobosa, Pisi minoris magnitudine, styli basi mucronata, 5-locularis.

Propter folia tenuia conferta *Stenantherae pinifoliae* Br. haud absimile.

6. **Astroloma microcalyx** Sond. caule erecto ramoso, ramulis pubescentibus, foliis patentibus linearibus mucronatis margine revoluta rigide ciliatis, bracteis calycibusque puberulis glabrisve.

Inter saxa calcarea chivili prope Lime-Kilb, Perth, d. 19. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 470. (Drummond n. 470!)

„Frutex 1-1½ pedalis.“ *Radix* ramosa, fibrillosa. *Caulis* sublignosus, epidermide fusco-nigricante rimosa, penna gallinacea subcrassior, nunc a basi nunc apice tantum ramosus, rami erecti, sahnudi, ramuli foliosi. *Folia* inferiora sparsa patentia, 1 lin. longa, ½ lin. lata, superiora magis adpressa confertiora. *Flores* minuti folium superantes. *Bracteae* 4, obtusae, mucronulatae. *Calyces* parvuli cum bracteis vix 2 lin. longi, sepalis sublanceolatis, apiculatis. *Corollae* tubus calyce duplo longior, intus juxta basin fasciulis 5 barbatis instructus; limbi lobis acuminatis, barbatis. *Filamenta* brevissima. *Antherae* lineari-oblongae. *Discus* hypogynus cyathiformis, sub-

integer. *Ovarium* discum superans, glabrum. *Stylus* filiformis, glaber, non exsertus.

7. **Astroloma Baxteri** A. Cunn. erectum, ramosissimum, ramulis pubescenti-hirtellis, foliis linearibus mucrone apiculatis serrato-ciliatis erectis, corollae lobis linearibus glabriusculis. — A. Cunningh. ap. DC. Prodr. l. c. pag. 739.

In arenosis ad Stirling's-terrace, Plantagenet, d. 25. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 425. New-South-Wales leg. Fraser! (herb. Shuttleworth.)

„Frutex tripedalis“. *Folia* 5 lin. longa, margine subrecurva. *Bractee* 4 vel 6, inferiores minores, superiores 2 calycem dimidiam aequantes, omnes obtusiusculae, apiculatae. *Sepala* acuminata, corolla duplo triplove breviora, glaberrima. *Corollae* lobi erecti, glabriusculi, apice vix barbupati. *Drupa* globosa Pisi minoris magnitudine stylo longo glabro persistente terminata *).

8. **Astroloma divaricatum** Sond. caule erecto ramoso, ramis divaricatis, ramulis tenuissime puberulis, foliis coriaceis patulis reflexive lanceolatis basi subcordatis apice mucronatis, margine recurvato integerrimis vel denticulato scabris subtus glaucescentibus, bracteis calycibusque subcoloratis glaberrimis.

Leucopogon epacridis DC. l. c. pag. 754!

In glareosis silvae inter praedia rustica Dom. Barker et Lennard, York, d. 12. April 1840. Herb. Preiss. No. 467. (Drummond n. 468!)

„Frutex bipedalis“ ramis valde rigidis, habitu *Aerotruches divaricatae*. *Folia* 4-6 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ -2 lin. lata, basi subcordata, sessilia, subtus pallidiora, striolata. *Pedunculi* subreflexi, squamosi. *Bractee* 4, obtusae vel brevissime apiculatae, calyce subtriplo breviores. *Sepala* obtusa mucronulata colorata. *Corollae* tubus intus prope basin fasciculis 5 barbatis intractus, ad faucem tomentosus, limbi lobis patentibus apice glabris. *Filamenta* fauci inserta antheris lineari-oblongis breviora. *Discus* hypogynus cyathiformis, subinteger. *Ovarium* glabrum, 5-loculare. *Stylus* non exsertus glaber, lente auctus tuberculis obsitus. *Stigma* subcapitatum.

9. **Astroloma marginatum** Sond. caule erecto ramoso, ramis divaricatis, ramulisque glabris, foliis rigidis squarrosopatulis e basi cordata lanceolatis in mucronem subpuugentem attenuatis, striatis, glaucis subcoloratisve, margine scabridis.

In solo glareoso sterili silvae prope fontem Pitscharding, Victoria, d. 20. Mart. 1840. Herb. Preiss. No. 471.

*) **Astroloma Drummondii** Sond. erectum, ramosum ramulis tenuissime puberulis, foliis subsessilibus erectis linearibus mucronatis margine revolutis integerrimis, bracteis calycibusque pubescentibus. Swan River. leg. Drummond n. 467. Frutex rigidus, ramis erectis. *Folia* 6-7 lin. longa, explanata $1\frac{1}{2}$ lin. lata, utrinque glabra, subtus pallidiora, petiolo brevissimo insidentia, mucrone subpuugenti terminata, ramis subadpressa. *Flores* axillares, solitarii. *Bractee* 4 vel 6, inferiores minutae. *Sepala* ovata apiculata, 4 lin. longa, margine ciliata. *Corollae* rubrae tubus calyce vix longior intus prope basin fasciculis villorum instructus, medio glaber, apice inter antheras tomentosus. *Limbi* lacinae erectae acutissimae barbatae. *Antherae* lineari-oblongae, glabrae. *Discus* hypogynus subinteger, ovario glabro duplo brevior.

Specimina perpaucā deflorata tantum adsunt. *Caulis* ut videtur, ultra pedalis fruticosus, teres, pennae galliū. crassitie, cortice griseo-albo. *Rami* erecto-patentes, rigidi. *Folia* 4-5 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ -2 lin. lata, basi cordata, sessilia, plana, utrinque nervoso-striata, subglauca vel roseo subcolorata, margine denticulis brevissimis scabriuscula. *Flores* fructusque ignoti. *Habitus* paene praecedentis speciei. An hujus generis?

10. **Astroloma pallidum** R.Br. diffusum, ramis adscendentibus, foliis lanceolatis sessilibus ciliatis imbricatis supra concaviusculis. R.Br. prod. 538. DC. l. c. pag. 739.

Leucopogon blepharodes DC. l. c. pag. 753!

In arenosis apertis silvae caeduae haud longe ab oppido Freemantle, d. 13. Jan. 1839 et in solo sublimoso inter frutices densos planitie ad fluvium Canning, d. 23. Júl. 1839. Herb. Preiss. No. 424. (Drummond!)

„Frutex spithameus, caespitosus“, ramulis pubescentibus. *Folia* 5-7 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, mucrone setaceo pungenti terminata, subtus pallida, striata. *Flores* axillares, solitarii, interdum in apicibus ramulorum aggregati, subspicati. *Corolla* incarnata. *Filamenta* brevia. *Discus* hypogynus subinteger ovarium dimidium aequans. *Stylus* glaber. *Drupa* oblonga vel subglobosa longitudine calycem aequans, stylo persistente coronata, abortu saepe monosperma.

β . **suberectum**. caule erectiusculo, ramis gracilioribus.

Inter formam primariam. An species distincta?

11. **Astroloma compactum** R.Br. diffusum, ramulis adscendentibus brevissimis, foliis obovato-lanceolatis ciliatis petiolato-attenuatis supra concaviusculis. R.Br. l. c. DC. l. c.

In arenosis terrae superioris undulatae, York, d. 21. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 423. In colliculo arenoso et in rupestribus prope oppidum Albany, Plantagenet, d. 28. Sept. 1840. No. 421. (Drummond n. 473!)

„Frutex humilis, diffusus, 3-4-pollicaris, rarius spithameus.“ *Rami* abbreviati, ramuli puberuli. *Folia* 4 lin. longa, lineam lata, basi valde angustata, mucrone pungenti terminata supra laevia, subtus pallidiora, margine ciliata, ciliis saepe geminis. *Calyces* pallidi, bracteis obtusissimis apiculatis. *Corolla* sanguinea, gracilis, calyce duplo triplove longior, intus supra basin fascienlis 5 villorum instructa. *Filamenta* abbreviata. *Discus* hypogynus integer. *Stylus* glaber. *Drupa* subglobosa, calyce paullo longior, styli basi mucronata.


Variat: foliis remotioribus vel confertis imbricatis, concavis vel subplanis, glabris vel subtus minute puberulis.


12. **Astroloma cuneifolium** Sond. erectiusculum ramosissimum ramulis abbreviatis pubescentibus, foliis obovatis in petiolum attenuatis margine serrato-ciliatis, apice subrecurvo truncatis spinuloso-mucronatis, supra concaviusculis.

In glareosis silvae inter praedia rustica Dom. Barker et Lennard, York, d. 12. April 1840. Herb. Preiss. No. 422.

„Frutex digitalis“ apice ramosissimus, ramis adscendentibus. *Folia* cuneata, apice truncato vel obtuso integerrima, mucrone pungenti refracto terminata, 3-4 lin. longa, apice $1\frac{1}{2}$ lin. lata, margine serrato-ciliata, ciliis rigidis, basi dilatatis, subtus pallida multinervia, nervis lateralibus ramosis. *Bractae* et calyces pallidae, ab illis *A. compacti* non diversae. *Corolla* deest.

Affine *A. compacto*, sed foliorum forma satis diversum.





13. **Astroloma Stomarrhena** Sond. caule erecto, ramulis hirtellis, foliis rigidis imbricatis lineari-lanceolatis in mucronem pungentem attenuatis concavis margine serrulato-seabris extus pilosis glabrisve, bracteis calycibusque pubescentibus.

In regionibus interioribus Australasiae occidentalis. Herb. Preiss. No. 410. (Swan-River Drummond n. 467!)

Frutex ut videtur pedalis. Rami erecti, rigidi, basi glabriusculi, apice hirtelli. Folia subadpressa, imbricata, concaviuscula, supra nitida laevissima, subtus pallida, striata, rigide mucronata, pollicem longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, nunc dorso et margine pilis longis albis obsita nunc omnino glabra. Flores axillares folio breviores. Bracteae 4, oblongae, inferiores glabriusculae, superiores pubescentes. Sepala lanceolata, 4 lin. longa, a medio ad apicem usque hirsuta. Corolla calyce duplo longior, tubo intus dense tomentoso, limbi laciniis supra glabriusculis et apice tantum barbularis, subtus vel in superficie exteriore pilosis. Filamenta brevissima. Discus hypogynus subinteger, ovario glabro duplo brevior. Stylus corollam aequans. Drupa depresso-globosa Pisi minoris magnitudine, styli basi coronata, 5-locularis.

14. **Astroloma xerophyllum** Sond. caule erecto, ramulis pubescentibus, foliis rigidis imbricatis lineari-lanceolatis acuminatis subpungentibus concavis margine integerrimis glabris pilosisve, bracteis calycibusque glaberrimis.

Stomarrhena xerophylla DC. l. c. pag. 738!

In colliculis arenosis prope Pine-Aple, d. 14. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 407. (Drummond n. 476!)

„Frutex 2-3 pedalis“ ramis erectis vel subpatentibus. Folia petiolulata, concava, supra laevia nitida, subtus nervoso-striata, pallida, inferiora sparsa caulis adpressa 7-9 lin. longa, lineam lata, superiora confertiora imbricata. Flores in axillis foliorum superiorum sessiles, solitarii, folio breviores. Bracteae 4 obtusae, subapiculatae. Sepala pallida, ovata, sublanceolata, glaberrima, margine brevissime ciliata bracteis subtriplo longiora. „Corolla alba“ in sicco subarmeniaca. Tubus calyce inclusus, intus dense barbatus, prope basin glaber, rarius annulo piloso praeditus, limbi lacinae erectae vel subconniventes, barbatae. Filamenta brevissima, corollae adnata, apice inter corollae lacinias libera, ob barbam densam non conspicua, antheris lineari-oblongis. Discus hypogynus cyathiformis, 5-partitus, ovarium pentagonum aequans vel brevior. Stylus glaber corollae longitudine aequalis basi sensim incrassatus, per lentem visus tuberculis minutis dense obsitus. Stigma capitatum. Drupa immatura subglobosa, subcrustacea, glaucescens, styli basi apiculata, 5-locularis, 5-sperma.

Variet: foliis glaberrimis, pilosiusculis et pilosissimis.

A praecedente cui simillimum differt: foliis integerrimis, calycibus albidis glaberrimis, corollae tubo calycem non superante, stylo tuberculato et fructu.

15. **Astroloma macrocalyx** Sond. diffusum, ramis erectis vel adscendentibus, ramulis nitidis glabris, foliis imbricatis lineari-lanceolatis elongatis concaviusculis mucronatis margine seabriusculis, calycibus maximis bracteisque glaberrimis.

In arenosis inter frutices silvae prope Pine-Aple, d. 4. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 413. (Drummond n. 477!)

„Frutex spithamaens“ radice crassa, perpendiculari, saepe pedali. *Rami* intermedi erecti, laterales adscendentes, epidermide griseo-alba, ramuli nitidi, glabri, dense foliosi. *Folia* 16-24 lin. longa, 1-1½ lin. lata, in acumen pungens producta, supra nitida, subtus pallidiora, striata, margine denticulis brevissimis scabrida. *Flores* axillares pedunculo perbrevis insidentes. *Bractae* 4, obtusae mucronatae. *Calyces* maximi *Stypheliae*. *Sepala* lanceolata acuminata, 10 lin. longa. *Corolla* purpurea, calyce inclusa. *Tabus* intus juxta basin fasciculis 5 barbatus, medio glaber, apice tomentosus, limbi laciniis acuminatis barbatis, apice flavescentibus, glabris. *Filamenta* brevissima, fauci affixa. *Atherae* lineari-oblongae, inclusae. *Discus* hypogynus cyathiformis subinteger, brevis. *Ovarium* obsolete pentagonum. *Stylus* glaber, corollae limbo brevior. *Stigma* subcapitatum. *Drupa* coerulea, oblonga, pentagona, acuta, styli basi superata, 5-sperma calyce duplo brevior.

Species quam maxime, singularis quae primo aspectu facile pro *Styphelia longifolia* R.Br. haberi potest.

16. **Astroloma Candolleianum** Sond. caule erecto ramoso, ramulis puberulis, foliis imbricatis ovatis basi attenuatis apice acuminatis mucronatis margine rigide ciliato-serratis concaviusculis, bracteis calycibusque glabris.

Stomarrhena serratifolia DC. l. c.!

In calculosis cacuminis montis Bakewell (alt. 1300 ped) d. 5. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 466. (Drummond n. 471!)

„Frutex bipedalis“ ramis rigidis inferioribus elongatis, superioribus brevioribus. *Ramuli* foliis imbricatis tecti, inferne plerumque nudi. *Folia* intus laevia, extus glauca, striata, 5-6 lin. longa, 2-2½ lin. lata. *Bractae* obtusae mucronulatae. *Sepala* pallida vel subrosea obtusiuscula, mucronata. *Corolla* purpurea. *Tabus* calycem aequans vel parum superans, intus prope basin fasciculis 5 villorum barbatus, limbi lobis erectis, subconniventibus, angustis acutissimis dense barbatis. *Filamenta* brevissima, longitudine et latitudine atheras oblongas aequantia, fauci inserta et inter tomentum densum occultata. *Discus* hypogynus cyathiformis, subdentatus, ovario glabro brevior. *Stylus* glaber non exsertus. *Stigma* capitatum. *Drupa* coerulea, oblonga, styli rudimento superata, calycis longitudine, 2-5 sperma.

17. **Astroloma latifolium** Sond. cretiusculum simplex, caulibus apice puberulis, foliis imbricatis ovato-lanceolatis rigide mucronatis basi in petiolum brevem angustatis striatis margine cartilagineo-denticulatis, bracteis calycibusque glabris.

In solo basaltico-glareoso inter frutices densos prope montem Wuljenap, Plantagenet, d. 20. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 411.

„Frutex spithamaens“. E radice crassa cylindrica perpendiculari sublignosa caules assurgunt plures simplices, quorum laterales adscendentes, intermedi erecti. *Folia* coriacea, concaviuscula, supra nitidula, subtus pallidiora, multistriata, striis lateralibus divergentibus apice ramulosis, 9-11 lin. longa, 3-4 lin. lata. *Bractae* 4, obtusae, vix apiculatae, margine brevissime ciliatae. *Sepala* lanceolata, 4 lin. longa. *Corolla* deest. *Discus* hypogynus cyathiformis, integer. *Drupa* oblonga, calycem subaequans, styli basi apiculata, abortu plerumque 1-2-locularis.

16. *P. brachystylis* ~~fu~~³ Müller.
In vertice montis Formus
flor. 1848.


Novum est speciem difforme

x & *P. brachystylis* ~~fu~~³ Müller
fratres cretius in ² ³ habet *Leucopogonis*

Protonotaria ^{idea} *alvioribus* *lapidosis* tra-
itus Loysij - range D. D. Mart.
1849. hunc Kinsington.

Non distat a *Leucopogone* afro-
locaite.

Drypa cylindrica-ellipsoidea striatula in
capis sursum quam in apicem acutata, ~~scissa~~
actate pura paulisper nitens r. d. 3" long 1"
crassa plerumque 2 l. ut alaris. Tricostifera
vire.



CONOSTEPHIUM Benth. Endl. gen. n. 4266.
Meisn. gen. pag. 248. (157.)

Calyx 5-phyllus pergamaccus ovoideus vel ovoideo-oblongus, bracteis pluribus conformibus imbricatus. *Corolla* tubulosa extra calycem plerumque ventricosa conoidea, limbo minimo erecto vel subpatente imberbi, tubo intus juxta basin fasciculis 5 villorum instructo vel basi glabro et apice villosa. *Filamenta* corollae adnata linearia brevissima. *Antherae* inclusae bifidae. *Discus* hypogynus 5-partitus vel brevissimus subinteger. *Ovarium* 5-loculare, loculis 1-ovulatis. *Drupa* exsucca abortu 1-sperma, putamine osseo solido.

§. 1. tubo intus juxta basin fasciculis 5 barbatis.

1. **Conostephium pendulum Benth.** calycibus ovoideo-oblongis, filamentis alte adnatis, ovariis stylisque glabris.

Conostephium pendulum Benth. in Hügel. Enum. pag. 76.

In colliculosis arenosis silvae ad Preston-creek, d. 28. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 414. (Drummond n. 466!)

„Frutex 1-2 pedalis“ ramis lutescentibus, ramulis tenuissime puberulis. *Folia* erecta, pollicaria, 2 lin. lata, lineari-oblonga, mucrone brevi rigido nigro terminata, utrinque glabra vel supra glabra subtus villis brevissimis caescentia, margine subrevoluta, denticulis minimis scabrida. *Pedunculi* recurvi squamosi, 2 lin. longi. *Calyx* 4-5 lin. longus plerumque velutinus, rarius subglaber. *Bractee* 8-10 ovato-rotundatae, apiculatae. *Sepala* ovata apiculata margine tenuissime ciliata. *Corolla* 6 lin. longa, aetate juniore calyce inclusa, evoluta infra staminia constricta, pars supra constricturam exserta, conica, subcoriacea, intense purpurea, 2 lin. longa, pars inferior inclusa, tenuis, non colorata, tubus extus glaber, intus villosus et basi fasciculis barbatis instructus, limbus brevissimus, laciniis vix $\frac{1}{2}$ lin. longis, linearibus, erectis, imberbibus. *Filamenta* parti corollae superiorum alnata. *Antherae* magnae, lanceolatae, demum profunde bifidae, glabrae, filamentis subduplo longiores. *Discus* hypogynus 5-partitus, ovario glabro duplo brevior. *Stylus* demum longe exsertus, glaber. *Stigma* obtusum.

§. 2. tubo intus absque fasciculis barbatis.

2. **Conostephium minus Lindl.** calycibus ovoideis, filamentis tubo medio adnatis, ovario sericeo, stylo piloso.

In arenosis juxta oppidum Perth, d. 24. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 408. (Drummond n. 467!)

„Frutex pedalis“ strictus“ ramis virgatis, ramulis glabris vel tenuissime puberulis. *Folia* 6-8 lin. longa, lineam lata, mucrone brevissimo obtuso sphacelato terminata, margine integerrima, supra glabra, subtus striata et villis minimis subcaescentia. *Pedunculi* recurvi velutini. *Flores* purpurei, 3-4 lin. longi. *Bractee* circ. 6, obtusae, apiculatae. *Sepala* obtusiuscula, ut bractee extus velutino-pubescentia. *Corollae* tubus paullo infra medium constrictus, pars inclusa extus puberula, pars exserta conica, glabra, purpurea, lineam longa, intus inferne glaber, a medio ad apicem usque pilosus. Limbi brevissimi lacinae subpatentes, imberbes, rarius basi subpilosae. *Filamenta* corollae tubo paullo infra medium adnata, antheris subbifidis bre-

viora. *Discus* hypogynus brevissimus, 5-dentatus. *Ovarium* sericeum. *Stylus* pilosus, apice exserto glaber. *Stigma* obtusum.

Primo aspectu ab antecedente et sequente distingui potest: caule humiliori debiliore et foliis brevioribus duplo angustioribus revolutis.

3. **Conostephium Preissii** Sond. calyceibus ovoideis, filamentis basi corollae adnatis, ovario glabro, stylo piloso.

In arenoso-umbrosis silvae hand longe ab urbe Freemantle, d. 13. Mart. 1839. Ad ripam fl. Canning-River, d. 4. Dec. 1839. In solo arenoso inter frutices ad rivum Cygnorum, d. 4. Febr. 1839. Herb. Preiss. No. 416.

„Frutex 2 pedalis“ glaber seu velutino-pubescent. *Folia* lineari-oblonga, subpollicaria, 2 lin. lata, apice callosa plana vel margine denticulato scabro recurva, utrinque glabra vel velutino-pubescentia, vel supra glabra subtus canescenti-velutina. *Pedunculi* recurvi, 2-3 lin. longi. *Calyx* 3 lin. longus, glaberrimus, rarius velutinus. *Bracteae* 6, obtusae. *Sepala* obtusa. *Corolla* pallide purpurea. *Tubus* conicus, prope basin constrictus, pars inclusa extus velutina, pars exserta (vix 1 lin. long.) glabra, intus basi glaber, a constrictura usque ad limbum pilosa. *Limbus* brevissimus, subpatens, linearis, imberbis. *Filamenta* imae corollae adnata, antheris lanceolatis bifidis subduplo breviora. *Discus* hypogynus brevissimus. *Ovarium* glabrum. *Stylus* pilosus, apice exserto glaber. *Stigma* obtusum.

Floribus subduplo minoribus et foliis callosis facile distinguitur a *Conostephio pendulo*.

MELICHRUS R.Br. Endl. gen. n. 4270. Meisn. gen. pag. 348. (156.) DC. l. c. pag. 740.

Sect. I.

1. **Melichrus squarrosus** Sond. foliis squarroso-patentibus lanceolato-linearibus basi concaviusculis utrinque marginibusque pilosis.

In glareosis inter frutices circa oppidum Albany, Plantagenet, d. 8. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 418.

Fruticulus prostratus ut videtur spithamaeus, dense foliatus. *Caulis* pennae corvinae crassitie glaber purpurascens, superne foliorum rudimentis subsquamosus. *Rami* circ. digitales ascendentes a medio ramulosi, ramulis inferioribus brevioribus, superioribus vix ultra pollicem longis, omnibus foliis squarroso-patentibus basi imbricatis obtectis. *Folia* 5-6 lin. longa, basi lineam lata, subtus striis circ. 5 parallelis discoloribus notata, elongato-lanceolata apice valde attenuata rigidiuscula, squarrosa, aetate juniore utrinque pilosa, superiora stellatim patentia, inferiora remotiora apice subrecurva denum subglabrata. *Flores* non vidi.

A *Melichro rotato* differt: foliis brevioribus basi concaviusculis squarrosis recurvisve, junioribus non imbricatis.

BRACHYLOMA Sonder.

Calyx coloratus ovoideus, 4-bracteatus, 5-partitus, sepalis subinaequalibus. *Corolla* tubulosa calyce inclusa, tubo medio fasciulis 5 sericeis, limbo erecto imberbi lobis linearibus concaviusculis. *Filamenta* brevissima, corollae alte adnata. *Antherae* inclusae. *Discus* hypogynus cyathiformis dentatus. *Ora-*

rium 5 loculare: loculis 1 ovulatis. *Stylus* brevis, crassus, cylindricus. *Drupa* sub exsucca, 5 sperma, putamine osseo solido.

Genus habitu *Conostephi*.

1. *Brachyloma Preissii* Sond.

In arenosis prope Bull's-creek, Nov. 1841 leg. cl. Preiss. (Swan-River, Drummond n. 480!)

Frutex erectus, ut videtur, ultra pedalis, ramis teretibus, cinerascens, glabris, ramulis hirtellis. *Folia* erecta adpressa superiora subimbricata, petiolulata, linearia vel oblongo-linearia, mucronata, glabra, supra laevia, viridia, subtus pallidiora, nervoso-striata, striis lateralibus divergentibus, plana, margine serrulato-scabra, 6-7 lin. longa, 1-1½ lin. lata. *Flores* axillares, solitarii, pedunculati. *Pedunculus* bracteatus, recurvus, 2 lin. longus. *Bracteae* 4, obtusae, inferiores minores, subcoloratae. *Sepala* roseo-colorata ut bracteae glaberrima, ovata, apiculata, vix ultra 2 lin. longa, imbricata subinaequalia, inferiora 2-3, subbreviora. *Corolla* parva, roseo-rubra, calyce inclusa, 2 lin. longa, tubulosa, tubus brevis limbum aequans, extus glaber intus medio fasciculis 5 villorum sericeorum barbatus, basi et apice glaber, limbi lobis erectis, linearibus, glaberrimis, concaviusculis. *Filamenta* brevissima, tubo alte adnata. *Antherae* lineari-oblongae, inclusae, dorso infra apicem insertae. *Discus* hypogynus 5 dentatus, ovarium dimidium glabrum aequans. *Stylus* crassus, vix ultra ½ lin. longus, cylindricus, glaber. *Stigma* breve capitellatum. *Drupa* parvula, suborbicularis, calyce subbrevior, styli basi terminata.

β. *brevifolium*. foliis duplo brevioribus et angustioribus.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 426.

LEUCOPOGON R. Brown. Endl. gen. n. 4273.

Meisn. gen. pag. 248. (156.)

§. 1. PSILOSTACHYI.

1. *Leucopogon Richei* R.Br. ramulis tenuissime velutinis, foliis oblongo-lanceolatis extra medium latioribus 3-5 nerviis basi striatulis marginibus subrecurvis, spicis erectis folia subaequantibus.

Leucopogon Richei R. Brown l. c. pag. 541.

Leucopogon lanceolatus Sieb.! fl. exs. Nov. Holl. n. 102.

Leucopogon Richei et *parviflorus* DC. l. c.

Styphelia Richei Labill.! Nov. Holl. l. pag. 44. t. 60.

In solo sublimoso inter frutices planitiei ad fluvium Vasse-River, Sussex, Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 372 ex parte (King George's Sound, Hügel! New-South-Wales, Fraser!)

Specimina Preissiana cum Billardierianis et Sieberianis exacte conveniunt *Spicae* axillares et terminales. *Drupa* parva ovata, baccata, pulpa coerulea, 4-5 sperma.

2. *Leucopogon parviflorus* Lindl. ramulis glaberrimis, foliis lanceolatis vel lineari-oblongis planis supra 3-5 nerviis

subtus striatis, spicis sub terminalibus erectis folio brevioribus longioribusve. — LINDL. bot. Reg. t. 1560.

Styphelia parviflora Andr. bot. repos. tab. 287.

In collibus calcareis silvae haud longe ab ora maris Perth, d. 25. Jun. 1839. Herb. Preiss. No. 370. in arenosis umbrosis silvae insulae Rotenest, d. 18. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 365. (Drummond n. 459!)

„Frutex strictus, 2-3 pedalis“, ramis teretibus ramulisque glaberrimis. *Folia* coriacea, glabra, plana, apiculo brevi, obtuso, lanceolata basi subattenuata, lineari-lanceolata vel lineari-oblonga, inferiora 12-16 lin. longa, 3-3½ lin. lata, superiora angustiora et breviora margine praesertim versus apicem denticulata, scabra, supra laevia nitidula, 3 vel 5 nervia, subtus multiflora nervis 5-7 evidentioribus latere apiceque ramosis. *Spicae* ad apices ramulorum aggregatae erectae, inferiores folio breviores vel aequilongae, superiores saepe longiores. *Rachis* cano-puberula, 10-20 flora, ad basin infra flores bracteolas plures gerens. *Bracteae* carinatae. *Corollae* tubus calycem brevem aequans, lobis superne dense barbatis. *Filamenta* brevissima. *Antherae* lineares. *Cyathus* hypogynus, 5 dentatus. *Stylus* brevis stigmatum capitatus. *Drupa* parva subglobosa, coerulescens, pulpa vix ulla, 4,5 rarissime 6-sperma.

Antecedenti quamquam simillimus, tamen dispar: foliis multo crassioribus magis oblongis basi vix emeatis planis.

3. **Leucopogon Drummondii** DC. ramulis glabris, foliis lanceolatis basi subobtusis apice attenuatis acutis callosis planis, supra glabris 5-7 nerviis, subtus tenuiter velutinis 7-9 nerviis, spicis axillaribus ad apices ramorum subpaniculatis folio aequalibus vel longioribus, rachi angulata puberula, bracteis parvis dorso carinulatis, calycis lobis ciliatis albidis, corollae tubo limbum hirsutissimum aequante. DC. l. c. pag. 745.

In turfoso-arenosis umbrosis inter gramina alta silvae prope oppidum Perth, d. 1. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 368. (Drummond n. 459!)

„Frutex 1 pedalis“ palleus, caule tereti, pennae corvinae crassitie, ramulis angulatis, glaberrimis, subvitellinis. *Folia* subtus pallidiora et tenuissime puberula, 2-2½ poll. longa, plana, lanceolato-attenuata vel lineari-lanceolata, acuta, rarius mucrone brevi terminata. *Spicae* subterminales, foliis plerumque longiores, rarius aequilongae vel subbreviores 20-30 florum. *Rachis* puberula, basi multiflora. *Bracteae* carinatae ut calyces pallidi margine ciliolatae. *Corollae* albae tubus calycem aequans, tubus cum limbo 1½ lin. longus, limbi lacinae angustae, dense barbatae, tubo aequales. *Filamenta* brevia antheris linearibus. *Discus* hypogynus dentatus. *Stylus* brevis, ut ovarium glaber. *Stigma* capitatum.

4. **Leucopogon paniculatus** Sond. ramulis glabris, foliis lanceolatis acutis mucronatis margine revolutis subtus tenuissime pubescentibus, spicis terminalibus erectis paniculatis folio longioribus, rachi angulata puberula, calycis lobis ciliatis albidis, corollae tubo limbi lobis hirsutissimis brevioribus.

In locis subturfosis ad marginem lacus prope Middleton's Bay, Plantagenet. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 367. et in turfoso-humidis inter frutices densos ad marginem lacus plantitiae haud longe ab oppidulo Albany, Plantagenet, d. 11. Oct. 1840. No. 374.

„Frutex 6-8 pedalis“ caule tereti, ramis ramulisque subangulatis, vitellinis, glaberrimis. *Folia* brevissime pedicellata, erecta, adpressa, subopaca.

2. *L. parviflorus* Adl. affinis BN

Momodora elliptica hb. St. 134!

Paschim ad rivum Fourth Creek.
Quantum e diagn. brevissima,
extricare quae. Hinc dubia
reliquo, enim *L. parviflorus*
de nuptiis planis aequalis
a cl. Sander ad *L. Ritchei*
forte ex errore relatus est!

L. parviflorus Sanderian
Lindleyi, satis superque distat.
In paludibus inter Luptermorum
& melalucorum proficua vasis
sinum litoratum Rivoli-Way!
Oct. 1848. Fructus vitis plurimalis.
Ad litus marium Tasmaniae
4-6'. Oct. 48. hb. St. II n. 35 (sub
nom. *L. Ritchei*) In madidis rivuli
Brown hills creek. Fruct 3-5'
vne.

L. Australis! K. Brown.

Folia adulta majora praecipue
latiora ut cl. de indicat. *L. affi-*
nis certe cognatus sed foliis sub-
recurvis videtur distinctus. *L. Drum-*
mouiti de ¹⁸⁴⁸diagnosis satis quadrat
hinc forte referenda.
In paludibus, magis a litore distans
ut *L. affinis*. Fr. 2-3'. Oct. 48. hb.
St. II n. 56. George town. hb. St. n.

*C. Latis vulgatis in Arctica
montana Lappj-range et
fere per totum annum. Florat.*

tactu mollia, supra 5 nervia, subtus vix pallidiora, multinervia, apice sphacelata, mucronata, margine revoluta, $1\frac{1}{2}$ -2 poll. longa, explanata, 3 lin. lata. *Spicae* ad apices ramorum paniculatae folia plerumque multo longiores, 20-30 florae, rachi puberula, angulata. *Bracteae* carinatae ut calyces pallidi margine ciliolatae. *Corolla* alba, lineam longa, tubo brevi, limbi laciniis linearibus, tubo longioribus, dense barbatis. *Filamenta* brevissima antheris sublinearibus subsertis, supra medium peltatis. *Cyathus* hypogynus, 5 dentatus. *Stylus* calycem aequans, stigmatate subcapitato. *Drupa* parvula, subglobosa, pentagona, apiculata.

A *Leucop. Drummondii* habitu strictiore, foliis magis adpressis opacis margine recurvis, spicis sublongioribus et tubo corollae abbreviato diversus.

5. **Leucopogon verticillatus** R.Br. foliis interrupto-verticillatis oblongo-lanceolatis apice attenuatis, spicis subterminalibus aggregatis, fructiferis nutantibus, drupis 5-locularibus putamine 5 gono. R. Brown l. c.

L. glaucescens DC.! l. c.

Lissanthe verticillata Lindl. Swan-River bot. pag. XXV.

In limoso-calcareis silvae inter Mahagoni-creek et Halfwayhouse nec non in subarenosis silvae prope oppidulum Albany, Plantagenet, d. 13. Sept. 1839 et d. 23. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 431. (Swan-River, Drummond!)

„Frutex 2-5 pedalis erectus“ apice plerumque ramosus, glaberrimus. *Folia* sessilia, basi subangustiora, subtus glaucescentia, multinervia, supra 5-nervia, utrinque laevia, inferiora saepe 4 poll. longa, pollicem lata, superiora breviora et angustiora. *Verticilli* in parte caulis inferiore intervallo 3-4 pollicari disjuncti, apicem versus magis approximati e foliis 6-8 constant. *Internodia* plerumque nuda sunt, interdum vero foliola nonnulla brevina, reliquis conformia et semper cicatrices foliorum delapsorum in illis inveniuntur. *Spicae* in foliorum superiorum verticillis, elongatae, laxae, sero nutantes, multiflorae, rachi angulata glaberrima. *Bracteae* 2 ut calyces virides, margine tenuissime ciliatae. *Corolla* in sicco purpurascens apice pallidiora. Tubus calyce duplo longior, extus glaber, intus subpilosus, limbi lobis revolutis basi parce barbatis. *Filamenta* brevissima antheris linearibus subsertis duplo superata. *Discus* hypogynus 5 dentatus. *Stylus* brevis glaber stigmatate obtuso. *Drupa* parvula subsexsucca (?) oblonga, pentagona, 5 locularis, rarius 4 gona, 4 locularis“).

§. 2. BRACHYSTACHYL.

6. **Leucopogon polystachyus** R.Br. ramulis glabris virgatis, foliis lineari-lanceolatis muticis convexo-con-

*) **Leucopogon Shuttleworthii** Sond. ramulis glabris, foliis erectis adpressis, concaviusculis petiolatis ovato-oblongis acutis calloso-mucronatis glabris subtus striatis margine denticulatis scabris, spicis axillaribus folio subtriplo longioribus, axi flexuosa angulata puberula, bracteis persistentibus ciliatis, corollae lobis supra dense barbatis. New-South-Wales leg. Fraser! (herb. Shuttleworth). Frutex pluripedalis ramis ramulisque teretibus, subvirgatis, glabris. *Folia* adpressa supra concaviuscula, impressae 3-5 nervia, subtus nervoso-striata, 7-9 lin. longa, $2\frac{1}{2}$ -3 lin. lata petiolo brevissimo (1 lin. long.) insidentia, apice acuta et callo brevi obtuso terminata. *Spicae* erectae in axillis foliorum supremorum. *Axis* subflexuosa, tenuissime puberula. *Bracteae* persistentes lanceolatae dorso striatae margine ciliatae. *Bracteolae* acutae carinatae puberulae. *Calycis* lacinae acutae, ut bracteae pubescentes. *Corollae* tubus calyce brevior, limbi lobis lanceolatis albo hirsutissimis. *Filamenta* brevissima. *Cynthus* hypogynus, subdentatus, ovario glabro duplo brevior. *Stylus* brevissimus.

caviusculis adpresse erectis, spicis axillaribus terminalibusve aggregatis 7-10 floris, rachii hirsuta, drupis exsuccis ovalibus apice depresso. R. Brown l. c. DC. l. c.

In arenosis prope oppidulum Albany, Plantagenet, Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 363.

Frutex bipedalis et ultra, erectus ramis virgatis. *Folia* sparsa, sessilia, glaberrima, plerumque 5-6 lin. longa, lineam lata, crecta vel cauli subadpressa, supra concaviuscula, apice callo brevissimo terminata, margine integerrima, in varietate serrata. *Spicae* folio aequales, 5-7 florae vel parum longiores 8-10 florae rachii pubescente. *Bracteae* carinatae ut calyx membranaceae, pallidae et rufo coloratae, subtendentes, ovatae, acutae margine ciliato-lanatae. *Calycis* foliola lanceolata, obtusiuscula, margine ciliata, 2 lin. longa. *Corollae* tubus calyce aequans, limbi lobi tubo longiores, revoluti, albo hirsutissimi. *Filamenta* brevissima, antheris linearibus. *Discus* hypogynus 5 dentatus. *Stylus* brevissimus stigmatate subcapitato. *Drupa* exsucca, pentagona, oblonga basi angustiore, apice truncata, stylo coronata, calyci aequilonga, 5 locularis, abortu 1-4 locularis.

β. serratifolius. foliis lanceolatis acuminatis muticis margine serrulatis scabris.

In arenoso-turfosis humidis inter frutices densos prope villam beat Rich. Spencer, Plantagenet, d. 23. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 364.

„Frutex 4-6 pedalis“. *Folia* 6-9 lin. longa, 1-1½ lin. lata, utriusque glaberrima, viridia margine serraturis minimis scabra, inferiora saepius margine ciliata et subpatentia, superiora erecta, concaviuscula. *Flores* et fructus ut in α.

γ. monostachys. spica solitaria terminali multiflora, bracteis subtendentibus subfoliaceis.


Habitat cum priore.

7. **Leucopogon brachycephalus DC.** ramulis glabriusculis, foliis obovatis oblongisve erectis vix acutiuseculis margine scabriusculis junioribus et summis subtus distincte striatis, inferioribus subtus et omnibus superne laevibus; spicis paucifloris pluribus in capitulum terminalem aggregatis, bracteis subacutis, corollae lobis angustis superne barba candida copiosa hirsutissimis. — DC.! l. c.

In arenosis silvae ad fluvium Canning, d. 23. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 384. (Drummond n. 461 et 463!) (Vasse River, Mrs. Molloy 1839!)

Frutex pedalis subramosus, ramulis glabriusculis erectis. *Folia* sessilia inferiora sparsa, obovata, acutiusecula vel oblonga, rarius oblongo-lanceolata, ramulorum subimbricata, adpressa, omnia supra laevia, subtus striata, margine plerumque denticulato-scabra, rarius integerrima, coriacea, 1½-2½ lin. longa, 1-1½ lin. lata. *Spicae* terminales, saepius numerosae. *Rachis* pubescens. *Bracteae* dorso carinatae, acutae, glabrae, apice ciliatae, subtendente parum minore. *Sepala* lanceolata lineam longa, extus a medio ad apicem puberula et margine ciliolata. *Corollae* tubus calyce subbrevis, limbi lacinae lanceolatae, dense barbatae. *Filamenta* brevissima. *Antherae* linearis-oblongae. *Cyathus* hypogynus obtuse 5 lobatus. *Ovarium* glabrum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum.

β. heterophyllus. foliis inferioribus imbricatis lanceolatis acutis, ramulorum superiorum remotioribus ovatis suborbiculatisve acutiuseculis, bracteis calycibusque glabris.



8! Optimum diagnosticum quodammodo
exspectat saltem sicuti quibuslibet
vibellonis

Satis frequenter in sumatilis
L. virgato. (L. spiculata
Hb. St. n. 123. cui etiam finicillim).
in hanc speciem ad L. poly-
phacum redanda? Ad hanc
eadem genus hanc speciem.

L. asperitatis H. B. K.

De flumine Torrens. Oct. 1847.
Hb. St. n. 123. fructus 2 pedicel.
fruct. clypeis glabris in
fere reticulatis, lobulis
5, uno altero incompleta.
Innotata exploratio me docuit, pl. a
L. virgato non nisi magnitudine om-
nium partium ~~est~~ diffinita.

In limoso-calculosis ad radices jugi montium Darling's-range, d. 15. Oct. 1839. Herb. Preiss. No. 383.

Folia inferiora $1\frac{1}{2}$ lin. longa et semilineam lata, superiora lineam longa et lata. *Spicae* pauciflorae.

8. **Leucopogon vitellinus** Sond. ramulis puberulis, foliis adpressis lineari-lanceolatis callosis supra laevibus subtus subearinatis nervosis, nervo medio crassiore, margine denticulatis, spicis terminalibus aggregatis, bracteis calycibusque glabriusculis.

In arenosis prope oppidulum Albany, Plantagenet, Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 363 ex parte.

Frutex rigidus, ramis strictiusculis, glabris, vitellinis, ramulis velutino-pubescentibus. *Folia* inferiora sparsa, suprema subimbricata, lineari-lanceolata vel linearia, supra plana, viridia, subtus convexiuscula, nervo medio prominente subcarinata, nervis 5-7 parallelis striata, margine denticulato-scabra, 5-6 lin. longa, lineam lata. *Spicae* 4-6 florum. *Calyx* membranaceus, subcoloratus. *Bracteae* carinatae, acutae, apice et margine puberulae, subtendente ovata obtusiuscula striata subbreviore. *Calycis* foliola $1\frac{1}{2}$ lin. longa, tenuissime puberula. *Corollae* tubus calycem aequans, intus prope basin glaber, limbi lacinae tubo longiores, dense et albo barbatae. *Filamenta* brevissima, inter barbam fere occultata, antheris lineari-oblongis breviora. *Discus* hypogynus obtuse 5 dentatus, ovario glabro duplo brevior. *Drupa* exsucca, oblonga, (lineam longa) obsolete 5 gona, apice truncata, stylo superata, abortu saepe disperma.

Num forte idem cum *L. assimili* Brown? Vermum enim vero calyces in nostro non foliacei. *L. assimilis* β , *callosus* DC. certo ad *L. vitellinum* pertinet.

9. **Leucopogon polymorphus** Sond. ramulis villosis, foliis adpressis lanceolato-linearibus linearibusve muticis utrinque villosis vel glabriusculis, subtus striatis margine ciliatis denticulatisve, spicis terminalibus subsolitariis aggregatisve, bracteis calycibusque pubescentibus.

Leucopogon assimilis Benth.! in Endl. Enumerat. plant. Hügel. vix Brown.

In arenosis inter frutices prope Pine-Aple, Perth, d. 20. Jun. 1839. No. 392 et in porrectis arenosis inter frutices haud longe a cataracta ad caput fluvii Cygnorum, d. 26. Jun. 1839, Herb. Preiss. No. 402. (King George's Sound, Hügel!)

Fruticulus 1-2 pedalis, nunc villosissimus nunc fere glaber, subsimplex, apice tantum ramosus ramis abbreviatis, vel ramosissimus ramis longis virgatis. *Folia* inferiora seu caulina sparsa superiora subimbricata, inferiora lineari-lanceolata seu linearia, 6 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata, superiora breviora, 3-4 lin. longa, lineam lata, omnia sessilia, villosa, glabriuscula vel omnino glabra, supra concaviuscula laevia, subtus nervoso-striata, nervo medio vix aut ne vix elevato, margine pilis longis ciliata, vel glabrata tantum denticulato-scabra. *Spicae* in apicibus ramulorum simplices vel subaggregatae 4-8 florum. *Rachis* puberula. *Bracteae* subtendentes plerumque foliaceae striatae, flores aequantes, vel breviores. *Bracteolae* calycesque puberuli subcolorati, interdum subglabri, pallidi, membranacei, margine ciliolati. *Bracteolae* ovatae acutae. *Sepala* ovato-lanceolata. *Corollae* tubus calycem aequans, limbi lobis albo-hirsutissimis. *Antherae* lineari-oblongae. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobus. *Stylus* brevis glaber ovario aequilongus, stigmatibus subcapitato. *Drupa* calycem non superans, crustacea, ovato-oblonga, apice depressa, 5 locularis.

10. **Leucopogon pulchellus** *Sond.* ramulis pubescentibus, foliis erectis vel distiche subpatentibus crassiusculis linearibus obtusiusculis supra planis subtus carinatis uninervis, pilosis vel glabris, margine ciliatis denticulatisve, spicis terminalibus subsolitariis, bracteis calycibusque coloratis puberulis.

In arenosis inter frutices hand longe a valle cataractae, d. 26. Jul. 1839 et in lapidosis ad jngum montium Darling's-range, d. 9. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 401 et 396. (Drummond n. 460!) (Yasse River. Mrs. Molloy 1839!)

„Frutex gracilis 2-4 pedalis“ ramis ramulisque teretibus. *Folia* caulina sparsa, ramulorum subimbricata, 3-3½ lin. longa, semilineam lata, anguste linearia, supra plana vel vix carinata, subtus carinata, nervis 2 lateralibus obsolete, intermedia valde prominente ut folium apice fere triquetrum adpareat. In nonnullis speciminibus folia omnia pilis brevibus vestita sunt, in aliis omnia glabra, in prioribus margo ciliatus in posterioribus denticulatus. *Folia* ramulorum supra imbricata a ceteris recedunt quod breviora sint et minus carinata. *Spicae* ramulos terminantes plerumque solitariae, 3-8 florum, rarius aggregatae. *Rachis* pubescens. *Bracteae* ovatae obtusiusculae carinatae. *Sepala* puberula rarissime glabra, membranacea, apice colorata, margine longe ciliata, lineam longa. *Corollae* tubus calycem aequans, lobis lineari-lanceolatis, albo hirsutissimis. *Filamenta* brevissima, antheris lineariblongis. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobus. *Stylus* brevis, stigmatibus obtuso. *Ovarium* glabrum. *Drupa* exsucca, oblongo-linearis, calyce longior, monosperma.

11. **Leucopogon hirsutus** *Sond.* ramis ramulis foliisque pilis longis patentibus hirsutis, foliis petiolatis oblongis muticis planis vel margine subrecurvis spicis axillaribus terminalibusque solitariis 3-5 floris bracteis calycibusque glabris, corollae lobis parce barbatis.

In solo limoso inter frutices densos ad latus austro occidentale montis Clarence, Plantagenet, d. 7. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 464. (Drummond n. 465!)

Caulis ut videtur procumbens, ramis saepe longissimis (ultra 2 ped.) flaccidis, tenuibus undique pilis patentibus hirsutis. *Ramuli breviores. Folia* oblonga, 3 lin. long., 1½ lin. lata, pilis subsericeis utrinque pilosa, supra impressa subtus elevato 3 nervia, breviter petiolata, apice acutiusculo mutica, plana vel marginibus integerrimis ciliatis subrecurva. *Flores* parvi spicati, spicae solitariae 3-6 florum, semper solitariae et in apice ramulorum et in axillis foliorum supremorum. *Axillae* nonnunquam florum abortu pedunculum 1 vel 2 tantum gerunt. *Pedunculi* hirsuti. *Bracteae et calyces* obtusiusculi, glabri, apice longe-marginis breve ciliati, bracteae subtendentes minores striatae. *Corolla* ¾ lin. longa. Tubus calyce brevior, intus glaber, limbi laciniis revolutis supra pilis nodulosis parce barbatis. *Filamenta* glabra. *Antherae* oblongae, apice submarginatae, sub apice affixae. *Cyathus* hypogynus obtuse 5-lobatus. *Stylus* brevis, crassus, stigmatibus obtuso. *Drupa* subexsucca, subrugulosa, globosa, subcompressa, dorso elevato obliqua, stylo laterali persistente, semper monosperma.

Planta insignis, ab reliquis hujus generis habitu peculiari et fructibus obliquis diversa.

12. **Leucopogon revolutus** *R.Br.* ramulis minute hirtello-pubescentibus, foliis modice patentibus lineari-oblongis obtusis muticis apiculo obtuso callosa, supra convexis scabris, subtus lineatis glabris, marginibus recurvis nudis, spicis subterminalibus aggregatis 4-5 floris, calycibus

L. collinus R. Br. ex H. Sander, quod eratum!

L. ciliatus? All. Cunningham.

Exactissime diagnosi convenit!

Oct. 25. 1848. hb. St. II n. 8. prot. 1'

South-Esk-river, Tasm. Thidm.

hb. St II n. 31. Sept. 10. 48. 1' et 584.

Bundus Ferd Müller *galii ciliis* De
Hirtulis. Nilo-River 1-2'. Oct. 48.

L. lapidifolius Ferd Müller hinc
proximus

γ. nervatus, *galii recurvatis* Fr.
hb. St I n. 30. Espers river Tasm, 942.

α. Eurypappilus collinis ad por-
tum cyrenum Nov. 1849. hb. St.
T. 642 - 2'.

L. trichocarpus! Fr. Br

Siphylia trichocarpa Lab.

hb. St. Tasmannii. n. 21.

Alia proximina *florifera* s. muni

et haec non per. videtur distri-

gunda. hb. St. Morsey, Tasm. 5-6!

Jan. 10. 1849. hb. St II n. 375.

In collibus arcuatis ad portum
cyrenum, hb. St. T. Nov 49. hb. 637.

Robert-town, hb. St T. 795.

bracteisque tenuissime pubescentibus, subtendenti dimidio minore, drupis exsuccis obovatis 4-5 locularibus. R.Br. l. c. DC. l. c.

L. villosus Benth.! in Endl. Enum. plant. Hügel. non R.Br.

In arenosis haud procul ab oppidulo Albany, Plantagenet, Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 393. (King George's Sound, Hügel!)

„Frutex 2 pedalis“ ramis erectis, substrictis. *Folia* oblongo-linearia, ramorum floriferorum saepe linearia, apiculo obtuso terminata, supra scabra margine revoluta, inferiora cauli adpressa, 6 lin. longa, lineam lata, superiora erecto-patentia, 4-5 lin. longa. *Spicae* 4-6 florum, subterminales. *Bracteae* et *calycis* foliola obtusiuscula, pubescentia, margine ciliolata. *Corollae* tubus calycem aequans, limbi lobi tubo aequilongi, revoluti, barbati. *Filamenta* brevissima, antheris lineari-oblongis. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobatus. *Stylus* brevissimus, stigmatate subcapitato. *Drupa* parva, obovata, 4-5 locularis.

Leucopogon villosus R.Br. cujus specimen a cl. Mitchell in interiore Nov. Holl. lectum possideo, cum *L. revoluta* confundi non potest.

13. ***Leucopogon angustatus* Benth.** ramulis glabriusculis, foliis ovali-ellipticis sublanceolatisve obtusis muticis supra convexis margine subrevoluto, supra glabriusculis subtus pilosis, spicis paucifloris terminalibus congesto-capitatis, bracteis calycibusque subeoloratis glabris. Benth.! in Endl. Enumerat. plant. Hügel. pag. 77. DC. l. c.

In arenosis haud procul ab oppidulo Albany, Plantagenet, Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 393b.

Frutex pedalis et ultra, ramis erectis, ramulis brevissime pubescentibus. *Folia* sessilia, oblongo-lanceolata, lanceolata vel oblongo-linearia, acutiuscula, mutica, inferiora sparsa, subplana, superiora subimbricata, margine subrevoluto ciliolata vel denticulato-scabra, supra pilosiuscula, demum glabrata, subtus pilosa rarius glabra, 4-5 lin. longa, lineam lata. *Flores* in apicibus ramulorum aggregati, spicati. *Bracteae* carinatae ut calycis foliola obtusiuscula, margine ciliolatae. *Corollae* tubus calycem aequans, limbi lobis dense barbatis. *Filamenta* brevissima. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobatus. *Stylus* brevis ovarium subaequans. *Stigma* obtusum.

β . ***hirsutus***. ramulis hirsutis, foliis utrinque pilosis margine subrecurvo ciliatis, calycibus bracteisque puberulis.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 394.

Folia obscure viridia, supra brevius, subtus longe pilosa, 4-5 lin. long. 1 lin. lata. Indumento densiore excepto nullas differentias inter specimen Preissiana et Hügelianum invenio. Nescio an melius haec varietas pro typo et *Leucopogon angustatus* pro forma glabrata habeatur? Ceterum *Leucopogon angustatus* a *L. collino* R.Br. cujus specimen anth. in herb. Lehmanniano vidi, vix diversus videtur.

14. ***Leucopogon capitellatus* DC.** ramulis minute puberulis hirtellis, foliis linearibus acuminatis erecto patulis superne et margine minutissime scabridis subtus glabris, capitulis 3-5 floris folio brevioribus ad axillas sessilibus, bracteis obtusis, calycis lobis ciliolatis, corollae lobis barba alba conferta superne hirsutis. — DC.! l. c.

In limoso calcuosis silvae prope Mahogany-creek, d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 371. (Drummond n. 462!)

„Frutex 1-2 pedalis“ strictus. *Rami* breves, erecti, hirsuto-pilosi. *Folia* linearia, acuminata, planiuscula vel margine revoluta, supra marginibusque scabra, 6-10 lin. longa, $\frac{1}{2}$ -1 lin. lata. *Flores* 3-5 in axillis sessiles, rarius capitula multiflora in apice ramulorum. *Bractae* carinatae, obtusae, subtendente dimidio minore. *Calycis* foliola vix lineam longa, ovata, acuta, margine ciliolata, corollae tubum aequantia. *Lobi* corollae demum reflexi angusti. *Antherae* lineari oblongae, ad sinus corollae subexsertae, lobis breviores. *Discus* hypogynus obtuse lobatus. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum. *Drupa* parvula, suborbicularis, apice depressa, stylo superata, 4 et 5 locularis.

β . sparsiflorus. floribus omnibus axillaribus, axillis 1-3 floris.

In glareosis inter frutes montis prope fontem St. Ronan'swell, d. 25. April. 1840. Herb. Preiss. No. 427.

Folia in hac varietate magis sunt adpressa et 6-7 lin. longa, $\frac{3}{4}$ lin. lata, flores non spicati nec capitati, corollae paullo minores.

15. Leucopogon racemosus DC. ramulis glabris rigidulis, foliis linearibus margine recurvatis mucrone subpungenti apiculatis utrinque glabris supra convexis subtus concavis substriatis subglaucescentibus, racemulis axillaribus 3-5 floris folio brevioribus, bracteis minimis pedicello brevioribus, bracteolis brevibus subtrotundis, calyce tubo corollae dimidio brevioris, lobis corollae dense barbatis. — DC.! l. c.

In arenosis silvae circa oppidum Perth., d. 10. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 369. (Drummond n. 482! Capt. Mangles!)

„Frutex rigidus, 7 pedalis“, foliis sessilibus, patulis, pungentibus, 8-9 lin. longis. *Flores* omnes axillares, albi. *Corolla* infundibuliformis 3 lin. longa, tubo intus glabro, limbi lobis brevissime sed dense barbatis demum subrevolutis, tubo subtriplo brevioribus. *Filamenta* longiuscula tubo corollae adnata, apice libera. *Antherae* lineares, dimidia parte exsertae. *Discus* hypogynus 5 lobatus, lobis acuminatis ovarium aequantibus. *Stylus* glaber, apice mucronatus, corollam fere aequans, stigmatibus capitato. *Ovarium* glabrum.

β . pauciflorus. pedunculis axillaribus 1-3 floris.


Huc pertinet specimen Drummondianum sub No. 482 in herb. Shuttleworth. asservatum, alterum Drummondianum a Cl. Alph. DC. necum communicatum racemulis axillaribus instructum est. In collectione Preissiana formas intermediarias vidi. Intelligitur hanc speciem eodem jure ad sectionem quintam „Axilliflori“ accenseri posse.

16. Leucopogon gracillimus DC. fruticosus erectus ramosissimus, ramis tenuissimis glabris, foliis teretiuseculis vix acutis stricte adpressis glabris, spicis abbreviatis terminalibus solitariis aut subcongestis, bracteis obtusiusculis substriatis, corollae tubo calyci aequali, lobis superne villosis albis confertissimis hispidis. — DC.! l. c.

In limoso-calculosis lateris orientalis montis Bakewell, York, d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 395. (Drummond!)

„Suffrutex 1-3 pedalis“ ramosissimus. *Rami* virgati tenuissimi, ramulis glabris foliis dense obsitis. *Folia* subtus plerumque trinervia, 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longa. *Bractae* subfoliaceae, striatae. *Sepala* membranacea vel subfoliacea, margine membranaceo, obtusiuscula, apice ciliata. *Antherae* lineares.





L. collinum ! R. Br.
Symphylia collina La Bill
hb. S. Tasman. n. 50, fol. contra
ll. Brown parvula & contra
ll. in Billardiere haud plana
sed ut Br. note mont, margi-
ne recurvata observari. Dr. M.

L. virgatus ! R. Br.
Symphylia virgata La Bill.
L. apiculatus hb. S. Tasman
non R. Br. probrum.
Sine dubio huc pertinet, et ~~com-~~
Dr. dicit hodie ~~recurre~~ ~~conpa-~~
~~ris~~ ~~longo~~ ~~recurvata~~ ~~rec.~~ A Leu.
apiculata divergit dupis sub-
globosis calycem figurantibus
& foliis villosis!

Sine rebuli etiam proximina omnia
alia *L. polystrigata* adordinata,
ex diagnosi brev. haud longe ^{ab his} di-
serpentia.

In locis diversissimis perhibens
praesertim montanis, per partem
annuum florus.

Radix lignosa apice nigra!

8. Flores seroerentes.

(Ad riv. Tamar. hb. St. 947.

Discus hypogynus lobis 5 obtusis. *Stylus* brevis, stigmate obtuso. *Drupa* crustacea, subcompressa, calycem aequans, stylo coronata, 2 locularis.

Hic et sequens ob calyces subfoliaceos forsitan rectius sect. 4 „*Perojoani*“ consociantur.

17. **Leucopogon obtusatus** *Sond.* ramulis puberulis, foliis semiteretibus obtusis glabris margine ciliato-denticulatis, spicis terminalibus paucifloris solitariis aggregatisve, bracteis calycibusque obtusis subfoliaceis glabris.

In limoso-calculosis lateris orientalis montis Bakewell, York, d. 13. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 395 ex parte.

Fruticulus gracilis, ramosissimus, praecedenti proxime affinis sed ramulis pubescentibus et foliis crassioribus facile diversus. *Folia* lineam longa, $\frac{1}{3}$ lin. lata, supra plana, vix concaviuscula, subtus convexa, carinata, subuninervia, apice obtusa, stricte adpressa, ramulorum subimbricata. *Spicae* in apicibus ramulorum solitariae vel aggregatae, pauciflorae. *Bracteae* obtusissimae apice lanato-ciliatae, subtendenti parum minore. *Sepala* obtusa lanato-ciliata tubum corollae aequantia. *Corollae* lobi albo-hirsutissimi. *Antherae*, *discus*, *stylus* et *stigma* ut in antecedente. *Drupa* crustacea, oblonga, cylindrica (non compressa) calyce parum longior, stylo superata, 2-arius 1-locularis.

§. 3. CARDIOPHYLLI.

18. **Leucopogon cordatus** *Sond.* ramulis glabris, foliis alternis exacte cordatis acutis vel acuminatis planis glaberrimis patentibus reflexisque, spicis ramulis terminantibus solitariis vel axillaribus aggregatis, bracteis inferioribus foliaceis calycem coloratum subaequantibus, superioribus brevioribus.

In Australia meridionali-occidentali. Herb. Preiss. No. 388.

Frutex erectus, ramis filiformibus glabris. *Folia* caulina 3-3 $\frac{1}{2}$ lin. longa, 2-2 $\frac{1}{2}$ lin. lata, ramulorum minora, aequae longa ac lata, basi profunde cordata, subtus pallidiora, striata. *Spicae* in apice ramulorum 5-8 florum, solitariae vel ad basim earum spicis 2-3 brevioribus patentibus sub 4-floris munitae. *Bractearum* inferiores 3-4 foliaceae, calycem subaequantibus, sequentes coloratae breviores. *Bracteolae* obtusiusculae ut sepala coloratae, margine ciliolatae. *Corollae* tubus brevis, lobi dense barbati. *Filamenta* brevissima, antheris linearibus. *Discus* hypogynus brevis, lobis obtusis. *Stylus* brevis, stigmate subcapitato. *Drupa* exsucca oblonga cylindrica, striata, apice truncata, stylo persistente apiculata, plerumque 5 locularis.

Plurimis notis convenire videtur cum *L. glabello* R.Br. sed folia in nostro non late cordata. An potius varietas est? *L. cordifolius* Lindl. in Annal. sc. nat. XV. 62. est species valde diversa.

19. **Leucopogon distans** *R.Br.* ramulis glabris, foliis ovatis subcordatis divaricatis muticis supra convexis subtus pubescentibus, spicis terminalibus aggregatis flexuosis, floribus distantibus, drupis crustaceis 5 locularibus depresso-obovatis. — R.Br. l. c. DC. l. c.

In solo subturfoso arenoso inter frutices densos plantitiei prope Albany, Plantagenet, d. 5. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 390.

„Frutex 1-1 $\frac{1}{2}$ pedalis“ erectus, ramis gracilibus ramulisque glabris. *Folia* sparsa, alterna, patentia, inferiora saepius reflexa, omnia lineam circ.

longa, supra convexa profunde striata glabra, subtus dense pubescentia, margine revoluta. *Spicae* terminales subpaniculatae. *Rachis* flexuosa, puberula, floribus sessilibus distantibus. *Bracteae calycesque* fusco coloratae. *Bracteae* obtusiusculae, subtendenti parum minore. *Sepala* ovata, acuta, ciliolata. *Corollae* tubus brevissimus, limbi laciniis supra hirsutissimis subtus tenuissime puberulis. *Filamenta* brevissima, inter barbam occultata. *Antherae* lineares. *Stylus* brevis, stigmatibus subcapitato. *Drupa* calyce brevior, crustacea, depresso-ovata vel potius suborbicularis, stylo apiculata, 5 locularis.

Variat: calycibus minute puberulis et glabriusculis intensius coloratis.

20. **Leucopogon reflexus** R.Br. ramulis pubescentibus, foliis ovatis subcordatis muticis reflexis divaricatisve, supra convexis, subtus concavis pilosis lineatis, spicis terminalibus confertis paucifloris, floribus imbricatis, drupis crustaceis 5 locularibus. — R.Br. l. c. DC. l. c.

In turfosis inter frutices densos prope oppidulum Albany, Plantagenet, Decbr. 1840. Herb. Preiss. No. 398. (New-South-Wales: Fraser! herb. Shuttleworth.)

„Frutex 1-3 pedalis“. *Rami* elongati, graciles, simplices vel apice divisi, ramuli pubescentes. *Folia* inferiora angustiora, sublancoolata, mutica, patentia-reflexa, superiora breviora, ovata, subcordata, omnino reflexa, adpressa supra convexa glabra, subtus pallidiora, lineata, pilosa, marginibus recurvis. *Bracteae* acutae, subtendente minore obtusiuscula, ut calycis foliola ovato-lanceolata, subvillosae. *Corollae* tubus brevis, limbi lobis dense barbatis. *Filamenta* brevissima, antheris lineari-oblongis. *Stylus* brevis, stigmatibus obtuso. *Drupa* parvula, crustacea, stylo coronata, 5-rarius 4-locularis.

21. **Leucopogon variifolius** Sond. ramulis glabris, foliis glabris sessilibus patentibus reflexisve inferioribus lanceolatis muticis margine recurvo ciliatis, superioribus ovato-cordatis cordatisve subacuminatis margine subrecurvo denticulatis scabris, spicis subterminalibus multifloris, calycibus bracteisque foliaceis glabris.

In subarenosis prope oppidulum Albany, Plantagenet, Jan. 1840. Herb. Preiss. No. 404.

„Frutex bipedalis“ ramis erectis, glabris. *Folia* inferiora lanceolata, basi non cordata, 3 lin. longa, vix ultra $\frac{1}{2}$ lin. lata, superiora ovato-acuminata, ovato-cordata vel cordata acuta et subacuminata, subtus striata, 2-2 $\frac{1}{2}$ lin. longa, 2 lin. lata. *Spicae* elongatae, solitariae vel aggregatae in axillis foliorum supremorum, 8-23 florum. *Flores* bracteati, bracteis foliaceis, margine ciliolatis, calyce plerumque brevioribus. *Bracteolae* acutae ut *calycis* foliola lanceolata foliacea, margine ciliolatae. *Corollae* lobi breves, albo-hirsuti. *Antherae* oblongo-lineares. *Ovarium* glabrum. *Stylus* brevis. Stigma obtusum.

A *L. glabellum* R.Br. cui affinis videtur, foliis non coriaceis nec late cordatis et inferioribus lanceolatis, omnino differt.

§. 4. PERGOJANI.


22. **Leucopogon elatior** Sond. ramulis glabris, foliis inferioribus linearibus vel lineari-lanceolatis patentibus deflexisve, superioribus ovatis acutis vel subacuminatis erecto-patentibus, omnibus glabris margine denticulatis, spicis ter-

L. villifer f. *glaber*, ramulis foliisque

glabris, Ferd Müller

* *L. concurrens*!
ramulis glabris, foliis glabris breviter
pubescentibus ovato cordatis obtusiuscu-
lis serrulatis (saepe ramum in-
vaginantibus) margine laevibus
multinerviis, petiis axillaribus
terminalibusque paucifloris ca-
pitatis, corymbis apice ciliatis, bracteis
glabris

Fructus erit nix pedalis, olim erro-
rim ad *L. cucullatum* quarendo
relatus - In arceps diphritis
juxta finem Encuentra Bay
fili Nov. 1847 hb. St. n.



minalibus elongatis solitariis aggregatisve, calycibus bracteisque subfoliaceis glabris.

In solo sublimoso planitieci hand longe ab oppidulo Busselton, Sussex, Decbr. 1839. Herb. Preiss. No. 391. (Vasse-River, Mrs. Molloy!)

Caulis fruticosus, 3-pedalis, gracilis. *Radix* teres subfusca, ramulis fibrillisque paucis longis. *Truncus* cylindricus, pennae corvinae crassitie, ramis elongatis, teretibus, vitellinis, glabris, sparse foliatis terminatus. *Folia* ramulorum sterilium tenuia, patentia, exacte linearia, 3-4 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata, trunci seu inferiora lineari-lanceolata, mutica, subcoriacea, 5 lin. longa, basi lineam lata, margine subrecurva, intermedia latiora, subbreviora, suprema late ovata, acuta, apice patenti, omnia utrinque glabra, subtus striata. *Spicae* in apice ramulorum gracilium nunc solitariae nunc aggregatae, foliaceae, saepe 30 florum. *Rachis* glabra cum bracteis tendentibus persistens. *Bractea* ovata, acuta, plerumque apiculata, concava, dorso striata, viridis, floribus brevior. *Bracteolae* carinatae, ovatae, acutae, margine serrulatae. *Sepala* lanceolata bracteolae triplo-, corollae tubum vix superantia. *Corollae* lobi albo-hirsutissimi, pilis subplanis margine denticulatis. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobatus. *Ovarium* suborbiculare basi parum angustatum, glabrum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum.

Ut videtur haec species transitum e sectione praesente ad antecedentem facit, in omnibus quidem speciminibus Preissianis bases foliorum cordatae desiderantur, in uno a dom. Molloy collecto folia nonnulla subcordata video. Habitu et characteribus proxime accedit ad *L. variifolium*.

23. **Leucopogon vaginans** Sond. ramulis glabris, foliis adpressis basi subvaginantibus lanceolatis subacuminatis muticis utrinque glabris striatulis margine vix denticulatis, spicis terminalibus elongatis multifloris, calycibus bracteisque subfoliaceis glabris.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis leg. cl. Roe, Jan. 1840. Herb. Preiss. No. 382.

Fruticis pars inferior desideratur. *Caulis* tenuis ramos habet graciles, glabros. *Folia* in parte speciminum inferiore $1\frac{1}{2}$ lin. longa, sessilia, subcoriacea, basi latiore semivaginantia, ramulorum floriferorum sparsa, sterilium subimbricata, lanceolata supra concaviuscula obsolete, subtus eviderent striata. *Spicae* in apice ramulorum fere semipedalium 4-6 elongatae, saepe 20 florum, basi subramulosae. *Flores* in axillis bractearum foliacearum solitarii, haec bractea ovata acuta nervosa viridis floribus brevior. *Bracteolae* acutae. *Sepala* lanceolata, lineam fere longa, margine ciliolata. *Corollae* tubus brevis calyci subbrevior, limbi lobi hirsutissimi, pilis scabridis incrassatis. *Antherae* lineari-oblongae. *Cyathus* hypogynus obtuse 5 lobus. *Ovarium* glabrum, disco duplo longius. *Stylus* brevis, stigmatibus obtusis.

24. **Leucopogon rupestris** Sond. ramulis glabris, foliis sessilibus planis late ovatis vix acutiusculis supra laevibus subtus nervosis glabris margine cartilagineo-denticulatis, inferioribus sparsis superioribus imbricatis, spicis terminalibus solitariis aggregatisve multifloris elongatis, bracteis calycibusque foliaceis glabris.

In rupestribus collium Konkoberup, promontorii Cape Riche, d. 21. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 406.

„Frutex rigidus“ ramis ramulisque abbreviatis, subvitellinis, glabris. *Folia* inferiora 2 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, coriacea, glaberrima, subtus nervosa, nervis lateralibus divergentibus, superiora parum minor, dense imbricata. *Spicae* ramulos terminantes, 10-20 florum, solitariae, rarius aggregatae.

tae, lateralibus vel inferioribus abbreviatis, paucifloris. *Rachis* glabra, persistens. *Bractae* ovatae, acutae, inferiores foliis conformes flores superantes, sequentes sensim minores. *Bracteolae* ovatae acutae, margine ciliatae. *Sepala* bracteolas triplo superantia, lanceolata, foliacea, margine ciliolato-serrata. *Corollae* tubus brevis, limbi lobis albo-hirsutis. *Drupa* immatura obovata, 1 locularis.

25. **Leucopogon gracilis** R.Br. ramulis glabris filiformibus, foliis lanceolato-linearibus erectis concavo-convexis muticis, subtus nervosis trilineatis margine laevibus, spicis congestis 4-6-floris, calycibus bracteisque subfoliaceis glabris, subtendente parum breviori. — R.Br. l. e. DC. l. c.

In solo turfoso humido inter frutices densos planitiei prope oppidulum Albany, Plantagenet, d. 8. et 14. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 381 et 389.

Frutex pedalis et ultra, ramis virgatis. *Folia* sparsa, alternata, adpressa vel erecta, glabra, 3-3½ lin. longa, ½ lin. lata, subtus convexa, striis 3, in foliis latioribus saepius 5. *Calycis* foliola viridia, bracteis subtriplo longiora, tubum corollae aequantia. *Corollae* lobi albo hirsutissimi. *Antherae* lineares. *Discus* hypogynus acute 5 lobatus. *Stylus* brevis, stigmate subcapitato.

Simillimus *L. virgato* Br., differt: foliis minus acuminatis margine nudis, spicis terminalibus et calycibus foliaceis.

26. **Leucopogon oppositifolius** Sond. ramulis puberulis, foliis oppositis adpressis lanceolato-linearibus muticis supra concavis albo-velutinis subtus trinerviis glabris margine laevibus, spicis terminalibus aggregatis paucifloris, calycibus bracteisque foliaceis glabris.

Ad sinum regis Georgii. Dec. 1840 et in Australia occidentali. Herb. Preiss. No. 380 et 400.

„Frutex dodrantalis“ (No. 380) nunc ultra pedalis (400) radice crassa, nigricante, multicauli, caulibus erectis, a basi ramosis, teretibus, striatis, ramis virgatis lutescentibus, tenuissime puberulis. *Folia* sessilia, decussata, lanceolato-linearia vel sublinearia, convexo-concava, perimque 2 lin. longa et ¼ lin. lata, in spec. majoribus sublongiora et latiora, inferiora remotiora, superiora et praesertim ramulorum sterilium distiche imbricata, omnia cauli arcute adpressa et supra villis brevibus albis velutina. *Spicae* 3-4, terminales. *Bractae* obtusiusculae, margine ciliatae, tendente subaequali. *Sepala* lanceolata, obtusiuscula, margine ciliolata, bracteis duplo superantia. *Corollae* tubus calycis longitudine, limbi lobi dense barbati. *Filamenta* antheris linearibus breviora. *Cyathus* hypogynus obtuse 5 lobatus. *Stylus* brevissimus, stigmate obtuso.

β. **pubescens**. minor, ramis folisque inferioribus pubescentibus.

In regionibus interioribus Australiae merid.-occid. m. Nov. 1840 leg. cl. Preiss.

27. **Leucopogon crassifolius** Sond. ramulis pubescentibus, foliis crassiusculis linearibus apice subtriquetro mucronatis glabris, spicis subaggregatis paucifloris, calycibus bracteisque foliaceis ciliatis.

In rupestribus collium Konkobern, promontorii Cape Riche, d. 19. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 386.

„Frutex 2 pedalis“ ramis rigidis, subliguosis, elongatis, erectis, ramulis abbreviatis, foliosis. *Folia* inferiora adpressa, sparsa, 3 lin. longa, ½ lin. lata, glaberrima, supra plana sed apice cucullato-contracta, mucrone brevi rigido.

L. virgati var. ?

~~*L. falcifera* (L.) Ker & Hill~~

30. *L. sp. nov.* hinc propinqua *var.*
a *L. falcifera* (L. f. 2) a parte
Phillipini differt foliis majori-
ribus serratisque integris. *Pubes*
novissima L. floridissima *fl.*

grata cum *tribui*
grata *agnitionis grata* (et. *Delto*)
qui *hanc* *alio* *placis* *Australis*
Deltois *novum* *communitabat.*

terminata, subtus carinata, 3 nervia, nervo medio valde prominente et hinc apice subtriquetra, margine ciliolata demum nuda: folia superiora seu ramulorum imbricata, reliquis subhreviora. *Spicae* terminales in nonnullis speciminibus forsam ramuli abortu axillares, subaggregatae, 3-6 florum. *Bractee* carinatae, glabrae, margine ciliatae, subtendente minore. *Calycis* foliola ovata acuminata, apice sphacelato patula. *Corollae* tubus calyce longior, limbi lobis albo hirsutissimis. *Antherae* apice affixae. *Discus* hypogynus obtuse lobatus, ovario 4 plo brevior. *Stylus* subnullus. *Stigma* obtusum. *Drupa* (immatura) lineari-oblonga, turbinata, pentagona.

28. **Leucopogon tetragonus** *Sond.* ramulis, foliis, bracteis, calycibusque hispidulis, foliis quadrifariam imbricatis oblongo-linearibus oblongisve margine recurvo longe ciliatis, spicis terminalibus paucifloris, calycibus bracteisque foliaceis.

In rupestribus collium Konkoberup, promontorii Cape Riche, d. 19. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 387.

„Canlis fruticosus, 2 pedalis“. *Rami* rigidi, sublignosi, ramulis foliosis. *Folia* erecta, imbricata, lineari-oblonga, oblonga vel ovato-oblonga, obtusiuscula, 1-1½ lin. longa, supra scabriuscula, subtus nervosa, nervo medio validiore, margine ciliata, ciliis longis. *Flores* 4-12 in apice ramulorum spicati. *Bractee* ovatae, acutae, margine ciliatae, subtendente parum majori. *Calycis* foliola lanceolata, margine ciliata, apice sphacelato plerumque patula. *Corollae* tubus calyce brevior, lobis albo-barbatis, pilis barbae nodulosis. *Antherae* oblongo-lineares. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobus. *Stylus* brevis ovatio obovato turbinato aequilongus. *Stigma* obtusum.

29. **Leucopogon corifolius** *Endl.* foliis lanceolatis acutis margine revolutis patentibus vel reflexis ramulisque hispidis, spicis terminalibus paucifloris congesto-capitatis, calycibus bracteisque herbaceis villosis. — *Endl. nov. stirp. dec. 2. n. 19.*

In solo turfoso inter frutices densos prope oppidulum Albany, Plantagenet, Febr. 1840. Herb. Preiss. No. 399.

Folia inferiora glabrata. *Antherae* oblongo-lineares. *Discus* hypogynus obtuse lobatus ovario glabro duplo brevior. *Stylus* brevis, stigmate obtuso.

30. **Leucopogon squarrosus** *Benth.* ramulis pubescentibus, foliis ovatis lanceolatisve acutis ciliatis subglabris basi subadpressis apice recurvis, spicis paucifloris terminalibus aggregatis, bracteis calycibusque subfoliaceis glabris. — *Benth.!* in *Endl. Enumerat. plant. Hügel. pag. 77.*

Inter saxa calcarea clivulorum haud longe ab oppidulo Freemantle, d. 15. Aug. 1839. Herb. Preiss. No. 403. (v. sp. anth. in Herb. caes. Vindob.)

„Frutex 3 pedalis“ apice ramosissimus, ramulis hirtello pubescentibus. *Folia* lanceolata, ovato-lanceolata vel ovata, acuta, 1-2 lin. longa, ½-1 lin. lata, sessilia, squarrosa-patentia basi plerumque adpressa, utrinque glabra, subtus striata, margine ciliata vel denticulata. *Spicae* ramulos terminantes, 2-4-florum. *Bractee* lanceolatae, carinatae, glabrae, margine ciliolatae. *Sepala* lanceolata, lineam longa, pallida, apice serrato-ciliata. *Corollae* tubus calyce brevior, lobis albo-hirsutissimis. *Filamenta* brevissima, antheris oblongo-linearibus. *Discus* hypogynus obtusus. *Ovarium* suborbiculare glabrum. *Stylus* brevis, stigmate obtuso.

β. paradoxus. caule humiliore, foliis inferioribus lineari-lanceolatis planis, superioribus ovatis acuminatis subsquarroso-patentibus. Herb. Preiss. No. 403 ex parte.

31. **Leucopogon cymbiformis** *Cumm.* ramulis glabriusculis, foliis imbricatis lanceolatis mucronatis superne plano-concavis laevibus subtus subearinatis striatis margine subdenticulatis, spiculis aggregatis paucifloris, calycibus bracteisque foliaceis ciliolato-serratis, ovario setis circumdato. — A. *Cumm.* ap. DC. l. c.

In arenosis inter frutices plantitiei cis flumen Gordon, Hay, d. 7. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 385. (Swan-River, Drummond!)

Fruticulus $\frac{1}{2}$ pedalis, a basi ramosus, rami erecti, glabri, ramuli vix pubescentes, foliis sparsis, imbricatis obsiti. *Folia* arcte adpressa acuminata, mucronata, supra concaviuscula subtus-striata, et nervo medio valido subearinata, pleraque 2-2 $\frac{1}{2}$ lin. longa, semilineam lata, alia 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longa, semilinea angustiora. *Spicae* 3-4 florum, in apice ramulorum aggregatae, in nonnullis speciminibus ramuli forsitan abortu axillares solitariae. *Bractee* lanceolatae, apice serrulatae, subtendente breviori. *Sepala* lanceolata, acutissima, bracteeas duplo superantia, apice ciliolato-serrata. *Corollae* tubus calyce parum longior, intus glaber, limbi lacinae lanceolatae, tubo subbreviores, supra dense barbatae. *Antherae* lineari-oblongae. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobatus. *Ovarium* sublineare, angulatum, setis numerosis albis disco hypogyno longioribus circumdatum. *Drupa* (immatura) suberustacea, obsolete pentagona.

32. **Leucopogon elegans** *Sond.* ramulis villosis, foliis ovatis sublanccolatisve acutiusculis convexo-concavis supra pilosiusculis subtus glabris, striis 5 semipellucidis notatis, margine longe ciliatis, spicis terminalibus solitariis, calycibus bracteisque foliaceis glabris.

In glareosis sterilibus collium Konkoberup, promontorii Cape Riche, d. 20. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 378.

Fruticulus humilis, vix spithameus, ramis purpurascensibus glabris, ramulis brevibus, erectis, villosis. *Folia* sparsa, versus apicem copiosiora, subimbricata, petiolulata, petiolo purpureo, erecto adpressa, valde concava, 2 $\frac{1}{2}$ lin. longa, explanata 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. lata, intense viridia, utrinque concolora, margine ciliis longis obsita. *Spicae* in omnibus exemplar. a me examinatis solitariae, flores inferiores in axillis foliorum supremorum. *Bractee* obtusiusculae, apice ciliatae, sepalis lanceolatis, margine ciliatis triplo breviores. *Corollae* 2 lin. longa, tubus longitudine calycis intus apice pilosus, limbi lacinae albo-hirsutissimae (pilis longiusculis non crispatis, exasperatis). *Antherae* lineares. *Discus* hypogynus 5 dentatus, ovarium dimidium aequans. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitellatum.

β. glaucifolius. ramulis glabris, foliis glabris glaucescentibus. Ad portum regis Georgii leg. cl. Preiss.

33. **Leucopogon tectus** *Sond.* ramulis tenuissime puberulis, foliis imbricatis oblongis sublanccolatisve muticis glabris supra planiusculis subtus convexiusculis nervis elevatis, margine ciliato-denticulato, spicis terminalibus solitariis, calycibus puberulis margine ciliatis.


In rupestribus collium Konkoberup, promontorii Cape Riche d. 21. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 406 ex parte.

* L. Lepidophylla perd Müller.

ramulis pilosis, foliis linearibus vel
lanolato-linearibus acutis, mutis
margine paullo recurvo pilis longis
viliatis (pilis paucis lamina-
libus sagittato aggregatis, lati-
nus calycis bracteisque villosis
viliatis

^{miscap!}
In montibus (forse a monium)
insulari Van Diemen Land! h. L. 36
caulis ^{erectus} pygmaeus 2-3" foliis 2"
longis 1/2" latis subovoidibus pater-
natis, superioribus appressis
subimbricatis, calycibus linearibus,
floribus minimis subcapitatis,
foliis involucriatis!

In portionum Prathypharyarum est
Arctostaphylos & L. affiato approxi-
matus, cujus forte varietas pygmaea
monticola.



Frutex ultra pedalis, ramis glabris, ramulis abbreviatis foliis imbricatis dense obsitis. *Folia* 3 lin. longa, lineam lata, glaberrima, petiolulata, supra laevia, subplana vel apice cucullato-contracta, concaviuscula, subtus elevato-nervosa, nervo medio valde prominulo. *Spicae* simplices, 6-8-florae, rachi puberula, persistente. *Bractee* tendentes foliaceae, obtusiusculae, striatae deciduae. *Bracteolae* margine ciliolatae calycem dimidium paullo superantes. *Sepala* subfoliaceae, extus puberula, lanceolata, obtusiuscula, margine ciliata. *Corollae* lobi albo-hirsutissimi.

L. nervosus R.Br. simillimus videtur, differt tamen ut ex descriptione elucet: foliis ellipticis, spicis congestis et calycibus foliaceis glaberrimis.

34. **Leucopogon ovatus** *Sond.* ramulis tenuissime puberulis, foliis sessilibus adpressis ovatis oblongisve mucicis glabris supra concaviusculis subtus convexiusculis nervoso-striatis, margine denticulatis scabris, superioribus subimbricatis, spicis terminalibus paucifloris, calycibus apice ciliatis bracteas duplo superantibus.

In regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis, d. 8. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 375.

Fruticis ramos video semipedales, ramulis nonnullis erectis, tenuibus, abbreviatis, instructos. *Folia* sunt ovata, ovato-oblonga vel oblonga, $1\frac{1}{2}$ - 2 lin. longa, coriacea, supra laevia, subtus striata, inferiora remotiuscula, superiora breviora, subimbricata. *Flores* ramulos terminantes spicam subfoliosam efformantes, spicae rarius solitariae, plerumque subaggregatae, pauciflorae. *Bractee* subtendentes inferiores foliaceae, calycem aequantes, superiores sensim minores. *Bracteolae* calycesque membranacei, obtusi, glabri apice ciliati. *Corollae* tubus calycem aequans, limbi laciniis revolutis dense barbatis. *Antherae* lineari-oblongae. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobatus. *Stylus* brevis, glaber. *Stigma* subcapitatum. *Drupa* calycem subaequans, crustacea, truncata, striata, plerumque bilocularis.

Num forte idem est ac *L. striatus* R.Br.? Ab antecedente differt: foliis duplo brevioribus tenuioribus, nervis subtus vix prominulis et spicis subaggregatis.

35. **Leucopogon parvifolius** *DC.* ramulis glabris, foliis ovatis concavo-cymbaeformibus obtusis mucicis margine integerrimis subtus striatis utrinque glabris, floribus in axillis foliorum superiorum sensim decrecentium solitariis sessilibus in spicam ideo elongatam foliaceam dispositis, drupis obovato-globosis sub 1-spermis. — *DC. l. c. pag. 752!*

Ad sinum regis Georgii leg. cl. Preiss.

Fruticulus semipedalis. *Folia* ramorum inferiorum $1\frac{1}{2}$ lin. longa, saepe longiora, nunc planiuscula nunc eadem subamplexentia, supra laevia, subtus striata, margine integerrima vel subdenticulata. *Rachis* spicae puberula. *Bractee* subtendentes persistentes. *Bractee* calycesque subfoliacei glabri. *Sepala* acutiuscula margine ciliata, bracteolas triplo superantia. *Corollae* lobi revoluti, albo hirsutissimi. *Drupa* subglobosa, calycem subaequans, bilocularis 1-2-sperma.

Specimen Preissianum bene congruit cum frustulo specimenis Candolleani. Differt a praecedente cui proximus, foliis integerrimis vel subintegerrimis saepe subamplexicaulis, spicis solitariis et praesertim calycibus acutiusculis bracteisque brevioribus.

36. **Leucopogon sprengelioides** *Sond.* ramulis glabriusculis, foliis parvulis late obovatis vix acutiusculis, basi

cucullatis semivaginantibus supra laevibus subtus lineatis margine nudis glabris, spicis terminalibus solitariis aggregatisve, calycibus puberulis subtendentibus foliaceis.

In Australia meridionali-occidentali. Herb. Preiss. No. 376 et in arenosis plantiis haud longe a Halfwayhouse, York, d. 13. Sept. 1839. No. 397. (Drumond!)

„Suffrutex 1-3 pedalis“ ramis nunc elongatis nunc abbreviatis. *Radix* gracilis nigrescens. *Caulis* prope basin crassitie pennae corvinae. *Rami* ut caulis basi plerumque nudi, glabri, *Ramuli* semper breves vix puberuli foliis tecti. *Folia* imbricata, coriacea, lineam circ. longa totidemque lata apice subattenuata sed non acuta, basibus cucullatis semi-vaginantia, apice patulo vel subadpresso, subtus lineis notata, margine integerrima rarissime subdenticulata. *Spicae* solitariae, rarius aggregatae, 4-8-florae. *Rachis* pubescens bracteolis persistentibus foliaceis margine tenuissime ciliatis, bracteis carinatas obtusas margine ciliolatas aequantes vel parum longiores. *Calyces* foliola subfoliacea, obtusiuscula, extus puberula margine ciliolata, bracteis duplo superantia. *Corollae* lobi elongati, revoluti, dense hirsuti. *Antherae* lineari-oblongae. *Discus* hypogynus obtuse 5 lobatus, ovario duplo brevius. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum. *Drupa* crustacea, striata, calycem subaequans, stylo coronata, 4-5 locularis.

37. **Leucopogon cucullatus** R.Br. ramulis vix puberulis, foliis ovatis obtusis muticis cucullatis imbricatis sessilibus subtus lineatis margine nudis, spicis solitariis aggregatisve, bracteis subtendentibus foliaceis, ovarii 5 locularibus. — R.Br. l. e.

In littore arenoso inter frutices Point Possession (sinus regis Georgii III.) d. 16. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 377.

„Frutex pedalis“ ut videtur prostratus, basi lignosus, ramis ascendentibus gracilibus plerumque nudis, ramulis glabriusculis foliis imbricatis dense tectis. *Folia* 3 lin. longa, explanata 2 lin. lata, basi vaginantia, ovata apice obtuso subincurva, utrinque glaberrima, subtus striatula, margine integerrima. *Spicae* in speciminib. Preissianis semper solitariae 4-12-florae, foliaceae. *Bracteae* subtendentes (i. e. folia suprema) basi non vaginantes, calyces aequantes. *Bracteolae* calycesque membranacei, saepius subcolorati. *Bracteolae* calyci dimidio aequales, carinatae, obtusiusculae. *Sepala* ovato-lanceolata, obtusiuscula ut bracteolae ciliolata. *Corollae* tubus calyce subbrevior, limbi lobis elongatis, revolutis, supra dense barbatis. *Filamenta* brevissima. *Antherae* supra medium affixae, lineares. *Cyathus* hypogynus obtuse 5-lobus. *Ovarium* conicum subangulatum, 5 loculare. *Stylus* brevis, glaber, stigmatate sublobato.

§. 5. AXILLIFLORI.

38. **Leucopogon secundiflorus** Sond. ramulis tenuissime puberulis, foliis erectis subadpressis linearibus cuspidato-mucronatis glabris margine revoluti denticulato-sabris, pedunculis 1-2 floris recurvis, corollae tubo calycem duplo superante, stylo subexserto.

L. pendulus Benth.! in Endl. Enumerat. plant. Hügel. pag. 77. non R.Br.

Ad sinum regis Georgii leg. cl. Preiss. (King George's Sound, Hügel! New-South-Wales, Fraser!)

37. In arca per Encuentra Bay.
No. 11. 120.

x L. Kirkii Boottii Fr. & Mill.

foliis brevissimis hirtis, foliis
ovatis, apice attenuatis cuspi-
datis, margine recurvis supra
nervibus, subtus lincatis, oppo-
sitis, pedunculis unicaribus bre-
vissimis paucifloris;

Similitudo florum calyc. haud
occul. & sequenti generi facit
non dubium. Numquam fragmentum

foliis brev. ^{hirsutis} ^{subtus} ^{puberulis} foliis, fol. plus minusve
palatilis, apex mucronis paull. recurvo.
pedic. 3" long. 2" lata.

L. apollonioides Fr. & Mill. Fr. & Mill.

Adspic. ^{hirsutis} ^{subtus} ^{puberulis} ^{foliis} ^{ovatis} ^{apice} ^{attenuatis} ^{cuspidatis} ^{margine} ^{recurvis} ^{supra} ^{nervibus} ^{subtus} ^{lincatis} ^{oppositis} ^{pedunculis} ^{unicaribus} ^{brevissimis} ^{paucifloris};
Species distincta: calycis foliis
brevissimis, ovatis, apice attenuatis, cuspidatis, margine recurvis, supra nervibus, subtus lincatis, oppositis, pedunculis unicaribus brevissimis paucifloris;
Intra ad 4 floris, brevissimis corollae
(tenue folium modo in planta juniori)
nervis & praesertim stigmate piloso.

In trajectu littorali Inconspicua
Fr. & Mill. hinc inde frequens. fructus 2-3'.
Hinc praesertim valoris habitus &
nomen adponere praevalere ex affinitate

x Aptolomatidis : L. aptolomoides Fr. & Mill.

Stemms erigis adori. Scrupa sicca
angusta elliptica utroque sine
attenuata nervibus fere striata
3-4" longa circiter lineas duas crassa.
2-3 lobulata. Sine pulva.

In arenosis in pl. halimaturorum
non non collibus ferris inter affinitate
St. Murray & opp. Killarney
testate!

Frutex spithamaens, erectus. *Rami* a basi orti, erecti, ramuli digitum circiter longi, lente visi tenuissime puberuli. *Folia* in parte caulis inferiore sparsa, alterna, adpressa, in ramis densiora, subimbricata et subadpressa, linearia, 4 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata, margine revoluta, mucrone subpungenti cuspidata, subtus striata. *Pedunculi* 1-2-flori, 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longi, recurvi, squamulis nonnullis obsiti. *Bracteae* 2 obtusae apiculatae. *Calycis* foliola acutiuscula, 1 lin. longa, glabra margine ciliolata. *Corolla* 2 lin. longa, tubus calyce duplo longior, limbi lobis brevibus demum revolutis, dense barbatis. *Stamina* inclusa. *Stylus* corolla longior, glaber, stigmatibus obtuso.

39. *Leucopogon oxycedrus* Sond. ramulis tenuissime puberulis, foliis patentibus vel reflexis lineari-lanceolatis mucrone pungenti terminatis glabris supra convexis subtus concaviusculis lineatis margine denticulato-scabris, pedunculis 1-2-floris recurvis, corollae tubo calycem duplo superante.

In Novae Holl. ora meridionali-occidentali leg. cl. Preiss. (Herb. Preiss. sine No.)

Frutex valde rigidus, ramis patentibus et divaricatis. *Folia* sessilia, utrinque glabra, 6-8 lin. longa, lineam lata, nunc erecto-patentia, nunc reflexa, marginibus subrecurvis denticulatis, subtus subpallidiora, striatula. *Pedunculi* semper reflexi, brevissimi, pubescentes, 1 vel biflori. *Bracteae* obtusae, apiculatae, glabrae, margine ciliolatae, calyce triplo breviores. *Sepala* lanceolata, glaberrima, margine ciliolata. *Corolla* 3 lin. longa, limbi lobis albo hirsutis, pilis nodulosis. *Filamenta* glabra, antheris inclusis, oblongo-linearibus, minimis, infra apicem affixa. *Discus* hypogynus acute 5-lobus. *Stylus* glaber, longitudine corollae, stigmatibus obtuso. *Ovarium* ovoideum, glabrum, disci lobis subtriplo longius.

40. *Leucopogon conostephioides* DC. ramulis puberulis, foliis lineari-sublanceolatis acuminato-pungentibus convolutis glabris subtus striatulis supra laevibus, margine scabris, floribus axillaribus geminis subsessilibus patulis, corolla tubo calycem aequante. — DC. l. c. pag. 753!

In arenosis inter frutices supra urbulam Perth, d. 26. April 1839. Herb. Preiss. No. 405. (Drummond n. 479!)

Fruticulus pedalis, rigidus, ramosissimus. *Folia* brevissime petiolata, 5-6 lin. longa, lineam lata, lanceolata sensim in mucronem pungentem attenuata, supra concaviuscula, nitidula, subtus convexiuscula, pallidiora, striata, striis lateralibus divergentibus. *Pedunculi* brevissimi patuli vel reflexi, 2 rarius 1-flori. „*Flores albi*“ in sicco subrosei. *Bracteae* obtusae apiculatae, glabrae, ciliolatae. *Calycis* foliola glaberrima, acuminata, bracteis 3-plo longiora. *Corollae* tubus intus hirsutus, lobi acuminati, revoluti, barbati, barbae pilis nodulosis. *Filamenta* antheris linearibus semiexsertis medio affixa. *Discus* hypogynus acute 5-lobatus. *Stylus* longitudine corollae, glaber, stigmatibus subcapitato. *Drupa* crustacea, parvula, ovalis, striata, 3-locularis, abortu saepe 1 vel 2-locularis.

A praecedente facile distinguitur foliis supra concaviusculis acuminatissimis et corollae tubo brevioribus).

*) ***Leucopogon similis* Sond.** ramulis glabris, foliis sessilibus patulis lineari-lanceolatis supra concaviusculis laevibus, subtus planis striatis cuspidato-mucronatis margine subdenticulatis, pedunculis 1-2-floris recurvis, corollae tubo calycem subsuperante, stylo exserto. Habitat in Australasia. (H. mus. Paris. No. 83.) Vidi in herb. Caes. Vindob. *L. conostephioidi* affinis, differt: foliis sessilibus patulis cuspidatis non sensim attenuatis, margine vix denticulatis, planiusculis et subbrevioribus (4 lin. long.) florum pe-

41. **Leucopogon flavescens** Sond. ramulis puberulis, foliis glabris erectis lineari-oblongis basi attenuatis apice obtusiusculo callosis planis margine scabris, pedunculis erectis 1-2-floris, calycibus margine ciliatis tubum corollae aequantibus, disco hypogyno acuto, ovario lineari-clavato.

In confragosis prope Two-peopled Bay, Plantagenet, d. 24. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 379.

„Frutex 4-pedalis“ ramis erectis gracilibus, foliis imbricatis dense obsitis. *Folia* pallide flavescencia, 4-5 lin. longa, apice latiore lineam lata, in petiolum brevem attenuata, supra laevia, subtus nervosa, nervis lateralibus divergentibus, mucrone brevissimo calloso terminata. *Pedunculus* pubescens, erectus, 1, 2, rarius 3-florus, basi 2-bracteolatus. *Bracteae* calyci subadpressae, acutae, glabrae, margine ciliatae. *Calycis* foliola lanceolata, lineam fere longa, bracteas duplo superantia, basi saepe pilosiuscula, apicem versus glabra et margine lanato-ciliata. *Corollae* tubus calyce parum longior, intus prope basin glaber, limbi laciniis lanceolato-linearibus tubum duplo superantibus, supra albo-barbatis, barbae pilis nodulosis vel tuberculatis. *Filamenta* brevissima alte adnata, antheris oblongis supra medium affixa. *Discus* hypogynus 5-partitus, foliolis lanceolatis ovarium dimidium aequantibus. *Ovarium* lineari-clavatum, striatum, glabrum. *Stylus* longitudine tubi corollae, stigmatē capitato.

42. **Leucopogon coryncarpus** Sond. ramulis fere glabris, foliis glabris oblongo-lanceolatis acutiusculis muticis supra concaviusculis laevibus, subtus convexis striatis margine subintegerrimis, pedunculis erectis subbifloris, calycibus margine nudis corollae tubum superantibus, disco hypogyno obtuso, ovario obovato.

In Novae Hollandiae ora merid. occid. prope promontorium Cape Riche, Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 379 (ex parte.)

Frutex ut videtur plaripedalis. *Folia* petiolulata, 4 lin. longa, lineam lata, subtus convexiuscula, nervis tribus validioribus parallelis et pluribus lateralibus divergentibus instructa, crassiuscula, supra laevissima, subtus pallidiora. *Pedunculi* erecti, 1-3-flori, lineam circ. longi, basi bracteolati. *Bracteae* obtusae, extus glabrae calyce 3-plo breviores. *Calycis* foliola lanceolata, glabra, $1\frac{1}{4}$ lin. circ. longa, margine nuda, rarissime apice vix ciliolata. *Corollae* tubus calyce subbrevior, limbi laciniis lanceolato-linearibus tubo longioribus, supra albo-barbatis, pilis brevibus nodulosis. *Filamenta* alte adnata antheris oblongo-linearibus sub apice adfixa. *Discus* hypogynus 5-partitus, foliolis truncato-obtusis. *Ovarium* obovatum, glabrum. *Stylus* glaber antheris aequilongus, stigmatē capitellato. *Drupa* pedicellata, erecta, crustacea, clavata, ventricosa apice mammillata, brunnea, nitida, 2 lin. longa, 1-locularis, semine nigro.

A priore cui simillimus est differt: foliis crassioribus magis oblongis et subtus concavis, margine plerumque integerrimis et praesertim disci foliolis obtusis ovarioque obovata.

43. **Leucopogon planifolius** Sond. ramulis tenuissime puberulis, foliis petiolatis erecto-patulis lanceolatis vel lineari-lanceolatis acutis calloso-mucronatis planis margine

pedunculo longiore recurvo et antheris duplo brevioribus (lineari-oblongis). *Flores* sunt parum majores, corollae intus hirsutae. *Stylus* glaber stigmatē obtuso. *Ovarium* glabrum disco hypogyno acute lobato longius.

Leucopogon Stuartii Gardn.

Ad umilitate insignis et
L. appresso R. Br. forte pro-
ximus, sed hoc nobis non
nisi e brevissimis diagnosibus
notus!

At v. South Esk river Tarma-
niae invenit H. Cav. Stuart
Sept 20. 1849 floriferum. "Rad.
decurrens" hb. N. 586.

natos, demum 5-lobum, lobis apice latioribus, patentibus. *Drupa* exsucca, obovata, 5-sulcata, 1-locularis.

β . **oblongatus** foliis obovato-oblongis subacuminatis; caetera ut in α .

Crescit ad fluvium Canning. Herb. Preiss. No. 434 (ad sinum regis Georgii herb. Kunth!)

46. **Leucopogon ovalifolius** Sond. ramulis glabris, foliis petiolulatis reflexis glabris ovalibus obovatisve mucrone brevi cuspidatis, supra convexiusculis laevibus, subtus concaviusculis striatis, margine serrulatis scabris, pedunculis 2-floris recurvis, disco hypogyno obtuso, stylo longe exserto.

In planitie arenosa Quangen, Victoria, d. 20. Mart. 1840. Herb. Preiss. No. 417.

„Frutex rigidus 1-2-pedalis“ radice perpendiculari, longa, subramosa, nigricante. *Caulis* pennae corvinae crassitie, basi subsimplex, apice ramosissimus, ramulis tenuibus, gracilibus, glabris. *Folia* omnia reflexa, coriacea, 2 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, supra nitida subtus pallidiora striata, striis lateralibus divergentibus, petiolo brevi insidentia, apice mucrone brevi subpungenti terminata, margine serrulata. *Pedunculi* plerumque 2-flori 1- $1\frac{1}{2}$ lin. longi, glabri, basi bracteolis minutis obsessi, demum recurvati. *Bractee* obtusae, calyce plus duplo breviores. *Calycis* foliola lineam longa, obtusiuscula, apiculata, margine ciliolata. *Corollae* tubus calyce longior, limbi lobis revolutis, pilis subnodinosis barbatis. *Filamentum* alte adnata. *Antherae* lineares faucem superantes, subexsertae. *Disci* hypogyni foliola obtusiuscula. *Ovarium* glabrum. *Stylus* glaber, exsertus, $2\frac{1}{2}$ lin. longus, stigmatate obtuso.

Habitu prope accedit ad *L. rotundifolium*, sed foliis concavo-convexis, pedunculis recurvis et stylo longe exserto satis differt.

47. **Leucopogon pungens** Sond. ramulis pubescentibus, foliis linearibus sublanceolatisve, mucrone longo pungenti terminatis glabris, margine recurvo serrulatis scabris, pedunculis erectis axillaribus 2-4-floris, bracteis aristatis, drupa subbaccata maxima.

In locis arenosis Australiae occidentalis, d. 21. Mart. 1839. Herb. Preiss. No. 366. In solo calcareo colliculi prope oppidulum Freemantle, d. 17. Dec. 1839. No. 373 et ad sinum regis Georgii. (Swan-River: Drummond!)

„Frutex 2-4-pedalis“ ramosissimus, dense foliosus. *Folia* sessilia, erecta plerumque 9-11 lin. longa, lineam lata, (in spec. ad sinum reg. Georgii lectis longissima, $1\frac{1}{2}$ pollicaria, 2 lin. lata.) linearia vel sublanceolata, mucrone rigido pungenti terminata, utrinque glabra, supra impresse 3-nervia, subtus vix pallidiora nervosa, nervis tribus magis promiulis. *Pedunculi* breves, pubescentes, bracteolati, bracteolis acuminatis, plerumque 2-rarius 3-5-flori. *Bractee* plerumque 2, rarius 4, exteriores 2 minores, interiores calycem dimidium aequantes, dorso carinatae longe cuspidatae vel aristatae, margine ciliolatae. *Calycis* foliola lanceolata, acuminata, margine brevissime ciliata, corollae tubum aequantia. Laciniae *corollae* revolutae, barbatae. *Antherae* oblongo-lineares. *Discus* hypogynus lobis acutiusculis, ovario brevioribus. *Stylus* filiformis, glaber, antheris circ. aequalis, stigmatate capitato. *Drupa* baccata, (3 lin. longa) coarulescens, ovalis, styli basi micro-nata, 5-locularis.

Obs. Flores quidem numerosiores qui in singulis exemplaribus inveniuntur nec non fructus baccati, hanc speciem potius ad sect.: *brachystachyrum* quam ad praesentem relegare videntur, sed in centenis fere exemplaribus, quae in herb. Preissiano examine mihi contigit, pedunculis semper

Monotoca R. Br.

M. limata R. Br.

St. Pl. Musy, Form. hb. St. II n.
294. Jan 20. 1849. fr. 6-8'.

M. empetrifolia R. Br.

Specimen manuum. In montibus
Formanniae (non regionibus tro-
picis St. II ut in editione prostrata
ex ipse dictum) 4000' altis, hb.
St. I n. 31.

Verisimiliter ab hac non differt:

Monotoca cyathodes Ferd. Mee.

~~St. partium Formanniae, 6" alt.~~
~~Fructu velis, Jan. 1849. Corollae~~
~~hb. St. I. 625. pin. num. 3 ad loci,~~
West head litoris boreali occidentalis
Formanniae, h. b. M. 868. (Fructu velis)
1' alt. (an prostrata)

1
 18' depressa! R. Br. ^{in quibus vixit}
 in arbor. infol.
 (In flum. Murray's - 6 mil. angl.)
 a modis Beevor. Frequenter!
 pars corollae & calycis exteriora longis
 laciniis 1/2" ! R. Br. coroll. non
 subit. hb. St. n. 126. Taud prob prope
 Jamnua, 3, tubercula quatuor.
 R. Br. p. 1 p. 247. Stirn & Sch. fig. 4 p. 100

Arctostaphylos inaequalis Nutt.

In pyribus & collibus humilibus
 ad finem Malabarbay & affinem
 rivi Sturt. Port. Lissolm prope Maffa
 J. patulari, a. j. c. u. d. a. ^{capulis} ^{hanc}
 Fructus repandus, paucis ped. pungius
 pro duobus (humilibus) idoneis.
 Lath: hinc! Lora albidis?
 folia viridia vixit palmis supra vitor pra-
 uba sublus opaca, p. l. t. i. r. a.
 Pentastichon R. Br.

A. pumila R. Br.

In Tasmannia ad mon-
 tium juga 4500'. hb. St. 28.
 Epuris pumila forster.
 21. Jan. 1849. hb. St. II n. 394.

Arctostaphylos ramiflora R. Br.

Third-krack. Oct. 1849, hb. St. 130.
 In arboribus montana affinis Lathy. vixit passim. Fructus ovales divisi.
 calyx. Florae ovatae, calyx. vixit sub a. u. b. r. o. n. e. p. o. l. o. r. e.
 sub ovatae pollicis. Calyx & corolla ut in r. l. e. a. p. h. a. e. h. a. e.
 medio & capitulo. Lath. & Sch. p. 100. Lath. & Sch. p. 100.

A. curralata R. Br. ^{alba!}

A. calva, fol. glabris, marginatis
 in inf. Pan. Diemen's Land.
 hb. St. Tasm. n. 77 ^{South Island. II 37}
 A. nitida, fol. villosis, villosis
 Lathy - r. a. e. g. s. ! fruct. prostrat.
 hb. St. austr. n. 129 Lathy - r. a. e. g. s.
 hanc ut A. mangiferae Poirier. Nutt.

A. subcondata DC.

A. v. v. ovalifolia brown.
 in lat. Alexand. & fl. Euram-
 subray. Novata. sp. hb. St. n.

2-floros (rarius 1-3-floros) vidi. Etiam habitus, hujus magis quam illius sectionis specierum est. Fructus baccati et bractee 4 hanc plantam *Astroma* aequant, sed flores omnino *Leucopogonis* sunt *).

ACROTRICHE R.Br. DC. prodr. 7. pag. 756.

Endl. gen. n. 4275. Meisn. gen. pag. 248.

(156. 364.)

1. **Acrotriche subcordata DC.** ramulis minutissime subvelutinis, foliis petiolulatis ovatis basi subcordatis apice callosis muticis planis subtus striatulis, floribus ad axillas paucis subspicatis subsessilibus. — DC. l. c.

Acrotriche cordata et *A. ovalifolia* Br. prodr. *Acrotriche ovalifolia* Hook. bot. mag. t. 3171. *Styphelia cordata* Labill.! Nov. Holl. I. pag. 46. tab. 63.

In arenosis prope oppidulum Freemantle et in insula Rotenest, d. 26. Dec. 1838. Herb. Preiss. No. 435.

*) **L. dasystylis** Sond. ramulis puberulis, foliis erectis subadpressis lanceolatis, mucrone pungenti cuspidatis planis, supra laevibus nitidulis, subtus pallidis striatis, pedunculis brevissimis 1-2-floris, corollae tubo calyce subduplo longiore, stylo piloso, stigmatate lobato. In Nova Hollandia (Mus. paris. No. 81.) Spec. vidi in herb. Caes. Vindob. Frutex rigidus, ramis erecto-patentibus. *Folia* petiolulata, erecta, superiora imbricata, lanceolata, sublinearia, mucronata, subtus striata striis lateralibus divergentibus. *Pedunculi* bracteolati. *Bractee* carinatae, obtusae. *Calycis* foliola glabra, acuta, 1 lin. longa, margine tenuissime ciliata, bracteis triplo longiora. *Corolla* 2½ lin. longa, limbi lobis erectis, parce barbatis. *Stamina* inclusa. *Discus* hypogynus obtuse lobatus. *Stylus* 2 lin. longus, pilosus. *Stigma* lobatum.

L. abnormis Sond. ramulis pubescenti-hirtellis, foliis erectis adpressis lanceolatis basi attenuatis apice mucrone subpungenti terminatis planiusculis supra laevibus subtus pallidioribus striatis margine scabris, pedunculis brevissimis subbifloris, drupa truncata 5-locularis. *Leucopogon acuminatus* Voyage de la Coquille tab. 53, vix R. Brown. Ille de Waighion, terre des Papoux (d'Urville et Lesson 1825) v. in herb. Kunth. Frutex gracilis, erectus. *Folia* 7-8 lin. longa, 1½ lin. lata, vix ab iis *L. appressi* distinguenda sed basi parum magis angustata. *Pedunculi* bracteolati, bracteis bracteisque obtusissimis, mucronulatis, glabris. *Calycis* foliola ovata cuspidata, corollae tubum aequantia. *Discus* hypogynus 5-dentatus, obtusus. *Drupa* subbaccata, ovata, truncata, stylo rigido terminata calyce vix brevior, 5-locularis, sed abortu interdum 1-locularis. Differt a simillimis *L. appresso* et *esquamato* praeter drupam, ramulis hirtellis et forma calycis. *Drupa* in *L. esquamato* est lineari-oblonga, siccata laevis, crustacea plerumque biocularis rarissime 1-3-locularis.

L. vaccinioides Sond. ramulis glabriusculis, foliis petiolatis imbricatis oblongis concavo-cymbaeformibus muticis margine pellucidis subtus lineatis, junioribus tenuissime ciliatis, pedunculis axillaribus 1-floris. *Epacris vaccinioides* Lhotzky pl. exs. In turfosis humidis inter sphagua vallis Napoleon leg. Dr. Lhotzky. (Vidi in herb. Lucaeano.) Prostratus ramosissimus semipedalis, radice repente. *Folia* dense imbricata, supra concava, laevia, subtus convexa et lineis albidis notata, apice mutica vel subcallosa, 2½-3 lin. longa, lineam lata. *Flores* solitariae, pedunculo brevi multibracteato. *Bractee* obtusae, ciliatae, superiores calyci adpressae. *Calycis* foliola obtusiuscula, striata, pallida, margine ciliolata apice barbata. *Corolla* infundibuliformis, tubus calyce triplo longior, limbi lobis dense barbatis, barbae pilis nodulosis. *Filamenta* brevia, atheris lineari-oblongis sub apice affixa. *Discus* hypogynus 5-lobatus, lobis emarginatis ovario glabro subpentagona brevioribus. *Stylus* stamina aequans, teres, glaber. *Stigma* capitatum.

Folia forma variant, utpote nunc ovalia nunc subcordata, in nonnullis ramis adultis folia superiora basi profunde cordata iconi Billardierii prorsus convenientia video. *Spicae* in plerisque speciminibus axillares, in nonnullis etiam terminales. „*Bacca* immatura sordide alba, matura violacea“).

NEEDHAMIA R.Br. Endl. gen. n. 4279.

Meisn. gen. pag. 248. (157.)

1. *Needhamia Pumilio* R.Br. l. c.

α. Brownii DC. caule basi simplici apice ramoso, foliis omnibus oppositis dorso obtusiuscule convexis.

In subarenosis rupestribusque inter frutices densos montis Clarence, Plantagenet, d. 31. Sept. 1840 et in arenosis aridis clivuli ad Princess Royal Harbour prope oppidulum Albany, d. 28. Sept. Herb. Preiss. No. 436 et 437. (Swan-River: Drummond 1839! et Capt. Mangles!)

Fruticulus 2-4-pollicaris. *Rami* inferiores subadscendentes, reliqui erecti, glabri; ramuli tenuissime puberuli. *Folia* omnia opposita, minuta, lineam longa, arcte adpressa, carinata, utrinque laevia, margine ciliolata. *Spica* terminalis 6-10-flora. *Folia* suprema flores fulcrantes reliquis parum majora concava margine evidentius ciliata. *Calycis* lobi angustissimi hyalini, nervo apice sanguineo percursi, margine longe ciliati. *Corollae* tubus cylindricus calyce longior, intus subpilosus, limbi lobis rotundatis, imberbibus. *Filamenta* brevissima tubo prope basin adnata, antheris oblongis. *Stylus* brevis. *Stigma* subcapitatum. *Drupa* minima, subglobosa, apice subvelutina, 2-sperma, rarius 1-sperma.

β. Cunninghamsi DC. caule a basi ramosissimo, ramis exterioribus adscendentibus, foliis inferioribus oppositis, superioribus alternis dorso acutius carinatis.

(New-South-Wales: Fraser!) (herb. Shuttleworth.)

OLIGARRHENA R.Br. DC. prodr. 7. pag. 759.

Endl. gen. n. 4280. Meisn. gen. pag. 248. (157.)

1. *Oligarrhena micrantha* R.Br. l. c.

In arenosis districtus Hay et ad promontorium Cape Riche, Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 2099.

γ. Acrotriche Manglesii Sond. ramulis pubescentibus, foliis petiolatis laecolatis cuspidatis planis supra nitidulis subtus discoloribus nervosis, margine ciliato serratis, patulis, spiculis rameis. Swan-River Capt. James Mangles. Fruticulus verisimiliter diffusus. *Rami* glabri. *Ramuli* breves puberuli. *Folia* 3-1 lin. longa, e basi lineata sensim in mucronem rigidum attenuata, erecto-patula vel horizontaliter patentia, utrinque glabra, subtus nervis 4 debilibus et intermedio valido in mucronem excurrente, praedita, margine breve et rigide ciliata. *Spiculae* 6-10-florae, in axillis foliorum et semper in ramis adultis non in junioribus. *Calyx* glaber bibracteatus, bractaeae obtusae sepalis obtusiusculis apice vix ciliolatis lineam longis subtriplo breviores. *Corollae* tubus calyce longior, gracilis, extus glaber intus fauce barbata, limbi lobis stellato patentibus apice barba rara deflexa penicillatis. *Antherae* subsexsertae. *Cyathus* hypogynus integer ovario albo-sericeo triplo brevior. *Stylus* brevis glaber. *Stigma* obtusum.

St. Bo. nr. 1. p. 352. Stäm. v. St. H. Siff. 4. p. XXX.

„Fruticulus vix pedalis“ radice bipollicari subfusca simplici vel subramosa. *Caulis* brevis glaber, circ. pollicaris, apice ramosus, ramis strictiuscule erectis saepe fastigiatis, tenuissime puberulis, nudis vel sparse foliatis, ramulis pubescentibus abbreviatis, rarius elongatis, foliis subimbricatis tectis. *Folia* minima (1 lin. longa) sparsa, arcte adpressa, lanceolata, supra canaliculata, subtus carinata 3-nervia, nervo medio valde prominente, lateralibus obsolete, apice subincurva, utrinque glabra, margine tenuissime ciliata. *Spica* ramulos terminans nunc $\frac{1}{2}$ nunc 2-pollicaris. *Flores* iterum racemosim dispositi, in rachi 2-3-lineari pubescenti sessiles. *Bracteae* subtendentes persistentes, ovatae, sublanceolatae, margine ciliatae calyce subtriplo breviores horizontaliter patentes. *Bracteolae* 2 sublanceolatae, calyci adpressae et duplo breviores. *Calycis* foliola 4, lanceolata, subacuminata ut bracteae margine longe ciliata. *Corolla* minima, alba, subclavata, tubo calyce longior intus glaber, limbi lobis brevibus erectis vel subconniventibus imberbibus. *Filamenta* 2 glabra, inclusa, medio tubo adnata, corollae lobis alterna, antheris minimis oblongis. *Discus* hypogynus 4-partitus. *Ovarium* 2-loculare 2-ovulatum suborbiculare compressum, glabrum, sessile. *Stylus* brevissimus, apice bifidus, stigmatibus aequalibus. *Drupa* ovata, (semilinea subbrevior) crustacea, brunnea, nitidula, tenuissime striata monosperma.

Trib. II. EPACREAE Reichenb.

LYSINEMA R.Br. DC. prodr. 7. pag. 764.

Endl. gen. n. 4282. Meisn. gen. pag. 249.

(157. 364.)

1. **Lysinema pentapetalum R.Br.** corollis pentapetalis, unguibus longitudinaliter distinctis calyce longioribus extus glabris, filamentis antheras triplo superantibus. — R.Br. l. c. DC. l. c.

In depressis arenosis prope oppidulum Perth, d. 21. Maji 1839. Herb. Preiss. No. 441 (ex parte) et in planitie arenosa Quangen, Victoria, d. 20. Mart. 1840 (fruct.) Herb. Preiss. No. 442 (v. v. c.)

„Frutex 1-2 $\frac{1}{2}$ -pedalis.“ *Ramuli* tenuissime puberuli. *Folia* glabra, trigona, obtusiuscula, ramulorum minora, imbricata. *Bracteae* circ. 10, obtusiusculae. *Calycis* foliola lineari-obtusiuscula ut bracteae margine ciliatolana. *Corollae* tubus 5-6 lin. longus, extus glaber, intus pubescens, limbi lobis ovatis, reflexis. *Filamenta* pilosa tubum aequantia, antheris triplo longiora. *Squamulae* hypogynae obtusae, subdentatae. *Stylus* pilosus, stigmatate 5-lobulato. *Capsula* glabra, cylindracea calyce brevior.

2. **Lysinema elegans Sond.** corollis pentapetalis, unguibus longitudinaliter distinctis calyce longioribus extus glabris, antheris elongatis subexsertis longitudine filamentorum.

In colliculis arenosis silvae ad flumen Canning, d. 2. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 439. (Swan-River: Drummond! et Capt. Mangles!)

Frutex pedalis et ultra, radice subsimplici, perpendiculari, fusca, pennae gallinaeae crassitie. *Rami* erecti, teretes, striati, glabri, ramulis tenuissime pubescentibus. *Folia* inferiora imbricata, superiora remotiuscula, opposita vel subalterna, omnia arcte adpressa, lanceolata vel linearia, acuta vel obtusiuscula, glabra, supra canaliculata, subtus acute carinata, margine brevissime ciliata, 1-1 $\frac{1}{2}$ lin. longa. *Flores* terminales spicatae, spica mox 8-12-

flora mox elongata multiflora. *Calyces* fusco-scariosi, in axillis foliorum sessiles, bracteis circ. 15 lanceolatis et linearibus fuscis concoloribus margine ciliato-pilosis cincti. *Calycis* foliolaria linearia, acuta, margine ciliato-pilosa, 5 lin. longa, tubo tereti demum breviora. *Corolla* alba. Lobi demum reflexi lineari-oblongi acutiusculi ungue 3-plo breviores. *Filamenta* pilosa. *Antherae* glabrae, supra medium peltatae, elongato lineares, unguibus longiores et subserratae. *Squamulae* hypogynae, lineares, apice bifidae, scabriusculae ovarium angulatum apice albo-velutinum superantes. *Stylus* pilosus, exsertus, in stigma quinquelobum sensim incrassatus.

3. **Lysinema curvatum** Lindl. corollis pentapetalis, unguibus apice cohaerentibus subcurvatis calyce longioribus extus glabris pubescentibusve, filamentis antheras longitudine 3-plo superantibus. — Lindl. Swan-River bot. pag. XXV!

In depressis arenosis prope oppidulum Perth, d. 21. Maji 1839. Herb. Preiss. No. 441 (ex parte) et in planitie arenosa Quangen, Victoria, d. 20. Mart. 1840. No. 442 ex parte. (Drummond n. 494!)

Frutex 2-pedalis, erectus. *Rami* steriles plerumque breves, floriferi longi virgati. *Folia* nunc longiora nunc breviora, ovata, acuta vel lanceolata, apice leviter incurvo, subtus carinata, margine brevissimè ciliata, rarius glabra, ramulorum sterillum saepius trigona. *Spica* 1-4-pollicularis. *Flores* in axillis foliorum solitarii, rarius 3-4 iterum spicati. *Bractee* 20-25, lineari-lanceolatae margine lanatae, acutae vel obtusiusculae. *Corollae* albae tubum calycem superans, 8 lin. longus subcurvatus, rarissime inter flores serotinos 1 vel pauci recti inveniuntur — intus tomentosus, extus glaber vel basi pubescens, unguibus summo apice cohaerentibus, limbi lobis lineari-oblongis, acutiusculis, reflexis. *Filamenta* pilis brevibus adpressis velutina. *Antherae* supra medium peltatae, glabrae. *Squamulae* hypogynae ovario albo-velutino duplo breviores, apice emarginatae vel eroso denticulatae. *Stylus* pilosus sensim in stigma clavatum attenuatus. *Capsula* angulata, pubescens, calyce brevior. *Semina* ovata, punctata, glabra.

4. **Lysinema ciliatum** R.Br. corollis pentapetalis, unguibus apice cohaerentibus longitudine calycis extus glabris, limbi lobi reflexis tubo 4-plo brevioribus, filamentis anthera duplo longioribus, foliis lanceolatis. — R.Br. l. c.

In depressis arenosis prope oppidulum Perth, d. 21. Maji 1839. Herb. Preiss. No. 441 (ex parte) et in Virgultis inter saxa calcarea prope oppidulum Freemantle, d. 18. Dec. 1838. (Swan-River: Drummond!)

Radix horizontalis, crassa, multicaulis. *Caules* 1-1½-pedales, graciles, strieti, ramulis puberulis. *Folia* ovata, acuminata, erecta, basi adpressa, inferiora sen caudina 3-4 lin. longa, lineam lata, sparsa, suprema et ramulorum sterillum breviora imbricata, omnia glabra, supra laevia, subtus carinata, striata, petiolulata, margine prope basin breve ciliata. *Flores* albi, spicati, spica nunc densa ovata, nunc laxa elongata: floribus in axillis foliorum sessilibus. *Bractee* 8-10, fusco-scariosae margine ciliato-pilosae, inferiores minores ovatae acutae, sequentes acuminatae, superiores lanceolatae. *Corollae* tubus subpentagonus, circ. 5 lin. longus, intus tomentosus, unguibus apice cohaerentes calycem aequantes, limbi lobis ovatis acutis vel obtusiusculis, reflexis, saepius superne transverse rugulosis. *Filamenta* pilosa. *Squamulae* hypogynae breves, obtusae, emarginatae vel denticulatae. *Stylus* pilosus, apice verruculosus, stigmate subclavato. *Capsula* calycem dimidium subaequans, adpresse pilosa.

Variat: unguibus extus glabris et subtomentosis; ad Varietatem posteriorem pertinet: *Lysinema virgatum* DC. l. c. et *Lysinema spicatum* Lindl. Swan-Riv. bot. pag. XXV.!

Epacris Lavanilles

E. pulchella (Fr. Br.) Lavanilles

P. Tasmanica Ferd. Müller
floribus paucis (loca foliorum)
ramulas terminantibus, corollae lobis acutis. Si ram-
paras cum pl. Nov. Hall.,
forte alias diffinitiones repe-
ris.

In montibus altis finis Tasmaniae
Jan. 20. 1849. pl. pauci-
palliaris interdum 1'

hb. St. Im. t. 3 p. II n. 288.

E. Cardiophylla Ferd. Müller

In humidis v. fl. Smith Est. rivus
3-4' Nov. 10. 1848. hb. St. Im. n. 48.

E. impurifolia La Sillardiere

Lofty-range, hb. St. n. ^{Tasmania}
In locis floribus montanis ^{Tasmania}
praecipue veta fructus descriptus ^{Hay}

Barkur. Mart. incant. 1848 — ^{Hay}
Apr. 1848. frut 1-3' floribus
coccineis, invarnatis, laticis va-
riatus. — Lobethal Jun 30. 1848.
Katie's place. Sept. 1848.

Eadem fructum vidisse credo in
itiner ^{Hay} fl. Murray v. fl.
montana Burr, in floribus rot-
libus passim. Specimen unicum a
St. ex inf. V. D. L. nippum foliis longi-
oribus angustioribus, calycis laciniis
longius prominatis paululum abhorret
Alia primum ex Tasmania — hb. St. n. 66 et 69.
illius communia ex parte nappis congruent
Inter Macleay et Willingam

x *E. intermedia* Jerd Miller

ramis velutinis, foliis subsistibus
lanceolatis attenuatis a cunctis mu-
cronulatis, floribus subsistibus
axillaribus spicatum ^{sub}spicatis
patulis corollis calycis duplo
longioribus, lobis calycis acumi-
natis auctis ciliatis

Frut. l. impressam & ceratofloram
medium frut. Caulis stricte erecti
pedalis utraque. Pet. 3-4^m longa 1^m
latiora v. angustiora. Calyx pallidus
unigue subsistens vix 2 lineas longus
corolla aequa. Antherae sex exsertae
ad 4^m Morsy, T. S. manna. Jan. 10. 1849.
Hb. G. n. 385, Bot. Beech, hb. G. 308 Forst. Sp.
impressae var. Antherae saepe 1. Florum
color aur. & cup. v. ar. laudibundus

E. ceratoflora Graham

ad H. Morsy. frut. l. hb. St. II
n. 381. Novemb. Ramuli folia
velutini.

E. polyantha Jerd Miller

ramis velutinis, foliis brevi-
petiolatis ovato lanceolatis ab-
matis mucronulatis, floribus
subsistibus axillaribus spicatum
unquam formantibus unigue pa-
tulis, corollis calycis duplo
fere longioribus, calycis lobis
acuminatis

A. stricta rigida forte plurifida
nisi cupit plurumque incurvatis
plantaris

In Australia subislandi colonia
Victoriae ad ag. St. Jais 1847. hb. G. 12

Epacris parviflora Jerd Mill.

In parte australi Tasmaniae, pr.
Robert Town. hb. St. J. 309

In occidentali vagata, ab hac alioquo
speciebus auct. calyce obtusiusculo
aut basi calycum truncato abasano
discriminanda

E. micranulata! R. Br.

* *Epacris experta* R. Br.

E. ruscifolia Jacq. Mill. ^{capitulum minus}
calicis squarrosa-patentibus. Peti-
culis crassius, et brevius petiolo-
sis acutis breviter mucronatis
calycis lobis brevibusque arcu-
sioribus.

Rarissime inter rupes collium
prope Oyster Bay, 1-2' fruct. cratus
Nov. 1849, hb. L. T. 699.

Ubi nil nisi *E. expertae* videtur
varietas sed valde excellens!

In nonnullis exemplis tubus juxta basin tantum tomentosus est, in aliis paene ad apicem. Sed hujusmodi character ad speciem singularem statuendam certo non sufficit. Ungues in flore spec. anth. *L. spicati* quas Vir. ill. liberatas esse dicit apice cohaerentes esse et in flore pl. Candolleanae quem Vir. ill. calycem superare dicit, revera non eminere edoctus sum.

5. **Lysinema ovatum** *Sond.* corollis pentapetalis, unguibus apice cohaerentibus longitudine calycis extus basi subpuberulis, limbi lobis ovato-oblongis tubo triplo longioribus, filamentis anthera 3-plo longioribus, foliis ovatis.

In glareosis promontorii Cape Riche, d. 20. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 443.

„Frutex bipedalis“ erectus, ramulis puberulis. *Folia* adpressa, ovata acutiuscula, supra laevia, subtus vix striata, subnerviata, carinata, utrinque glabra, basi margine brevissime ciliata, $1\frac{1}{2}$ -2 lin. longa, $\frac{3}{4}$ lin. lata, plerumque sparsa, ramulorum sterilium subimbricata. *Flores* in axillis foliorum superiorum sessiles, spicam subcapitatum vel ovatam efformantes. *Bractae* circ. 10, scariosae, pallide fuscae, lanceolatae, superiores magis acuminatae. *Calycis* foliola lineari-lanceolata ut bracteae margine ciliata. *Corollae* albae tubus subpentagonus, 4 lin. longus, extus infra medium subpuberulus, intus tomentosus, limbi lobis reflexis. *Filamenta* pilosa. *Squamulae* hypogynae breves, obtusae, submarginatae. *Ovarium* albo-elutinum. *Stylus* pilosus, corolla subbrevior, in stigma subclavatam incrassatus.

6. **Lysinema lasianthum** *R.Br.* petalis inter se liberis, unguibus calycem superantibus extus lanatis limbo quadruplo quintuplove longioribus. — R.Br. l. c.

In solo turfoso planitieci prope oppidulum Albany, Plantagenet, d. 5. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 440. (King George's Sound. Hügel!)

„Frutex $1\frac{1}{2}$ -pedalis“ gracilis. *Caulis* teres, erectus, plerumque a basi ramosus, ramis tenuibus virgatis glabris. *Folia* sparsa, petiolata, subadpressa vel subpatula, linearia vel lanceolato-linearia obtusa supra concava, subtus nervo prominente carinata et apice plerumque trigona, utrinque glabra, 2-2 $\frac{1}{2}$ lin. longa. *Flores* pauci (3-5) spicati, in axillis foliorum superiorum sessiles, remoti, plerumque distichi, rarus unilaterales. *Bracteae* circ. 15, scariosae, pallidae, obtusae, margine ciliato-pilosae, calyce angusto obtuso breviores. *Corollae* tubus subinflatus calycem superans extus dense et albotomentosus, basi glaber, 4-5 lin. longus, ungues liberi sed margines ob tomentum densum non conspicui; concreti non sunt, nam pressione in petala 5 finduntur, limbi lobi glaberrimi, tubo 5-plo breviores. *Filamenta* pilosa, tubo adglutinata sed non adnata. *Antherae* lineares supra medium peltatae, filamentis triplo breviores. *Squamulae* hypogynae obtusae, submarginatae, ovarium albo-velutinum aequantes. *Stylus* pilosus stigmatibus capitato. *Capsula* brevis, ovata, glabra.

Obs. Haud scio an hoc idem sit ac Brownianum. Quod in descriptione Candolleana *L. lasiantho* folia elliptico-oblonga et flores pollicares adtribuuntur — qua de causa nostrum olim *L. gracile* nominaveram — hoc in pl. Preissian. non quadrat. Cum vero cl. Benthami judicaverit, plantam Hügelianam, quae omnino cum nostra convenit, eandem cum pl. Browniana esse, melius mihi visum est, huic sententiae adstipulari, quam novam speciem temere proponere.

7. **Lysinema conspicuum** *R.Br.* corollis monopetalis, tubo 5-fido calycem superante, foliis lanceolato-subulatis adpressis. — R.Br. l. c.! DC. l. c.!

In arenosis juxta oppidulum Albany, Plantagenet, d. 7. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 444.

Frutex pedalis et ultra, ramulis glabrescentibus. *Folia* 3 lin. longa, adpressa, apice subpatula, carinata, margine ciliata. *Flores* spicati in axillis sessiles, spica plerumque densa, 1-2-pollicaris, rarius elongata subpedalis et apice subramosa. *Bractea* apice patulae. *Calyces* acuminati basi ciliolati. *Corollae* tubus extus glaber, intus tomentosus, in sicco subroseus, 4 lin. longus, apice 5-fidus, limbi lobis albissimis, ovatis, subrugulosis, reflexis. *Filamenta* antheras lineares supra medium peltatas longitudine 3-plo superantia. *Stylus* subpilosus, apicem versus verruculosus, in stigma subclavatum incrassatus. *Capsula* cylindrica, calyce duplo brevior.

COSMELIA R.Br. DC. Prodr. 7. pag. 766.
Endl. gen. n. 4285. Meisn. gen. pag. 249. (157.)

1. *Cosmelia rubra* R.Br. DC. l. c.

In solo turfoso arenoso oppiduli Albany, Plantagenet, d. 21. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 429.

„Frutex 8-10-pedalis“. *Folia* nitida, margine hasin versus brevissime ciliata, pollicem longa, 3-4 lin. lata, dorso laevia vel substriata. *Flores* 9-10 lin. longa. *Calyx* foliola lanceolato-linearis, margine vix ciliolata, circ. 8 lin. longa. *Stylus* filiformis, glaber, corollae limbum aequans. *Stigma* capitatum. *Capsula* matura Pisi majoris magnitudine. *Semina* parva oblonga.

ANDERSONIA R.Br. DC. Prodr. 7. pag. 766.
Endl. gen. n. 4286. Meisn. gen. pag. 249. (157.)

Sect. 1. EUANDERSONIA. Sepala lanceolata, filamenta inclusa.

a. bibracteatae.

1. *Andersonia sprengelioides* R.Br. caule erecto, ramis dense foliosis, foliis patulis subspiraliter tortis, acumine plano, filamentis medio piliferis basi dilatatis. R.Br. l. c. Bot. magaz. t. 1645. DC. l. c.

In rupestribus montium prope portum Princess Royal Harbour, d. 28. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 459. (v. v. c.)

Folia 3-4 lin. longa, 1½ lin. lata. *Stylus* glaber. *Stigma* subcapitatum.

2. *Andersonia Lehmanniana* Sond. caule erecto ramoso, foliis basi adpressis, lanceolato-acuminatis subspiraliter tortis apice subtriquetro patulo, filamentis apice dilatata hirsutis.

In solo limoso-arenoso inter frutices prope oppidulum Guildford, Perth, d. 2. Jul. 1839. Herb. Preiss. No. 457. (Drummond n. 496!)

„Frutex bipedalis“ habitu *A. gracilis*, caracteribus fere *A. sprengelioidis*. Differt a priore: ramis densius foliosis et foliis tortis: ab *A. sprengelioides* cui similior: foliis brevioribus et angustioribus magis adpressis. corollae lobis

H. Ser. pr. 1. p. 553. Häm. u. Sch. p. 4. p. 221ij

H. Ser. pr. 1. p. 553. Häm. u. Sch. p. 4. p. 221ij.



hirsutioribus, filamentis non basi sed apice dilatatis et stigmate eximie capitato.

Folia 2 lin. longa, lineam lata. *Calyces* pulchre coerulescentes, corolla alba *).

3. **Andersonia gracilis** DC. caule erecto, foliis basi eucullatis apice subulatis vix adpressis, summis amplius vaginantibus. DC. l. e.

In locis calcareis ad radices jugi montium Darling's-range, d. 23. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 456. (Drummond!)

Pedalis et ultra. *Spicae* capitatae 3-10-florae. *Flores* majusculi. *Calyces* coerulescentes glabri. *Corollae* in sicco plerumque roseae, intus hirsutae. *Filamenta* glabra aequalia, non dilatata. *Stylus* glaber. *Stigma* subcapitatum.

4. **Andersonia patens** Sond. caule erecto a basi ramosissimo, foliis rectis horizontaliter patentibus cuspidatis margine sublaevibus apice triquetris, sepalis lineari-lanceolatis bracteis cuspidatas duplo superantibus.

In solo turfoso inter frutes densos planitiei prope oppidulum Albany, Plantagenet, d. 8. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 451.

Fruticulus pedalis, ramis glaberrimis basi plerumque nullis, apice dense foliosis. *Folia* saepe disticha nitidula, patentia, recta, non spiraler tortae, 2 lin. longa, 1-1½ lin. lata, acumine triquetro vix mucronulata, margine integerrima vel denticulis brevissimis scabriuscula. *Spicae* terminales capitatae. *Bractee* ovatae breve cuspidatae, ciliatae, subtendente latiore subbreviore glabro. *Calycis* foliola glabra, margine nuda, lineari-lanceolata corollam aequantia. *Corolla* in sicco rosea, extus glabra intus hirsuta, limbi lobis acuminatis barbatis, tubum subaequantibus. *Filamenta* hypogyna aequalia, glabra, antheris linearibus. *Ovarium* apice puberulum. *Stylus* corollam aequans puberulus, prope basin plerumque tortus. *Stigma* obtusum **).

5. **Andersonia involucreta** Sond. caule erecto ramoso, foliis sublanceolatis acuminatis squarroso-patulis vel subspiraler tortis, margine laevibus, acumine plano recurvo,

*) **Andersonia pubescens** Sond. caule erecto, ramis dense foliatis, foliis pubescentibus erectis subadpressis, subspiraler tortis, acumine elongato triquetro, filamentis apice latiore pilosis. Swan-River: Drummond n. 495! (Vidi in herb. Shuttleworth.) Fruticulus circ. pedalis, subramosus, supra basin partitus, ramis erectis, ramulis saepe aggregatis. *Folia* pube densa vestita, apice acuminatissima, 2 lin. longa, basi lineam lata. *Calycis* lacinae lineari-lanceolatae, margine ciliatae. *Corolla* alba, in sicco subrosea, intus pilosa. *Filamenta* calycem dimidium aequantia, apice sublatisiora, pilosa. *Antherae* lineari-oblongae breves. *Stylus* glaber, teres, stigmate capitellato. *Ovarium* glabrum apice puberulum.

) **Andersonia Fraseri Sond. caule erecto ramoso, foliis ovato-lanceolatis cuspidatis subsquarroso-patulis margine serratis scabris, acumine recto subulato, spica oblonga foliosa, sepalis ovato-acuminatis bracteis cuspidatas duplo superantibus. In New-South-Wales leg. Fraser! (herb. Shuttleworth.) *Folia* 2½-3 lin. longa, lineam lata, margine evidenter serrato-scabra. *Bractee* ovatae, cuspidatae, carinatae, ciliatae, calyce duplo breviores. *Calycis* foliola glabra imbricata, ovata, acuminata, margine pallidiora, apice vix ciliolata, 2 lin. longa, corollam aequantia. *Corollae* tubus extus glaber, intus pilosus, limbi lobis tubum aequantibus erectis, acuminatis, basi barbatis. *Filamenta* glabra. *Antherae* minimae oblongae. *Ovarium* apice puberulum. *Stylus* rectus glaber, longitudine tubi.

capitulis involucreatis, sepalis lineari-lanceolatis bracteis acuminatas parum superantibus.

In arenosis planitie districtus Sussex, d. 22. Dec. 1839. Herb. Preiss. No. 463. (Vasse River: Mrs. Molloy!)

„Frutex pedalis“ gracilis, ramis erecto-patulis, foliosis. *Folia* nitida, squarrosa, apice recurvato, margine integerrima vel apice summo brevissime denticulata, 3 lin. longa, 1-1½ lin. lata. *Spica* terminalis ovoidea, subcapitata, basi foliis pluribus apice subreflexis involucreta. *Bracteae* carinatae, acuminatae, dorso ciliatae, subtendenti aequali. *Sepala* lineari-lanceolata, pallida, glabra, margine nuda. *Corolla* in sicco rosea, calycem aequans, extus glabra, intus vix puberula, limbi lobis subbarbatis tubo subtriplo brevioribus. *Filamenta* hirsuta. *Antherae* lineares. *Stylus* glaber stigmatate obtuso.

6. **Andersonia parvifolia** R.Br. caule erecto, foliis adpressis rectis acumine triquetro. R.Br. l. c. DC. l. c.

In regionibus interioribus Australiae austro-occidentalis, Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 453.

Fruticulus spithamaeus. *Folia* 1-1½ lin. longa. *Spica* pauciflora. *Bracteae* mucronulatae calycibus pallide coerulescentibus 4-plo breviores. *Calyces* 2 lin. longi, laciniis margine nudis corollam aequantibus. *Filamenta* ut styli glabra. *Stigma* obtusum. *Ovarium* apice puberulum.

7. **Andersonia pauciflora** Sond. caule erecto ramosissimo, foliis adpressis, acumine triquetro arcuato.

In solo glareoso sterili districtus Grantham, n. Febr. 1841. Herb. Preiss. No. 455.

Vix spithamaea. *Folia* minima basi vaginantia subauriculata, acumine triquetro erecto incurvo, lineam longa, basi semilineam lata. *Spicae* pauciflorae, rarius flores in apice ramulorum solitarii. *Calycis* lacinae 2½ lin. longae, lineari-lanceolatae obtusiusculae, margine nudae bracteis carinatis 3-4-plo longiores. *Corolla* calycem aequans, intus subhirsuta, limbi lobis apice glabris. *Filamenta* glaberrima. *Stylus* glaber. *Stigma* obtusum.

A. parvifoliae similis, sed foliis triquetris patenti-incurvis distinctissima.

b. *multibracteatae*.


8. **Andersonia micrantha** R.Br. caule erecto ramosissimo; foliis basi lata subvaginantibus acuminatis acumine triquetro, floribus solitariis aut subaggregatis, stylis infra medium pubescentibus. — R.Br. l. c. DC. l. c.!

In solo arenoso inter frutices ad latus meridionali-occidentale montis Clarence, Plantagenet, d. 7. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 461.

„Frutex vix pedalis“ erectus a basi ramosissimus, glaber. *Folia* 1-1½ lin. longa, adpressa, in ramis inferioribus saepe erecto-patula, e basi lata in acumen triquetrum attenuata, acumine basin aequante vel superante, nitidula, margine denticulata. *Flores* ramulos terminantes solitarii, bracteis mucronulatis longiores. *Calyces* in sicco pallide rosei, 2 lin. longi, sepalis lineari-lanceolatis margine ciliatis, extus glabris. *Corollae* calycem aequantes intus subhirsutae, limbi lobis apice glabris. *Filamenta* glabra antheras lineares longitudine subtriplo superantes. *Styli* infra medium incrassati, puberuli. *Capsula* minima apice puberula.

9. **Andersonia brevifolia** Sond. caule erecto ramosissimo, foliis arcte adpressis ovatis mucronato-cuspidatis





margine membranaceis, floribus solitariis aut subaggregatis, filamentis stylisque glabris.

In planitie arenosa haud longe a Halfwayhouse, York, d. 12. Sept. 1839. Herb. Preiss. No. 462.

„Frutex 1-3-pedalis,“ a basi ramosissimus, ramulis abbreviatis subaggregatis. *Folia* vix lineam longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata, ramulorum juniorum per lentem visa subpubescentia, margine membranaceo brevissime ciliata. *Bracteae* arcte adpressae, ut *calyces* margine breve ciliatae. *Flores* albi, in sicco rosei. *Corolla* intus hirsuta $2\frac{1}{2}$ lin. longa, tubulosa, calycem aequans, limbi lobis basi hirsutissimis. *Filamenta* glabra antheris linearibus triplo longiora. *Stylus* corollam aequans, *stigmatibus* obtuso.

Habitu *A. micranthae*, differt tamen: foliis latioribus imbricatis margine membranaceis brevissime ciliatis et stylis glabris non incrassatis.

10. *Andersonia coerulea* R.Br. caule erecto, foliis modice patentibus, novellis calycibusque extus pubescentibus, filamentis stylisque hirsutis. — R.Br. l. c. DC. l. c.

In solo turfoso-arenoso circa oppidulum Albany, Plantagenet, d. 21. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 450. (New-South-Wales leg. Fraser! herb. Shuttleworth.)

Frutex pedalis et ultra, ramis erectiusculis. *Folia* caulina lanceolata, acuminata, 6-7 lin. longa, basi 2 lin. lata, subadpressa apice subspiraliter torta, glabra, subtus striata, margine scabriuscula. *Flores* in apice ramulorum solitarii, sed ramuli aggregati et hinc flores spicam ovatam referentes. *Calyces* lacinae coerulescentes, puberulae, lineari-lanceolatae, 4 lin. longae, margine ciliatae. *Corollae* tubus intus basi glaber, apice hirsutus, limbi lobi apice glabri, basi albo-hirsutissimi. *Filamenta* hirsuta. *Stylus* corollae longitudine pilis erectis hirsutus. *Stigma* subcapitatum. *Capsula* puberula.

11. *Andersonia prostrata* Sond. caule prostrato ramosissimo, foliis anguste lanceolatis squarroso-patulis vel subspiraliter tortis glabris, filamentis apice piliferis, stylis pubescentibus basi tortis.

In solo turfoso-arenoso ad Stirling's-terrace, Plantagenet, d. 21. Sept. 1840. Herb. Preiss. No. 458.

Fruticulus spithameus, ramis glabris adscendentibus dense foliosis. *Folia* concaviuscula, lanceolata, acuminata, glaberrima, nitidula, striata, patula, apice recurvata vel subtortilia, 3-4 lin. longa, $\frac{1}{2}$ -1 lin. lata. *Flores* ramulos terminantes solitarii vel racemosi et laxe spicati. *Bracteae* exteriores squarroso-patentes, margine glabrae, interiores adpressae, ciliatae, calycem dimidium aequantes. *Calyces* in sicco pallidi, basi virescentes, glabri, margine ciliati, corollam superantes, 4-5 lin. longi. *Corollae* pallide roseae intus pubescentes, lobis hirsutissimis. *Stylus* prope basin semper subspiraliter tortus, pilosus. *Stigma* capitatum.

12. *Andersonia heterophylla* Sond. caule erecto ramoso, foliis ramorum sterilium erecto-patulis subulatis, florigerorum amplius vaginantibus ovatis acuminatis, filamentis glabris, stylis medio incrassatis scabriusculis.

In locis calcareis silvae ad radices jugi montium Darling's-range, d. 29. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 460.

„Frutex pedalis“ ramis erectis inferne nudis. *Folia* glaberrima, subnitida, basi margine submembranacea, ramorum sterilium $2-2\frac{1}{2}$ lin. longa, basi $\frac{1}{2}$ lin. lata, ramulorum florigerorum 1 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata. *Flores* terminales solitarii, vel subaggregati. *Bracteae* inferiores subpatentes, superiores plerumque adpressae. *Calyces* bracteas duplo superantes, glabri, in

siccō pallidi, margine nudī, 3 lin. longi. *Corolla* calycem aequans, lobis basi hirsutissimis. *Filamenta* glabra antheras lineares longitudine non superantia. *Stylus* medio vel paulum infra medium subincrassatus. *Stigma* subcapitatum.

13. *Andersonia variegata* Sond. caule erecto rigido subramoso, foliis adpressis acumine triquetro mucronulato, bracteis coloratis, filamentis apice stylisque pilosis.

In regionibus interioribus Australiae austro-occidentalis, Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 454.

Fruticulus 4-pollicaris nunc spithamaens, ramis erectis, rigidulis, glabris. *Folia* imbricata, glaberrima, nitidula, basi cucullata, acumine triquetro incurvinsculo, adpressa et mucrone brevissimo terminata, 1-1½ lin. longa. *Flores* solitarii, rarius subspicati, ramulis nunc brevioribus nunc longioribus insidentes. *Bracteae* arcte adpressae, lanceolatae, inferiores virides apice tantum coloratae, superiores intense violaceae, calyce subdimidio breviores. *Calycis* foliola lanceolata, margine non ciliata, pallide coerulescentia, 2½ lin. longa. *Corolla* in sicco rosea calyce superata, limbi lobis basi hirsutissimis. *Filamenta* basi subdilata, apice subhirsuta, antheris oblongis. *Stylus* corollam aequans. *Stigma* capitellatum.

β. subconcolor caule humiliore, foliis mucronulatis muticisve, floribus saepius spicatis, bracteis superioribus apice tantum coloratis.

In regionibus interioribus Australiae austro-occidentalis, Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 452.

Habitu valde differt ab *Andersonia micrantha*.

Sect. 2. ATHEROCEPHALA. — *Atherocephala* DC. Prodr. 7. pag. 755. Endl. gen. pag. 1411. Meisn. gen. (364.)

ANDERSONIA spec. Lindl. Swan-River bot. pag. XXV.

Sepala cuspidiformia, filamenta exserta.

14. *Andersonia aristata* Lindl. foliis adpressis acumine triquetro mucronulato, spica capitata, corollae laciniis revolutis apice imberbibus, genitalibus exsertis. Lindl. l. c.

Atherocephala Drummondii DC. l. c.!

In arenosis planitiei haud longe a praedio rustico Maddington ad fluvium Cygarrum, d. 1. Nov. 1839. Herb. Preiss. No. 449. (Drummond!)

„Frutex 1-2-pedalis“ erectus, ramosissimus. *Radix* perpendiculis, subsimplex, nigrofusca. *Caulis* brevis penae gallinaceae crassitie vel crassior, cortice fusco-cinereo, subrimoso. *Rami* alterni, erecti, glabri, ramulis gracilibus tereibus longioribus vel brevioribus pubescentibus. *Folia* imbricata, glabra, basi subvaginantia lata, cuspidato-acuminata, acumine triquetro mucronulato, 1-1½ lin. longo, adpresso. *Flores* spicati, spica densa capitata vel ovata in apice ramulorum nunc terminalium nunc lateraliū, plerumque solitaria, rarius 2-3 subaggregatae. *Folia* floralia reliquis conformia sed basi latiora et evidentius cuspidata. *Bracteolae* 2 foliaceae carinatae, cuspidatae, glabrae, bracteis sen foliis floralibus breviores. *Calycis* 5-phylli foliola albida, glabra, lanceolato-linearia, marginibus demum convolutis aristaeformia, rigida, 4½ lin. longa, basi primum latiora, bracteolis triplo longiora. *Corolla* albida vel (in sicco) subrosea, infundibuliformis, tubo extus glabro intus hirsuto calyce subbreviore, limbi laciniis linearibus revolutis, albo-hirsutissimis apice summo glabris. *Filamenta* libera, corolla longiora, glabra. *Antherae* lineares dorso infra medium filamentis affixae.

Sprengelia Sm.

X *S. incurvata* Smith

in caedibus districibus in
caedibus! communis hujus frequentis.

hb. St. n. 135. *Inuliginosio*

Tasm. frut. 3-4' Jan. 1849. hb. St.

n. 316. *Phil.* Nov. 78. *hb. St. II* n. 59. et

J 607

X *S. montana* Sm

In montibus altis (4000')

Tasmaniae. hb. St. Tasm.

n. 61. - Jan. 20. 1849. hb. St. II n.

302. *Aca* var. *St. propinqua*

Cumingham habeo, vix peritum

revra *Tronjam*, nam anthraci

initio barbatae mox glabrescunt.

Cyrtanthus R. Br.

C. springetoides R. Br. t. v.

In montibus occidentaliibus
3-4000' altis hb. St. # n. 291. Jan
21. 1849. frut. 2'.

Richea R. Br.

non La Biccardiere
R. Dracophylla R. Br.

In insula Tevmannia
hb. St. Parm. n. 79. Admon-
tus 3500' altis. (sub. f. h. d.)
Dracophyll. sp. n. In montib.
occidentaliibus 3400' altis. 3-4'
floris pallide flavi (pinnati aurum-
siani) Jan. 21. 1849. hb. St. # n. 317.
(*Dracophyllum* Richei hb. St.)

Squamulae 5 hypogynae, obtusae, ovario dimidio breviores, cum staminibus hypogynis alternantes. *Ovarium* subglobosum, apice puberulum, 5-loculare. *Stylus* filiformis, glaber, exsertus, $5\frac{1}{2}$ lin. longus. *Stigma* obtusum, vix capitellatum. *Capsula* minima subglobosa, 5-locularis, 5-valvis, placentis columnae centrali adnatis.

SPHENOTOMA Sweet. Endl. gen. n. 4293.
Meisn. gen. pag. 249. (157.) Dracophylli sect.
Sphenotoma R.Br. Sphenotoma DC. Prodr. 7.
pag. 770.

§. 1. Stamina hypogyna.

1. **Sphenotoma dracophylloides Sond.** caule erecto ramoso, ramis strictis, foliis omnibus rigidis adpressis imbricatis lanceolatis acuminatis glabris margine scabriusculis, supremis basi subciliatis, ramis floriferis spica ovata duplo longioribus, staminibus hypogynis.

In lapidosis inter frutices lateris meridionalis collis Konkoberup promontorii Cape Riche, d. 20. Nov. 1840. Herb. Preiss. No. 446.

„Frutex bipedalis“ strictus. *Rami* glabri, basi nudi annulati. *Folia* pollicaria rigida, arcte adpressa, elongato-lanceolata, parallele nervosa, basi latiore submembranacea, cucullata, semiamplexicaulia, glabra, margine denticulis brevissimis scabriuscula, superiora prope basin piloso-ciliata. *Rami* floriferi $1\frac{1}{2}$ -2-pollicares, foliis conformibus imbricatis dense obsiti. *Spica* pauciflora terminalis, e floribus 4-8 constans. *Bracteae* 2 carinatae, cuspidato-mucronatae circ. 2 lin. longae, glabrae, subtendente longiore et latiore calycem aequante. *Calycis* foliola lanceolata mucronata, 4 lin. longa, glabra, ut bracteae fusca, margine pallidiore. *Corolla* alba hypocrateriformis, tubus fauce subcoarctatus, calyce subbreavior, extus et intus glaber, limbi lobis patentibus rotundatis obtusissimis. *Filamenta* glabra, hypogyna, corollae adglutinata sed non adnata. *Squamulae* hypogynae acutiusculae, ovario breviores. *Stylus* brevis, stigmatate obtuso. *Capsula* globosa, glabra, Pisi dimidii magnitudine, calyce duplo minor, stylo persistente coronata. *Semina* oblonga, flavescencia.

Planta memorabilis habitu *Dracophylli*, et quodammodo medium tenens inter hoc et *Sphenotoma*, sed propter corollam hypocrateriformem adnumeranda posteriori, ad quod sese habet ut *Dacryanthus* ad *Dracophyllum*.

§. 2. Stamina corollae inserta.

2. **Sphenotoma capitatum Lindl.** ramis floriferis spica subcapitata multoties longioribus, foliis caulinis ensiformi-lanceolatis erectiusculis, rameis adpressis. Lindl. in Bot. reg. t. 1515.

Dracophyllum capitatum Brown prodr. 556. Hook. Bot. mag. t. 3624 opt.!

In solo turfoso inter frutices prope oppidulum Albany, Plantagenet, d. 4. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 447. (King George's Sound, Hügel!)

Frutex nunc spithamaeus nunc $1\frac{1}{2}$ -pedalis. *Folia* margine ciliata vel glabra, scabriuscula, erecto-subpatentia, rarius adpressa, e basi latiore vaginante lanceolata acuminata subpungentia, pollicaria, basi $1-1\frac{1}{2}$ lin. lata, ramea adpressa amplius vaginantia cuspidato-acuminata. *Spica* subcapitata. *Bracteae* carinatae ut *calycis* foliola pubescentia margine subciliatae. *Corollae* tubus extus glaber, limbi lobis obtusissimis. *Filamenta* brevia, tubo adnata. *Stylus* brevis, glaber. *Stigma* obtusum.

3. **Sphenotoma gracile** Sweet. ramis floriferis spica ovata multoties longioribus, foliis caulinis subulato-lanceolatis patulis recurvisve, rameis adpressis. — Sweet. fl. Austr. t. 44.

Dracophyllum gracile Brown prodr. 556. Bot. mag. t. 2678.

In turfoso-arenosis elevatis circa oppidulum Albany, Plantagenet, d. 21. Dec. 1840. Herb. Preiss. No. 448. (King George's Sound, Hügel! A. Cunningham! Lewia's Land: Ferd. Bauer!)

Bipedalis, et ultra. *Folia* in nonnullis specim. ciliata, in aliis glabra; inferiora erectiuscula superioribus saepe duplo triplove latiora, intermedia et superiora anguste lanceolata, acuminata, patula, magis minusve recurva. *Folia* ramea adpressa magis vaginantia, breviora, rarissime patula subrecurva. *Spica* ovata. *Bracteae* carinatae, ciliatae, calycis foliolis subinaequalibus glabris duplo breviores. *Corollae* tubus extus apice subpilosus, limbi lobis obtusissimis. *Filamenta* brevia infra medium tubum adnata. *Stylus* brevis, glaber, stigmatibus obtuso. *Capsula* calyce triplo superata, apice puberula.

4. **Sphenotoma squarrosus** Don. ramis floriferis vix longitudine spicae, foliis squarrosis ensiformi-lanceolatis. Don. gen. syst. 3. pag. 785.

Dracophyllum squarrosus Brown l. c.

In solo turfoso humido ad marginem lacus planitie prope oppidulum Albany, Plantagenet, d. 11. Oct. 1840. Herb. Preiss. No. 445.

„Frutex 8-10 pedalis.“ *Rami* subverticillati. *Folia* caulina speciminum sesquipedalium $1-1\frac{1}{2}$ poll. longa, basi 2-3 lin. lata, lanceolata acuminata, glabra, striata, squarroso-patula, suprema villis brevissimis subcanescentia, omnia basi vaginante ciliata. *Spicae* aggregatae, laterales ovatae, ramum floriferum aequantes vel sublongiores, rarius breviores, terminali elongata saepe bipollicari ramo florifero 2-3-plo longior. *Rachis* puberula. *Bracteae* carinatae, ciliatae, calycem dimidium aequantes, subtendentibus in spicis lateralibus parum longioribus, in spica terminali elongatis acuminatissimis. *Calycis* foliola pubescentia. *Corollae* albae tubus longitudine calycis, superna adpresse pilosus, intus vix hirsutus, limbi lobis obovatis obtusis. *Filamenta* brevissima, corollae tubo adnata. *Squamulae* hypogynae breves, obtusae. *Stylus* glaber, stigmatibus obtuso. *Capsula* subglobosa, apice puberula, calycem dimidium subaequans. *Semina* oblonga, flavescencia.





RS
581.99H1
LEH
Copy 1

